Al M. R. P. Fre N. dato da S. Carlo Lettore di Lingua arabica
in S. Pancratio da M. R. Com. Scalzi Fattore di Comissioni
del M. R. P. N. dato dal S. P. contenente la rinuncia della
sua Legatia, e diffinitorio fatta q. g. d. 10 Aprile 1692.

P. Ran. Fra Ferdinando Rel. P. di M. Reg. Ser.

Rel. Duo Pre

Per obbedire a i Comandi di V. P. Rel. Duo Pre: Ho veni:
sto Con somma attentione quanto viene detto sopra nelle
Refrattazioni dell Albertino e Rainaldo confrontando
la Versione Latina con il Testo Arabico e Rimetto
Procura Fedele, ma è alcuni: ma Comm. Emendabile:
si può Ho reflettuato ancora più volte ogni Segno di
Cantilena e in fine di tutto Ho fatto Sentire di
Romano di Roma Vecchio di 30 Anni circa
Scalzo di S. Carlo Comm. Scalzo

Imprimatur si videbitur Rmo Sac. Palatij Apostol.
Magister S. Gallantus Archiep.

Visto, et approbato quod ad Catholicam Religionem.
Fr. Sanct. Card. Inquis. Gen.

Il Rm. Pre Fr. Gabriele Ferrari di Bern.
in S. Prudentiana fa vice, e commissione del Rmo
F. Tom.o Ch.o Ferrari Min.o del P.o di rinchiudere e riferire
la continuazione della pnte gra. che li 19 Febr. 1692
F. Tom.o Ch.o Ferrari Rel. S. P. M. Min.o Gen.le Vic. ad. D. Ego.

سورة مريم مكية
اثنان وتسعون آية

SVRA XIX.

MARIA.

Meccana: commatum no-
naginta et octo:

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. K.H.I.A.S.

2. Commoratio misericordię Domini tui erga seruum
suum Zachariam.

3. Cum inuocauit Dominum suum inuocatione occulta.

4. Dixit: Domine mi, certè ego infirmus sum ossibus ac
me [i. meis]: et conspersum est caput canitie: et nunquam
fui in precatione ad te, Domine mi, infortunatus.

5. Atqui ego sanè timui successores in hereditate post
me: nam est uxor mea sterilis. Dona ergo mihi à cons-
pectu tuo filium herilem.

6. Qui sit heres meus, et sit heres ex familia Iacob;
et fac eum, Domine mi, placentem tibi.

7. O Zacharia: nos sanè annunciamus tibi puerum: nomen
eius est Iahia [i. Joannes] non posuimus ei antea

a infirmata sunt ossa ex me.

d. cognominem

nominationem [i. nulli antea illud imposuimus].

8. Respondit. Domine mi, quomodo erit mihi puer, cùm sit uxor mea sterilis: et jam ego perueni ad grandeuam ætatem.

9. Dixit illi Angelus: Ita erit: Dixit Dominus tuus: Hoc apud me erit facile: et jam ceaui te antea, et non fueras quidquam.

10. Respondit: Domine mi constitue mihi signum huius rei. Dixit Angelus: Signum tuum erit, quod non alloqueris homines per tres noctes tosses. [i. quamtumuis morbo nullo labores].

11. Egressus est ergo ad populum suum ex Adyto Templi: et innuit illis, ut Laudarent Deum manè et uesperè.

12. O Iohannes, accipe librum [i. Pentateuchum] cum uidetur [i. illum studiosè legendo.] et dedimus illi judicium [i. Prophetiam] cùm esset puer triennis.

13. et misericordiam à nobis, et largitionem elemosynæ [i. ut esset misericors, et elemosynarius] et fuit timoratus pius erga Deum.

14. et justus erga parentes suos: et non fuit superbus, contumax.

15. Et pax super eum die qua natus est, et die qua morietur, et die qua resuscitabitur uiuus.

16. Et commemora in Libro Alcorani Mariam, quando secessit à familia sua ad locum orientalem.

17. Et accepit clam ipsis uelamen, quo se tegeret: et mi-

simus

simus ad eam Spiritum (nostrum [i. Gabrielem]) et assimilatus
est ei homo perfectus.
18. Dixit Maria: Equidem confugio ad Misericordem,
ut tueatur me a te: si es timoratus, abstinebis te a me,
dum confugio ad Deum.
19. Respondit Gabriel: Certè ego sum legatus Domini
tui, ut donem tibi puerum sanctum.
20. Dicit illa: Fiet erit mihi puer, cùm non tetigerit me homo [i. maritus] neque fuerim meretrix?
21. Respondit Gabriel: Ita erit. Dicit Dominus tuus:
Hoc apud me est facile: et, ut ponamus eum [i. puerum]
in miraculum hominibus et in misericordiam ex nobis.
Et hoc est negocium definitum à nobis.
22. Concepit igitur illum, et discessit cum eo in utero ad
locum longinquum.
23. Supervenit igitur ei dolor partus juxta truncum
palmæ. Dixit: O utinam ego mortua essem ante hoc,
et fuissem quid derelictum, obliuioni traditum. Et inclinavit ad eam Gabriel, qui erat sub ea [i. vilica inferiori]: Ne contristeris: Jam posuit Dominus tuus
sub te rivum.
24. Et excute ad te truncum palmæ: cadent tibi fructus
dactyli maturi collisibiles.
25. Et comede, et bibe, et tranquilla oculum: Et cùm
videris ex hominibus aliquem, qui interroget te de
partu; dic: Ego sanè votui Misericordi jejunium: i-
deo nullo modo alloquar hodie hominem.

26. Venit ergo cum eo [i. puero] ad gentem suam, et portabat eum. Dixerunt ei: O Maria, jam nunc efficiti rem miram.

27. O soror Aaron; non fuit pater tuus vir malus: et non fuit mater tua meretrix.

28. At illa innuit ad eum [i. puerum, dicens, loquimini cum eo]. Responderunt: Quomodo alloquemur eum qui est in cunabulis infans?

29. Dixit puer: Certe ego sum servus Dei: Tradidit mihi Librum *[i. Evangelium] et constituit me Prophetam.

30. Et fecit me benedictum, ubicunque fuero: et precepit mihi orationem, et elemosynam quandiu permanero vivus.

31. Et pium fecit me erga genitricem meam: et non fecit me superbum, infelicem.

32 Et pax super me die, qua natus sum, et die, qua morior: et die, qua resuscitabor vivus.

33. Iste est Jesus filius Marie: dictum veritatis, de quo dubitant [viri] [utrum sit filius Dei, nec ne].

f. ii2

33 Non fuit conveniens Deo, ut haberet [ullum] filium.

Deus illius. Cum deficeret aliquam rem, profecto dicet ei: Fac: et erit.

34. Et quidem Deus est Dominus meus, et Dominus vester: servite ergo illi: hec est via recta.

35. Sed discordes fuerunt sectarii inter [ipsos].

vivus

civi Jesum: atqui nec illis, qui infideles sunt & contemni
dei magni. ~~Fac audire.~~

36. Fac audire in ipsis, et fac videre [i. & quantum
audient, et quantum videbunt] die, quo venient ad
nos? Sed iniqui hodie sunt in errore manifesto.

Et comminare illis [i. Meccanis] diem suspirij &
doloris, cùm decisum fuerit negocium [i. completum
decretum de perditione eorum] et ipsi nunc sunt
in incuria: et ipsi non credunt?

37. Nos sanè nos hereditabimus terram, et id, quod est super
eam: et ad nos omnes reducentur.

38. Et commemora in libro Alcorani Abrahami: quippe *
ipse fuit justus, propheta.

39. Cùm dixit patri suo: O Pater mi, quare colis, quæ
non audit, neque videt, neque prodesse tibi quidquam.

40. O pater mi, equidem jam venit ad me id scientiæ,
quod non venit ad te: sequere ergo me: dirigam te in
viam æquam.

41. O pater mi, ne servias Satanæ: quippe Satanas
fuit Miseratori rebelli.

42. O pater mi: equidem timeo ne tangat te pœna
à Miseratore, et propterea sis Satanæ socius.

43. Respondit ei pater: An es rejiciens tu deos meos,
ô Abrahami? certè, si non abstineas abhac re, profectò
lapidabo te. Atqui procul abesto à me diuturnam [i.
per longum tempus].

44. Dixit illi Abrahami: Pax super te: rogabo veniam

tibi à Domino meo: quippe ipse est de me solicitus
45. Et segregabo me à uobis, et ab ijs, quos inuocatis præ-
ter deum: et inuocabo Dominum meum: faxit enim,
ut non sim in inuocatione Domini mei infelix.
46. Cùm autem segregasset se ab eis, et ab ijs, quos co-
lebant præter Deum, donauimus ei Isaac, et Iacob:
et omnem [i. utrumque] fecimus prophetam.
47. Et donauimus illis ex misericordia nostra fratres
et filios: et dedimus illis linguam ueritatis excelsam
[i. Laudem, et gloriam in omni religione]
48. Et commemora in libro Moysen: quippe ipse fuit
sincerus religione; et fuit Legatus, propheta.
49. Et uocauimus eum è latere montis Synai dextre-
ro: et approximare fecimus eum colloquutorem no-
strum.
50. Et concessimus ei de misericordia nostra fra-
trem ipsius Aaron prophetam.
51. Et commemora in libro Ismaelem: quippe ipse
fuit uerax in promissione; et fuit Legatus, propheta.
52. Et præcipiebat familiæ suæ orationem, et eleemo-
synam; et fuit apud Dominum suum gratus.
53. Et commemora in libro Edris [i. Enoch] quip-
pe ipse fuit iustus prophetа.
54. Et eleuauimus illum in locum sublimem.
55. Hi sunt ergò, quos beneficus fuit Deus ex Pro-
phetis de generatione Adam: et ex ijs, quos porta-
uimus cum Noe in Arca: et ex progenie Abrahæ, et
et Israel

et Graeci; et ea ipsa, quæ dicatimus, et elegimus. Cùm legerentur illis sigilla Miserationis, procidebant adorantes, et flentes.

56. Successit autem post eos successio [i. generatio] Iudeorum, et Christianorum, qui reliquerunt orationem, et secuti sunt concupiscentias: sed mox incident in torrentem Tartari.

57. Verùm, qui resipuerit, et crediderit, et fecerit rectum, hi ingredientur Paradisum, neque injustè tractabuntur ullo in re.

58. Portas eden, quas promisit Miserator servis suis in absentia [i. dùm absent ab illis in hoc mundo] *nam erit promissio ejus veracissima.

59. Non audient in illis fatilia, sed gaudium: et erit ipsis alimentum suum in illis manè et vespere.

60. Iste est paradisus, quem dabimus in hereditatem ex servis nostris illi, qui fuerit timoratus.

61. Et non descendimus è Cœlo, nisi ex imperium Domini tui. Ipsius est, quod est ante nos, et quod post nos, et quod inter hoc [i. inter medium]. Neque est Dominus tuus obliviosus.

62. Dominus Cœlorum, et terræ, et illius, quod est inter hæc duo. Cole ergo illum, et constans esto in cultu illius. An nosti illi cognomen?

63. Et dicit homo: An postquam mortuus fuero, revera educar è tumulo meo?

64. An verò non recordatur homo, quòd nos creavimus eum antea, cùm non esset quidquam?

65. Atqui juro Dominum tuum, ànè congregabimus eos, et dæmonas: tùm circumducemus eos circà gehennam genuflectos.

66. Deindè sanè separabimus ab unaquaque catervâ, quicunque eorum fuerit obstinatior adversus Misericordem protervia.

P. prima
00 f. 33.

67. Deindè sanè nos scientissimi erimus [a] eorum, qui fuerint digniores in illâ [i. gehennâ] ad combustionem.

a. quinam eorum

68. Et [b] non est ex vobis, qui non descensurus sit ad illam: est hoc apud Dominum tuum decretum decisum.

b si

69. Deindè liberabimus eos, qui fuerint removati: et relinquemus iniquos in ed genuflexos.

70. Et cùm legerint illi signa nostra manifesta, dicunt, qui sunt infideles illis, qui crediderunt: Quænam duarum partium [nempe vestra, et nostra] est melior statu, et pulchrior conventu?

71. Et quot perdidimus ante eos ex generationibus, quæ erant meliores facultatibus, et aspectu?

72. Dic: Qui fuerit in errore, extendat illi Misericors extensionem [i. longam, et felicem vitam].

73. Donec videant id, quod ipsis promittitur: sive scilicet in hoc mundo, sive horam [i. supplicium gehennæ] cognoscent enim, qui sit pejor loco, et infirmior exercitu.

74. Et augebit Deus eos, qui fuerant directi, directione.

Et qui-

75 (er permanentia bona [i. bona operum] melior erunt a-
apud Dominum tuum, quoad premium, et quoad (servitutem.
76. Cum uidisti illum, qui non credit in signa nostra, et di-
cit: Quoscetò deuoueor operibus, et prole.
77 An nouit arcanum? Cum accepit apud Misericordem
pactum de hoc?
78. Nequaquam. Hoc scribemus id, quod dicit: et quo deben-
demus illi in pena extensionem [i. augebimus ei penam].
79. Et hereditario faciemus eum id, quod dicit, in hoc mun-
do: sed veniet ad nos in die Judicij singulariq [i. solus, et
nudus.
80. Et acceperunt praeter Deum alios deos, ut essent
sibi in auxilium.
81. Nullo modo erit hoc: mox rejicient cultum ipso-
rum, et erunt contrarij ipsos contrarietas [i. erunt illis
aduersarij].
82. Nonne uidisti, quod nos misimus demones con-
tra infideles, qui incitarent eos instigando ad pecca-
tum.
83. Ne ergo festines contra eos: nos quippe numere
mus eis numerum dierum, quibus eis prorogabimus penam.
84. Die quadam congregabimus timentes ad Misericordem
accedentes.
85. Et deducemus sceleratos ad gehennam descendentes.
86. Non obtinebit intercessionem, nisi qui acceperit apud Misericordem pactum.
87. Et dicunt Judæi, et Christiani: Suscepit Misericors prolem.

88. Jam quidem protulistis rem infandam.
89. Parum abest, quin cœli diffindantur obtilam; et discindatur terra, et corruant Montes conquassati;
90. Co quòd attribuerint Miseratori prolem.
91. Et non conuenit Miseratori, ut suscipiat prolem.
92. [a] Nullus est in cœlis, et terra, quin ueniturus sit ad Miseratorem seruus.
93. Jam quidem recensuit eos, et numerauit eos numerando.
94. Et omnes ipsi uenient eò eum die resurrectionis singulares [1. omnibus rebus destituti].
95. Porrò, qui crediderint, et operati fuerint recta: dabit illis Miserator amorem inter se, et cum Deo.
96. Profectò facilitauimus eum [1. Alcoranum] per linguam tuam Arabicam: ut faustè annunciès per illum timoratis; et commineris per eum hominibus litigiosis.
97. Et quot perdidimus ante eos de generationibus? an inuenies ex eis uel unum?
98. Aut audies de eis mussitationem?

a Si ullus.

Notæ.

Titulus sureæ est پرو Maria, quia in illa fit peculiaris mentio Sanctissimæ Virginis Deiparæ Mariæ. Est tota Meccana, excepto uersiculo 56. خلف بعدهم خلف: et successit post eos successio, quem uocant. Versum السجدة Adorationis. In numero uersuum nullum est dissidium, nisi quòd aliqui addunt unum; ut sint 99. Præmium lectoris est: من قرأ سورة مريم اعطى عشر حسنات بعدد من كذب زكريا وصدق به ويحيي ومريم

ومريم وعيسى وساير الانبياء المذكورين فيها وبعدد من دعا الله في الدنيا
ومن لم يدع الله. Qui legerit suram Mariæ, donabitur decem bonis, juxta numerum eorum, qui mendacij arguerunt Zacariam, et ueracem prædicauerunt eum, et Joannem, et Mariam, et Jesum, et cæteros Prophetas in illa commemoratos: et juxta numerum eorum, qui Deum in hoc Mundo inuocauerunt, et qui non inuocauerunt.

1. K.H.I.A.Ṣ.] Arabicè كهيعص. Quid significent hi singulares characteres, et alij huiusmodi, Doctores certant, et adhuc sub judice lis est. Celal fatetur semper, الله اعلم بمراده بذلك: Deus optimè, ac planissimè nouit, quid sibi uoluerit in illis.

5. Successores in hereditate] Arabicè الموالى, Exponit Celal, الذين يلونى في النسب كبنى العم: qui pertinent ad me, seu respiciunt me, in stirpe, seu stemmate paterno, ut sunt filij patrui, seu patrueles.

8. et jam ego perueni ad grandeuam ætatem] Ætas ejus, juxta Celal, erat, مائة وعشرين سنة وبلغت امراته ثمان وتسعين سنة centum uiginti annorum; et uxor ejus peruenerat ad annum nonagesimum octauum.

9. Ita erit; dicit Dominus tuus] Arabica uerba كذلك يقول ربك, conjungenda putat Jahias: Ita dicit Dominus tuus. Sed Celal distinguit: Ita + nempe erit, ut dixi. Dicit Dominus tuus: Stat.

13. Et fuit pius erga Deum] Celal: روى انه لم يعمل خطيئة ولم يهم بها: Habetur ex traditione illum nullum fecisse peccatum, et ne quidem de illo faciendo deliberasse.

16. Secessit à familia sua ad locum orientalem.] Celal expo-

nit: نحو الشرق من الدار, *in partem orientalem domus, in quam*
seiuncta secessit seorsum a ceteris domesticis. Jahias: كان
زكريا كفل مريم وكانت اختها تحتها وكانت تكون في المحراب فلما ادركت
كانت اذا حاضت اخرجها الى منزله الى اختها فاذا طهرت رجعت الى المحراب
فطهرت مرة فلما فرغت من غسلها قعدت في مشرقة في ناحية الدار وعلقت
عليها ستيرة فجاء جبرايل اليها في ذلك الموضع في صورة ادمي
Zacarias educandam Mariam, cujus soror etiam erat sub Za-
caria protestate. Ipsa uero mouebatur in Adyto Templi. Cum
uero adoleuisset, et menstrua illi aduenirent, educebat eam
Zacarias ex Adyto in domum suam ad sororem ipsius: et cùm
purgata fuisset a menstruis, in Templum reuertebatur.
Quadam autem uice cum purgata fuisset, seq. aqua ab-
luisset, sedit in parte seperata domus uersus Orientem
uelo cooperta. Venit ad eam eodem in loco Gabriel in for-
ma humana. Honestatis ergo causa, quia uestes exuerat,
fingitur sese uelamine cooperuisse. Zanchaycerius, ceteris
in hoc prudentior: تخلت للعبادة في مكان يلي ما يلي شرقي بيت المقدس
اومن دارها معتزلة من الناس. *Secesserat ad orandum in locum*
qui respiciebat partem orientalem uersus Templum, uel
etiam in domo sua, separata ab hominibus.

22. *Concepit igitur* J. Selal: فنفخ جبريل في جيب درعها فاحبلت
بالحمل في بطنها صبيا: *Insufflauit Gabriel in aperturam tunicæ*
ejus ad collum; et illa sensit in utero suo fœtum formari.
Jahias: قال: فاخذ جبريل جيبها باصبعه فنفخ فيه فصار الى بطنها فحملت
الحسن حملته تسعة اشهر في بطنها. *Accepit Gabriel digitis suis*
sinum apertum indusij ejus ad collum, et insufflauit
in eum, et peruenit flatus ad uterum, et concepit. Dixit

Athanasius

Alhajan: Concepit illum in utero, sicut infantem nouæ mensis.

23. Et inclamauit ad eam]. Existimat Gelal, hanc, qui inclamauit ad Virginem, fuisse Gabrielem. Alij tamen putant, fuisse puerum ipsum, qui erat sub matre. Quo ueri addito dicitur de eius: censet Gelal, miraculose illum tunc effluxisse, cum antea fluere desijsset.

24. Caderd facier super te dactylos maturos]. Hanc palmam antea fuisse aridam affirmant Iabius, et Iamchascenius his uerbis. وكان جذع نخلة يابسة فى صحرا ليس لها راس ولا ثمرة ولا خضرة وكان الوقت شتا. et erat truncus palmæ aridæ in rupe, et carebat uertice, et dactylis, et uirore: et erat tempus hyemis.

25. Voui miseratori jejunium] Jejunij nomine intelligit Gelal: امساكا عن الكلام continentiam à loquendo, seu silentium. Alij tamen intelligunt etiam abstinentiam à cibo, et potu.

27. O Saror Aaron] Gelal: هو رجل صالح اي يا شبيهته فى العفة Hic fuit uir sanctus: et sensus est: O similis illi in castitate. Ostrada relatus ab Arabio: ليس هرون اخى موسى ولكنه هرون اخر كان يسمّى هرون صالح المحبب فى عشيرته frater Moysi, sed alius, qui nominabatur Aaron hic pius dilectus in tribu sua. Iamchascenius هرون كان اخاها من ابيها من امثل بنى اسرايل وقيل اخو موسى صلوات الله عليهما وعن النبى ص انما غير هرون النبى وكان من اعقابه فى طبقة الاخوة وبينهما وبينه الف سنة والحشر وعن السدى كانت من اولاده وهو انما قيل اخت هرون كما يقال يا اخا همدان اى يا واحدا منهم وقيل رجل صالح او طالح فى زمانها شبهوها به اى كنت عندنا مثله فى الصلاح او شتموها به ولم ترد اخوة النسب/ ذكران هرون الصالح اتبع

جنازته اربعون الفا كلهم يسمى هرون تبركا به وباسمه فقالوا كنا نشبهك بهرون هذا.

= Fuit Aaron frater ejus, filiceo Marie ac pauco Patri, ac
= prestantissimis filiorum Israel. Alij dicunt fuisse fra-
= trem Moysi. At ac Euphrates Antiquiores
= habetur fuisse alium ab Aaron Euphrate, licet ac
= successoribus ejus in serie fratrum. Inter eam autem
= et illum (nempe inter Mariam Matrem Christi, et Aa-
= ron fratrem Moysi) fuerunt mille anni, et plures.
= Et Alsadius autem habetur, Mariam fuisse ex
= filijs ejusdem Aaron. Porro ipsa dicitur soror Aa-
= ron, sicut dici consueuit: à fratre Hamdan i.e. à uno
= ex his. Alij dicunt fuisse unum quendam probum,
= sine improbum, qui uixit ejusdem Marie etate, cum
= quo assimilauerunt eam: quasi dicerent: Fuisti, sicut
= ille apud nos in probitate. Vel conuiciari sunt ei (mi-
= nuendo comparando illam cum eo in improbitate) et
= non est hic sensus de fratribus Christi. Dicitur au-
= tem funus Aaronis probi deductum fuisse à quadra-
= ginta millibus uiris, qui omnes uocabantur Aaron,
= benedictionem expetentes ab eum, et à nomen ejus, et
= dicebat: Fuimus similes tibi in hoc nomine Aaron.
Adit nebulo: وقيل احتمل يوسف النجار مريم وابنها الى غار فلبثوا فيه اربعون
يوما ثم جاءت تحمله فكلمها عيسى فى الطريق يا امه ابشرى فانى عبد الله:
Et dicunt quidam Joseph fabrum lignarium tulisse Ma-
riam, ejusque filium intra cauernam, ubi manserunt
quadraginta dies. Inde uenit Maria portans eum:
alloquutusque est illam puer in uia: Gaude mater
mea

meo, nam ego sum seruus Dei. Almed Ebn Driis sequitur
predictos Autores circa duplicem illum Aaron ad
unum Deipare; alterum optimum, alterum pessimum,
et vult eam dici alterum sororem & similitudinem.
addit tamen: وقيل انها من ذرية موسى ع وهو اخو هرون وقيل لها
اخت هرون: Dicunt, quidam illam fuisse de generatio-
ne Moysi, cui sit pax, cujus frater erat Aaron: et
propterea vocari sororem Aaron.

32. dictum Veritatis.] Arabice قول الحق: potest referri ad
Jesum, quasi ipse sit Dictum, seu Verbum Veritatis. Vel potest
exponi: Hoc quod dictum est de Jesu, est dictum in veritate.

33. Edris] Hoc nomine appellatur Henoch in Alcorano,
de quo Belal: هو حي في السماء الرابعة او السادسة او السابعة او في
الجنة ادخلها بعد ان اذيق الموت واحيي ثم خرج منها
sexto, vel septimo cœlo, vel in Paradiso, in quem introductus fuit
postquam gustauit mortem, et ad vitam reuocatus fuit; et nun-
quam egressus est abeo. De hoc multa fabulantur Arabes.
Inter alia hæc habet Ismael Ebn-Alij ex Arabico fideliter
translata: Cum esset Enoch trecentorum quinquaginta
annorum, sublatus est à Deo in Cœlum. Contulit autem
illi Deus spiritum propheticum, et reuelauit illi arca-
na cœlestia, demisitque super eum è cœlo triginta volu-
mina. Ipse primus usus est calamo, et scriptura, et
armis, quibus pro religione pugnauit. Inuenit etiam
scientiam astrologicam, et medicinam, et structuram. Re-
fert autem de eo Ebn-Abbas, quod cum die quadam
ambularet sub ardente sole, cœpitque calorem mole-

= tè ferret, dixit intra se: Cum ego laborem tàm magnus
*. Verum = expectans, licèt inter me, et inter solem sit spatium diti-
eruditissimus = arum quatuor millium annorum, quomodò habebit
Bartolocius = Angelus ille, qui precessit soli? O Deus, allevia ab eo de
in Bibliotheca = pondere ejus, et tolle ab eo de labore ejus. Et eadem die
Magna Rabbinica = sensit Angelus pondus solis levius, et calorem ejus mi-
parte 2. pag. = norem. Quamobrem intro ivit, et rogavit pro Dominum suum
& 4. et alibi. = de hoc, qui dixit ei: Enoch ora pro me, et audivit
meminit Hebraeorum antiquiorum = eum. Respondit Angelus: Domine permitte
Barbat, Henoch, = mihi, ut visitem eum. Concessitque illi hoc Deus:
qui cognominatus fuit = et visitavit Enoch, qui rogavit eum, ut portaret te
אדריס = ad locum, ubi nascitur sol. Sed cùm eo portasset illum,
Arab. ادريس = ibi mortuus est. Conferunt autem Deus fecisse
Edris, fuit ne? = illum, et transtulit in Luminosum *
vel Divinus, et Henoch de = 15. Cum vidissem illum] Loquitur hic Jacob de explicatio-
quo agitur in = nem Scalis, de الحاكم بن ويل Alnosofilio Thili, qui
Libro Sanhedrin, = hoc loquebatur cum جناب بن الارث Genabo filio Alare-
multis: Deus- = thi
Li ille posthume. = Refutationes.
Unde colligit, = 1. Asseritur primus alienum esse, quem Joannis,
sicut Impostor = quem Mahumetani ab Alcorano edocti corruptè يحيى
confudit duos = Jahiam appellant, nulli autem Baptistam fuisse im-
Henoch, in duos = positum. Decepti in hoc fuit Mahumetes, ex eo, quod
Henochos simul = in Evangelio Lucæ habeatur, nullum fuisse in cogna-
dormientes, & confudit. = tione Zachariæ, qui vocaretur hoc nomine. Multis ta-
men antea in Sacris literis Joannis nomen inditum fuis-
se patet. Cum enim Hebraicè scribatur יוחנן Jo-
hanan

hanan, inuenitur hoc nomen lib. 3°. Reg. cap. 15. 4. Paralip. cap. 3. 2°. Paral. cap. 17. 1°. Esdræ cap. 8. 2°. Esdræ cap. 6. Jeremiæ cap. 40. et alibi.

2. Fabulum etiam est, signum datum ab Angelo Zachariæ filio de virginitatem ipsius, seu impedimento loquelæ, & tres menses. Zacharias enim fuit ad silentium, seu mutitatem, non triduum, sed nouem circiter menses. Neque fuit hoc ad signum, sed ad pœnam incredulitatis ejus, ut patet ex Euangelio Lucæ cap. 1.

3. Ea, quæ de Mariæ conceptu, partuque esse narrantur, esse in plerisque fabulosa, et ex apocryphis aliquo Orientalium Ebionæorum libro desumpta, manifestè conuincit ea ipsa, quæ de re in Euangeliis habentur.

4. Quemadmodum Virgo Nazarena vocauit Mariam Deiparam filiam Amram: ita vocat eam hic sororem Aaron. Confundit scilicet hanc cum Maria illa, quæ vere fuit filia Amram, et soror Aaron. Hunc tamen errorem tam crassum Nazarenæi agnoscentes, excusare conantur, ut audiuimus in notis: sed frustrà, et calumniosè prorsus scriuelis, ac criticulis. Neque enim Maria fuit ex Virgo Aaron, sed Fides; neque potuit habere fratrem illum tam sanctum, nomine Aaron; cum ipsa sit primogenita, et unigenita eis parentibus vtrisque. Quod si etiam fuerimus, vt illam natam fuisse hunc Aaron sanctum; fuisset certè eo tempore nulla fuer: erat

enim tunc Maria, iuxta Mahumetanos, tredecim annos
nata. Ineptè uero uocabunt eam sororem Aaron, pro-
ted similitudinem cum Aaron fratre Moysi in iu-
dicio; cum nullam in hoc prerogatiuam Aaron
habuerit. Rationabilius uocabunt eam sororem ali-
cuius feminæ castitate insignis, ueluti Iudith uel
ipsius Mariæ sororis Aaron: uel saltem alicuius uiri
eiusdem uirtutis Iudæo conspicui, ueluti Ioseph filij
Iacob, uel Eliæ. Omitto alias circa hoc ineptias. Vnum
addo: si ita licet nomina ac personas fingere, uel per-
uerse: nihil tam absurdum erit, quod defendere non
possimus. Vide supra in Iura 3. et in Prodr. p. 4. cap. ult^m. pag. 554.

P: 4

00 | 435

5. Fingitur Ismael fuisse legatus ex Arabia:
omnino gratis. Ex hoc fictitio colligitur ex facilitate
eius, quæ illum hominem ferum, predonem ac uicinis
omnibus infestum repræsentant. De ipsius legatione,
et prophetia nihil ne in ipso quidem Alcorano ha-
betur: cum tamen in eo tot exoticorum Prophetarum
et legatorum portenta commemorentur. *

* Sed de Ismaële uide Prodromi P. prima. cap. 5. pag. 85. ubi de eo fusè disseritur.

6. Non est quod Mahumetus, seu potius Satan ille
ille Christianos, quod deseruierint orationem, et
secusi sint concupiscentias suas. Capiti Canarienses
demens Mahumetico, Moslemicque suis, qui nihil
curant nisi mulierculanum illecebras, et prepotens
libidines; sequi sanctos putant, si quamundam exercia-
cum secum apparent id, et ridiculis corporis gestibus
latronibus homines fallant.

Bene

Benè est, quod Mahumetus statuit concedi a Deo mag-
nas, ac diuturnas felicitates malis in hoc mundo; ne ip-
sius asseclæ ab florentissimi imperij diuturnitate, me-
liores cæteris esse, sibi persuadunt.

سورة طٰهٰ مكيّة
ماية وخمس وثلاثون اية

SVRA XX.

T. H.

Meccana: commatum centum triginta quinque.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. T. H.
2. Non demisimus super te Alcoranum, ut esses infelix. [i. ut gravaretis nimijs precibus ac ieiunijs, quibus hactenus te gravabat.]
3. Sed ad commonitionem illius, qui timet Deum.
4. Demissio ejus fuit, ab eo, qui creauit Terram, et Cælos sublimes.

P. q. 20

Oo 4ti.

5. Miserator super Thronum consedit:

6. Ipsius est id quod in cœlis est, & quod in terra, et quod inter hæc duo, et quod est sub terra.

7. Quòd si propalaueris aliquid sermone: profectò ipsa scit secretum, et occultius omni secreto.

8. Deus: non est deus, nisi ipse: illi sunt nomina pulchérrima.

9. An uerò peruenit ad te historia Moysis:

10. Cum uidit ignem, et dixit familiæ suæ: Expectate hic; nam ego consspexi ignem; ut ego pergens illuc, afferam uobis ex eo torrem; aut inuenidm per ignem directionem [i. uiam, aqua propter nocturnas tenebras aberraui]

11. Cum uerò peruenisset ad eum [i. ignem] inflamatum est illi: O Moyses.

12. Ego sanè sum Dominus tuus: exue ergo calceamẽto tuo; quippe tu es in valle sancta Tuua.

13. Ego uerò elegi te: itaque attentè audi id quod reuelatur tibi

14 ~~13.~~ Certè ego sum Deus: non est Deus nisi ego: cole ergo me, et perfice orationem ad memoriam mei.

15 ~~Nam~~ Profectò Hora [i. dies Judicij] uentura est: propè sum, ut reuelem eam, ut retribuatur unicuique

* 16 * anime (merces) id quod studiosè egerit. Ne ergo auertat te ab ea credenda, qui non credit in eam, et sequitur concupiscentiam suam; ne pereas.

17. Et quid est illud, quod habes in dextera tua, o Mo-

Gen.

16.

18. Respondit: Est virga mea, innitor super eam, et
sarcturis super filios cum illo super gregem meum: et sunt mi-
si in eo usus alij.
19. Dixit illi Deus: Proijce eam, o Moyses.
20 ℣. Proiecitque eam, et facta est serpens
qui hinc inde discurrebat.
21 ℣. Dixit illi Deus: Apprehende eam, et ne timeas:
mox reducemus eam ad statum suum priorem.
22. Et contrahe manum tuam dexteram ad axillam
tuam sinistram: egredietur alba, sine lesione. Hoc
erit signum aliud
23. Vt ostendamus tibi de signis nostris maxima.
24 ℣. Vade ad Pharaonem: quippe iste excessit ter-
minos in impietate.
25 ℣. Respondit Moyses: Domine mi, dilata mihi
pectus meum, et facilita mihi negocium meum.
26. Et dissolue nodum ex lingua mea, ut intelligant
sermonem meum.
27. Et pone mihi consiliarium de familia mea, Aa-
ron fratrem meum
28. Accinge lumbos meos: et associa eum in ne-
gocio meo.
29. Vt laudemus te multum: et recordemur tui multum?
30 ℣. Quippe tu es in nos inspiciens.
31 ℣. Respondit Deus: Iam donatus es petitione tua,
ô Moyses,
32. Et iam quidem beneficij fuimus ergo te alia

33. Cùm renelauimus matri tuæ id quod renelabatur ei: et
diximus:

34. Conjice eum in cistulam, et projice eam in mare
[i. in Nilum], et ejiciat eam mare ad littus, ut ac-
cipiat eam hostis meus, et hostis illius: et posui tibi
te amorem ex me: et ut efficereris sub oculum meum [i.
ut nutrireris sub custodia mea].

35 35. Cùm perambularet soror tua Maria et diceret:
An ostendam tibi, qui suscipiat educandum illum?
Reduximus te ad matrem tuam, ut tranquillaretur
36 oculus eius, et non contristaretur. Et occidisti animam
[i. hominem Aegyptium]: et liberauimus te ab angore:
et probauimus te probatione: et moratus es annos decem
cum gente Madian. Deinde uenisti iuxta decretum
nostrum ad Pharaonem, o Moyses.

38. 37. Et elegi te animæ meæ: et dixi: Vade tu, et frater
tuus cum signis meis nouem, et ne segnes sitis in me-
moria mei.

39 38. Ite ad Pharaonem: quippe ipse terminos excessit in
impietate.

40 39. Et dicite ei dictum lene: fortè ipse commonefiet,
aut timebit.

41 40. Respondérunt: Domine noster, nos sanè time-
mus, ne præceps feratur contra nos, aut ne modum excé-
dat.

42 41. Dixit Deus: Ne timeatis, nam ego uobiscum, au-
diam et uidebo

43 34. Ite igitur ad eum, et dicite: Nos certè sumus le-
gati Domini tui: mitte igitur nobiscum filios Israel,
et ne dissimules eos: Iam uenimus ad te cum signo a
Domino tuo: et pax sit super eum, qui secutus fuerit
Directionem

44 35. Nec iniquam reuelatum fuit nobis, quod pe-
nitus sit super eum, qui mendacij insimulauerit
nos, et peruersitus fuerit.

45. Dixit Pharao: Quisnam est Dominus uester,
o Moyses?

46 Respondit Moyses: Dominus noster est ille,
qui dedit omnem rem: creauit eam, deinde direxit.

47 37. Dixit Pharao: Quid ergo fuit omnis generatio-
num priorum in colendis idolis? Respondit Moyses: * 44 8
Scientia earum apud Dominum meum in libro [id est
cognitio huius rei est penes Deum in Tabula custo-
dita]: non errabit Dominus meus, et non obli-
uiscetur:

48 39. Qui posuit nobis terram in stratum, et fecit no- 45 9; 10
bis in ea semitas, et demisit è Cælo aquam, et produxi- 80 442
mus ex eam species ex geminibus multiplices.

49 45. Comedite et pascite pecora uestra. Certè in hoc 46 50
sunt sanè signa prædictis intellectu.

50 46. Ex ea [i. terra] creauimus uos: et in eam re- 47 51
ducemus uos: et ex ea educemus uos uice alia.

51 47. Et iam quidem ostendimus illi [i. Pharaoni] si- 48 52
gna nostra omnia: sed mendacij insimulauit ea, et

cenuit credere

53 48. Dixit Pharao ad Moysen: An uenisti ad nos, ut
ejiceres nos e terra nostra magiatua, o Moyses?

54 49. Profecto ueniemus de te cum magia similibi illi. Con-
stitue ergo inter nos, et inter te conuentionem loci ac
temporis, quam non transgrediamur nos negocium tu, in
loco equali.

55 50. Respondit Moyses: Conuentio uestra sit, die
festiuitatis, et ut congregentur homines clare die.

56 51. Auertit ergo se Pharao; et congregauit astutum su-
um [i. magos suos peritiores]: deinde uenit ad locum
et tempus conductum

57 52. Dixit illis Moyses: Pessimis: Ne confingatis
aduersus Deum mendacium, ne perimat uos supplicio. Iam porro periit, qui mendacia confinxit.

58 53. Disceptauerunt igitur negocium suum inter
se magi Pharaonis: et occultauerunt colloquio
nem factam inter se.

59 54. Dixerunt: Certe hi duo sunt sane magi: uo=
lunt ejicere nos e terra uestra magia sua, et abdu-
cere cetum procerum uestrorum prestantissimos.

60 55. Colligite igitur in unum artificium uestrum:
deinde uenite ordinatim: iam enim felix erit ho-
die, qui superior fuerit in certamine

61 56. Dixerunt: O Moyses, eligo, utrum tu proji=
cias uirgam tuam prior: uel utrum nos simus primi
qui projiciamus

51.

55. Respondit Moyses: Quin imò uos primi proiecite. Ecce autem funes eorum, et uirgæ eorum phantasticè, apparuerunt ei ſſ magiam eorum, quod ipsæ discurrerent huc atque illuc

58. Sensit itaque in anima sua timorem Moyses.

59. Dixerunt: Ne timeas: nam tu eris superior.

60. Proiice autem id quod est in dextera tua: deuorabit id quod fecerunt: quippe id quod fecerunt, est artificium præstigiatorij: et non proficiscetur præstigiator ubi uenerit.

61. Procciderunt itaque Magi adorantes: dixerunt: Credimus in Dominum Aaronij et Moysi.

62. Dixit illis Pharao: An credidistis illi, ante quam ego permitterem uobis? Certè hic est Princeps uester, qui docuit uos magiam. Atqui certè truncabo manus uestras, et pedes uestros alternè [i. manum dexteram et pedem sinistrum]: et certè configam uos in truncis palmarum: et profectò scietis quisnam nobis [nimirum ego ne, an Deus Moysi] sit uehementior ad puniendo, et perseuerantior?

63. Responderunt: Nullo modo pluris faciemus te, quam id quod uenit ad nos de euidentibus argumentis, et quam illum qui creauit nos. Decerne igitur id quod tu es decreturus contra nos: profectò decernes id tantum, quod respicit hanc uitam mundanam. Nos sanè credidimus in Dominum nostrum, ut dimittat nobis peccata nostra, et id ad quod coegisti nos circa magiam: et Deus est melior, et permanentior, quàm tu

70. 64. Profectò qui uenerit ad Dominum suum sceleribus infectus
in die Iudicij: certè erit illi gehenna: non morietur in ea, ne-
que uiuet

71 65. Qui autem uenerit ad eum fidelis, et iam operatus fue-
rit recte: his erunt gradus altissimi.

72 66. Forti eden: currunt sub ipsis flumina: perennatu-
ri sunt in illis: et hęc erit merces illius, qui mundatus fue-
rit

73 67. Et iam quidem diximus reuelationem Moysi: Surge
noctu cum seruis meis ex Aegypto, et percute uirga
tua mare, et fac illis uiam in mari siccam: ne timeas
apprehensionem [i. ne Pharao apprehendat &c.], et ne for-
mides.

74 68. Insecutus est ergo eos Pharao cum exercitibus suis:
et operuit eos fluvius illa ex mari, quę operuit eos. Et erra-
re fecit Pharao gentem suam, neque direxit eam

75 69. O filij Israel, iam liberauimus uos ab hoste uestro, et
condiximus uobis ad montem uobis legem latus Synai descre-
tum: et demisimus super uos manna, et coturnices.

76 70. Comedite ex bonis ea quod prebuimus uobis in alimentis;
et ne excedatis in eo in ingratitudinem, ne descendat su-
per uos ira mea.

77 71. Nam qui descenderit super eum ira mea, iam corruet
preceps in gehennam

78 72. Et quidem ego sanè indultor ero ei, qui conuersus
fuerit, et crediderit, et fecerit rectum: deinde dirigetur.

79 Quid uelò accelerauit fecit &c a gregulo suo, ut ue-
nires

nires ad accipiendam legem, o Moyses. Respondit: Sunt
hi sig uestigium meum [i. progè sequuntur me]. Ego ue-
ò festinaui ad te, Domine mi, ut complacerem magis de me.
14. Dixit illi Deus: Nos sanè iam experientiam feci-
mus populi tui post te [i. post discessum tuum ab eo:] P. ii
et erravi fecit ex Samarita adorationem uituli. 00/445.
15. Reuersus est ergo Moyses ad populum suum ira-
cundia concitus, uehementer tristis.
16. Dixit: O populo meus, non ne promiserat uobis
Dominus uester promissionem pulchram, dandi uobis Le-
gem. An ergo longum fuit tuis uos sactum [i. minis
prolixum uisum est uobis spatium separationis mee a
uobis?]. An uoluistis ut descenderem ad uos ira a Domino
uestro, et progressa sessellistis conductum meum, mitten-
tes uenire post me?
17. Respondentes: Non negleximus conductum tuum
auctoritate nostra: uerùm nos ipsi sumus conferre pro-
pria ex ornatu populi [i. magnam copiam ornamen-
torum aureorum]: coniecimusque ea in ignem: na
ita coniecit Samarita
18. Et eduxit ex ipsi uitulum habentem corpus: ipsi
erat mugitus.
19. Dixerunt autem Samarita et socij ejus: Sic est
Deus uester, et Deus Moysi: sed oblitus est Moyses
huius Dei sui, et perrexit, ut quæreret alium.
80. An ergo non uidebant, quod non redderet ei uitulus
ille responsum: neque conferret illis documentum,

neque iumamen.

88 Et iam quidem dixerat illis Aaron antea: O populc
meus, profectò tentati fuisti & hunc titulum: et certè Do-
minus noster est Miserator: sequimini ergo me, et obedire
imperio meo.

89 90. Respondérunt: Nequaquam cessabimus super eum
[i. super eius cultum] esse constantes, donec reuertatur
ad nos Moyses.

91 90 88. Dixit Moyses, cum iam redijsset: O Aaron, quid de-
tinuit te, cum uidisti eos errare, ne sequereris me?
a. quòd errarent An ergo inobediens fuisti imperio meo.

94 86 87. Respondit: O fili matris meæ, ne arripias me &
barbam meam, neque & caput meum.

92 87 88. Certè ego timui ne diceres mihi, si sequutus fuissem
te: posuisti disparandi inter filios Israel, et non custo-
disti dictum meum.

93 88 89. Dixit Moyses Samarite: Quodnam fuit negociu
tuum [i. quid fecisti], o Samarita?

93 89. Respondit: Sciebam id quod nesciebant illi. Accepi
igitur pugillum ex pulucre uestigij ungulæ equi Legati
[i. Gabrielis]: et conieci illud in formam pueoriam uti-
tuli: ita enim persuasit mihi ánima mea.

95 94 90. Dixit illi Moyses: Abi porrò: quippe tibi erit pe-
nã hæc in uita, ut dicas occurrentibus tibi: Ne tangas
[i. ne tangas me] et quidem tibi est & mea hæc commi-
natio pene: nullo modo effugies eam. Respice autem
in Deum tuum, cui quem perseuerasti constans colens

eum

eum. Certè comburemus eum: deinde sanè dispergemus eus
comminutum in mare projiciendo.

93. Profectò Deus uester est Deus, qui non est Deus ni- 93
si ipse: amplectitur omnem (rem) scientiæ.

94. Ita enarramus tibi ea historijs illius, quod iam præ- 94 97
cessit: et iam dedimus tibi ad conspectu nostro commoni-
tionem [i. Horanum]

95. Qui procul recesserit ab ea, eorè ipse portabit die 95
resurrectionis pondus impietatis sue

96. Perennarum sunt in eo [i. pondere]: et maluerit 96 99
ipsis die resurrectionis portare hoc pondus

97. Die quadam insufflabitur in tubam, et congrega- 97 100
mus selectos: die illo erit hebetudo oculorum.

98. Dicent submissa uoce inter se: a Non morati sumus 98 a. si 101
istis in mundo, nisi decem dies.

99. Nos enimus scientissimi de eo, quod dicent: cum 99 102
dicent præstantissimi eorum dignitate: b Non morati b si
essis, nisi diem unum.

100. Et interrogabunt te de montibus [quid scilicet 100 103
futurum sit de illis in die Judicij]. Respondes: Sput-
get eos Dominus meus spargendo id fuluerem redactos:
*et relinquet eos planitiem equaliter extensam. 101 104

101. Non uidebis in illis declinitatem, neque promine- 105
tiam.

102. Die illo sequentur homines Angelum Arraphel 106
uocantem eos ad Judicium: non erit declinatio ab eo
[i. non poterunt non sequi eum]: et humiliabuntur

uocey coram Miseratore: neque audiey, nisi tonitrum ffe-
rum.

107 ~~106~~ ff. Dio illa non proderit intercessio, nisi ei cui an-
nuerit Miserator, et placuerit ei in dicto [i. in profes-
sione, seu formula illa: Non est Deus nisi Deus]

108 ~~107~~. Sciet Deus id quod fuit ante eos, et id quod erit
post eos [i. eos precessit et futuri seculi]: et ipsi non
comprehendent ~~eum~~ hoc scientia sua.

109 ~~108~~. Et humiliabuntur facies coram Viuente, subsi-
stente: et iam peribit qui portauerit iniquitatem.

110 ~~109~~. Qui autem fecerit ~~ea~~ signa ceteris operibus, et ipse fue-
rit credens: non timebit iniurriam, neque iniquita-
tem a Deo

111 ~~110~~. Et ita demisimus eum [i. Alcoranum] lectione
Arabica: et uariauimus in eo commina-
tione, ut ipsi timerent Deum: uel produceret illis Al-
coranus commonitionem.

112 ~~111~~: Exalterius igitur Deus, Rex, Veritas: et ne
festines in Alcorano legendo, antequam absoluatur tibi
reuelatio eius: et dic: Domine mi, auge mihi scientia.

P: 12 113 ~~112~~: Et iam quidem pactum strauimus cum Adam
00/446. antea, ne comederet pomum ueritum: Sed obliuius est:
et comedit: et non inuenimus in eo firmum propositum.

114 ~~113~~. Et memento cum diximus Angelis: Adorate Ad-
am: et adorauerunt. Sed Diabolus renuit hoc facere.

115 ~~114~~. Et diximus: O Adam, certe hic est inimicus tibi,
et coniugi tuæ: itaque caueto ne efficiat uos ambos,

mand

nam eris infelix. * Forte ~~de~~ concedetur tibi, ne curias in 111
eo, neque sis nudus

~~108~~. Et quidem habitud tibi ne sitias in eo, neque estues 116 7
calore solis

~~109~~. Et insufflauit illi Satanas. Dixit: O Adam, an uis 117
ut ostendam tibi arborem eternitatis, et regnum, quod non
deficit?

~~110~~. Comederunt igitur ex eo, et apparuerunt illis pude- 118
da eorum: et ceperunt consuere super se ex foliis
Caudini: et inobediens fuit Adam Domino suo, et
preuaricatus est.

~~111~~. Deinde recessit eum Dominus suus, et conuersus est 129
super eum, et direxit eum.

~~112~~. Dixit Deus: Descendite ex eo [i. paradiso] omnes 126
aliud uestrum erit alteri hostis. Porro uenient ad uos a me
directio. * Qui autem secutus fuerit directionem meam, ~~127~~ 122
non errabit, et non erit infelix.

113. Qui autem elongauerit se a commonitione mea: ~~114~~ 123
certe erit illi uita infelix: et congregauimus eum
die resurrectionis eorum.

~~115~~. Dixit: Domine mi; quare congregasti me ce 124
cum, et antea eram uidens. * Respondebit illi Deus: 125
Sed euenit tibi, quia uenerunt ad te signa nostra,
et obliuiscebaris ea: et itaque hac die obliuioni trade-
ris.

~~116~~. Et ita remunerabimus eum, qui excesserit, plures 126
Deos colendo; et non credidit in signa Domini sui.

ex quidem pena alterius uite erit uehementior, et germa-
nentior pena huius uite.

1287 ~~116.~~ An ergo non innotuit illis [i. Meccanis] quot
perdidimus ante eos de generationibus, ambulans in
habitationibus earum? Certe in hoc sunt sane signa
predictis intelligenda.

1288 ~~117.~~ Et nisi uerbum [i. decretum] precessisset a
Domino tuo de dilatione supplicij eorum: certe fuis-
set perditio eorum necessario consequuta: sed ter-
minus est nominatus [i. prefinitus a Deo perdi-
tioni eorum]

1289 ~~118.~~ Patienter igitur sustine super id, quod di-
cunt: et celebra Laudem Domini tui ante ortum
Solis, et ante occasum eius: et in aliquibus ex
horis noctis Laudes eum, et in extremitatibus diei, ut
tu complaceas tibi progter premium, quod accipies
a Deo.

1290 ~~119.~~ Et ne extendas oculos tuos ad id, quod frue-
dum dedimus quibusdam ex illis, florem uite munda-
ne, ut probaremus eos in illo: et frouentus Domini
tui in Paradiso erit melior, et permanentior.

1291 ~~120.~~ Et precipe familie tue orationem, et constan-
ter persevera in ea. Non requiremus a te prouen-
tum [i. ut labores in comparandis tibi et tuis que ne-
cessaria sunt ad uitam:] nos prouidebimus tibi. Bo-
num, et retributio erit pietati.

1292 ~~121.~~ Et dixerunt infideles: Si uenerit ad nos
sum.

cum miraculo d Domine sua, non credemus Mahumeto. * Nunc venit ad eos declaratio illius quod scriptum fuit in voluminibus prioribus [i. in historiis gentium preteritarum]. 133.

109. Sed si vero non perdiscemus eos supplicio ante eum [i. ante aduentum Mahumeti] certe dicisent in die Judicij Domine noster, quo modo credere potuimus, si non misisti ad nos legatum, ut sequeremur signa tua, antequam humiliaremur et confunderemur?

110. Dic: Unusquisque ex nobis et ex vobis exspectans finem suum. Exspectate ergo: nos sicut quidam fuerint sectatores vie equi, et qui directus fuerit.

Note

1. T. H. Dederunt sure nomen hii duo caracteres, qui versiculum primum iuxta aliquos constituunt. Quid vero significent, Jelal more suo relinquit Deo diuinandum. Sabias, Author, Alhazen, exponit: ر ج ل ! O vir. Sed ne vestigium quidem apparet huiusmodi expositionis. Zamchascerius, eodem Author, putat ك, idem esse ac ب, imperatiue a ' ك ع, comprimere, seu calcare: idest calca, seu comprime: quia, inquit, كان النبى ص يقوم فى تهجده على احدى رجليه فامر بان يطا الارض بقدميه معا Stabat Propheta Mahumetus in vigiliis suis nocturnis super unum pedum suorum: et preceptum fuit illi ut calcaret seu premeret terram ambobus pedibus

simul. Verum ipse quoque faceud والله اعلم بصحة ما يقال
Deus est scientissimus veritatis de eo quod circa hoc dicitur. Alij volunt b significare طوبى
dicit Beatitudinem. & vers[illegible] i. Infantium. Legem hanc
Iuram obtinebit ثواب المهاجرين والانصار Legem Transmigrantiu,
et Auxiliatorum: dorm, scilicet, qui cum Mahumeto Maccâ
emigrauerunt; et duodecim primorú sociorum illius. Circa Locum
sure omnes conueniunt. In numero Versuum uniuersi penè dissi-
dent. Refert Zamchascrius Mahumetu dixisse. لا يقرء اهل
الجنة من القران الا طه ويس : Non legent qui sunt in Gan[illegible], ex Alco-
rano, nisi Surem T H. & Jasin.

6. & quod est sub terra] Gelal. والمراد الارضون السبع لانها تحته : Regni-
ficantur per hoc septem terrę; quę sunt sub Terra

7. Et si propetauerit.] Putat Gelal, admoneri hic Mahumetu,
ne nimiú solicitus sit de eztollenda uoce in lectione, aut precibus:
nam Deus nouit occulta quęlibet, nec indiget nostris uocibus ad
aliquid sciendum.

8. illi sunt nomina pulcherrima]. Achis nominibus, quę tra-
bes nouem ac nonaginta recensent, iam supra diximus.

12. in ualle sancta Tua] Arabice طوى : censetur esse
nomen huius uallis, seu torrentis: nam vox الوادى utramque
rem significat

18. facta est serpens] Gel. تعبان عظيم تمشى على بطنها سريعًا
كسرعة التعبان الصغير : Serpens magnus, qui discurrebat supra uen-
trem suum ita uelociter, ac si esset serpens exiguus.

20. egredietur alba sine Lesione]. Gel. اى برص تضئ كشعاع
الشمس تغشى البصر : idest Leprosa, resplendens sicut fulgor solis,
qui offici-

qui offuscat oculos.

22. Excessit terminos]. Vox Arabica طغى significat excedere in malo, presertim in impietate. Excesserat autem Pharao, iuxta Gelal: الى ادعاء الالهية, usq; ad attribuendā sibi diuinitatem.

24. Et dispolue nodum ex lingua mea]. Gelal: حديث من احترقه بجمرة وضعها وهو صغير بفيه Alludit ad id quod refertur, quod cum adduceretur infans, posuit prunam in ore suo, qua combusta est lingua eius

38. Qui suscipiat educandum illum]. Gelal. قد احضروا مراضع وانت لا تقبل ثدى واحدة منها: Iam adduxerunt nutrices, quarum nullius ubera tu sugere noluisti

51. Ecce autem funes eorum]. Arguitur ex hoc magos non solum uirgas, sed etiam funes proiecisse: quod quàm uerum sit, tu uide

53. Quid uerò accelerare fecit te]. Sensus huius (télia) et sequentis uersus est. Deus preceperat Mosi, ut unà cum septuaginta senioribus ueniret ad se in finu, relicto ceteru populo ad radices montis. At Moses precessit septuaginta illos, et uenit prior ad Deum: quamobrem petit ab eo Deus rationem, cur celeritate uenisset quàm populus eius. Vbi pro populo intelliguntur non omnes Israelitæ, sed illi soli septuaginta: uel duces illi totius populi, quos preceperat Deus Mosi, ut secum adduceret in montem. Sed communiter Expositores

76. Tessellatij conditum meum]. Videtur Moses hic loqui partim cum septuaginta senioribus, partim cum uni-

uerso populo: quasi seniores illi Moysen sepelliuerint remanendo cum populo, et non sequendo ipsum, qui precesserat eos in Syna. Quod uerò subdit: An ergo longum fuit tempus per uos spectum? videtur subaudiendum العهد pactum? pro الوعد promissione: ut sententia sit: An tandiu uos tandiu expectare illud quod promiserat uobis Deus (nempe Pentateuchum), et ideo fecistis uitulum

)). Conijcimusque eo in ignem &c.] De hac fabula, in qua Samarita, pulueres uestigiorum equi Gabrielis, uitulum aureum animauit, itaut cuderet corpus constans carne et sanguine, et mugiret: uide infra. nam non est otium toties has nugas referre

88. Et quidem tibi ero ad mea Lex comminatio fere &c.] De hac poena ita scribit Jelal فكان يهيم في البرية واذا مس احدا او مسه احد حما جميعا "Errauit igitur furibundus per desertum, si uerò ipse aliquem tangeret, uel aliquis tangeretur ab eo, utrique ardore uehementi succendebatur

93. Rubedo oculorum]. Vox Arabica ازرق uariè exponitur. Jelal interpretatur زرقا عيونهم مع سواد وجوههم rubedinem seu cecitatem oculorum, cum nigredine faciem. Jalias absolutè سودة وجوههم nigredinem facierum. Videtur propriè idem esse ac obuersio oculorum, cum scilicet ita quis oculos mouet, ut album eorum ostendat. Italicè diceremus strauoltatura, o stralunatura d'occhi. Circa sonitum illum tubæ, qui iuxta Jelal erit tertia secunda uicis & ministerium Asraphel, obserua Jalias فاذا نفخ فيه صاحب الصور خرجت الارواح مثل النحل ثم يرد الى جسده.

Cum

Cum insufflauerit in illam Angelus, excidunt ab ea
animæ sicut apes: et unaquæque ànima pergit ad cor-
pus suum

104. Et ne festines in Alcorano] Gabriel enim,
ut obseruat Jelal, legebat Alcoranum Mahumeto. Hic
uerè ita uelocitèr lectionem eius cupiebat, ut sæpè præ-
ueniret Gabrielem, nec sineret eum absoluere uer-
siculos, ob timorem ne aliquid sibi memoriæ excide-
ret. Quamobrem admonetur hic, ne festinet repe-
tere uerba Alcorani قبل ان يقرغ جبرايل من ابلاغه antequam
absoluat Gabriel id quod legit.

107. Neque sis nudus] In quodam codice Vaticano inuenio
scriptum الا تجوع فيها ولا تعرى ; ut non esurias in eo, nudus sis.
Sed repugnant omnia exemplaria, ولا تعرى : neque sis nudus.
Explicat Jalius كانا كسيا الظفر erant uestiti crinibus, seu comis.

110. et apparuerunt illis pudenda eorum.] Jelal: اى ظهر لكل
منهما قبلة وقبل الاخر ودبره وستى كل منهما سوءة لان انكشافه يسوء
صاحبه : idest, apparuit unicuiq; eorum pudendum suum et pu-
endum alterius, et posteriora obscœna. Ibi Nominauit uterq;
pudenda, et obscœna malum; quia detectio eorum mala
erat ~~eorum habenti illa~~ socio ipsius, seu, offendit eum

118. Et in extremitatibus diei] Jelal اى صلى الظهر لان
وقتها يدخل بزوال الشمس فهو طرف النصف الاول وطرف النصف الثانى
idest: ora in meridie; quia tempus eius ingreditur in cum
recessu solis; itaut contineat extremitatem mediterrasti-
mæ, et extremitatem mediterrasi secundæ

119. Et ne extendas oculos tuos] Superius fit mentio

P. 2.
P. 440.

mea eadem communitio, ubi notauimus ازواجا proprie significare coniuges: itaut admoneatur homo effrenate libidinis, ut contineat oculos suos a coniugibus alienis aspiciendis. Et Interpretes Mahumetani communiter exponunt اصنافا species: ut sensus sit, variis personis ex illis: seu quibusdam ex illis

1[31]. Non nouit ad eos declaratio]. Sententia uerborum est: prescisset gentes punitas fuisse a Deo, eo quod non crederent Prophetis et Legatis suis. Cauerent itaque Mecani infideles iram Dei, si Mahumete non crederent, etiamsi miracula nulla operaretur

Refutationes.

1. Later ex sacris literis, magnum esse figmentum, quod Moyses uidens rubum succensum, cucurrerit ad eum, ut torrem inde accigeret, cuius lumine uiam, aquas aberraueret, inueniret. Legere enim instituit ad rubum, non ut torrem inde accigeret, sed ut rem tam miram propius intueretur: cum scilicet rubus arderet, et non combureretur. Neque uero tuncerat cum uxore aut familia sua in itinere, ut in Aegyptum proficisceretur, ut perperam supponit Alcoranus, et explicat Jelal cum ceteris Expositoribus dicens ذلك فى سيرة من مدين طالبا مصر: Hoc euenit ipsi profectione ex Madiano, quando gerebat Aegyptum: sed cum esset solus in deserto, et pasceret oues Jethro soceri sui; et de profectione in Aegyptum, ne quidem cogitaret. Illa etiam

etiam, de quibus refert Alcoranus, Deum cum Moyse col-
loquutum fuisse, (nempe de precibus persoluendis, de
horis supremi Iudicij, et alijs huiusmodi, confictis) quo
ex loco Exodi Textu manifestè refelligitur. Falsum
item est, quod Moyses petierit a Deo Aaron fratrem
suum consiliarium, seu adiutorem. Manifestè enim
habetur ex eodem libro Exodi, Deum iubere, et mittere
Moysi, fratrem ipsius Aaron socium in
legatione ad Pharaonem addidisse.

2. Non minus fabulosum censendum est id quod
de Magorum Aegyptiorum conuersione, et extremo
eorundem pro uera religione supplicio enarrat Al-
coranus. Si enim hoc uerè euenisset, nunquam illud
Moyses in historia sua omisisset. Vide dicta: et Lyran. p. 4. cap. ult°. pag. 600

3. Supponit Alcoranus septuaginta Seniores,
et Aaron non ascendisse cum Moyse in montem
Sinai. Hoc uerò falsum est, ut constat ex capite
24. Exodi. Non tamen ascendebant ad locum ipsum,
in quo Moyses cum Deo loquebatur: imò nec ei ascende-
rant, Deus illis interdixerat. Neque eo tempore, quo
populus uitulum adorauit, iussus fuerat Aaron, uel
septuaginta Seniores esse cum Moyse in monte Syna.
Imò cum Moyses una cum Iosue ascendit in montem,
dixit Senioribus: Expectate hic, donec reuertamur ad
uos. Habetis Aaron, et Hur uobiscum: si quid natum
fuerit quæstionis, referetis ad eos. Ita habetur cap.
24. Exodi. Ex quo patet quàm infideliter referat Al-

veranus sacras historias, et quàm multis fabulis illas admisceat, cuiusmodi est illud de animatione uituli facta à Samaritæ & pulueremq; uestigiorum equi Gabrielis; et de igne Samaritæ ipsi illato.

4. Quod dicit Deum fecisse in Paradiso, ut non esurirent, neque sitirent, neque nudi essent, neque satietatis essent experirentur, absolutè falsum est. Nisi enim esurissent, cibos non appetissent; atque ita frustra et otiosè dedisset illis Deus in escam herbas et poma, et præcepisset, ut de omni ligno Paradisi comederent, ut habetur cap. 2. Genes. Quod de cibo dictum, de potu etiam dici debet. Quod spectat ad nuditatem, apertè testatur Scriptura: Erat autem uterque nudus, Adam scilicet et uxor eius, et non erubescebant. Ridiculum uerò est Gabrielis subterfugium, quod scilicet non quidem uestibus, sed crinibus seu comis propriis uterque cooperiretur. Deos scilicet uiros Deus creauerat, non duos homines. Et præterea si crinibus seu capillis ita tegebantur, ut præ uestibus illis inserirent, non poterant post somni uerisimi comestionem, iudicio suo esse nudi. Probabile etiam est illos solis æstum experturos, eodem fere modo, quo nunc experimur, nisi Deus peculiari + miraculo eum impedisset. Sed uide quæ circa hæc dixi in Prodr. + p. 4. cap. ult. p. 666

5. Atque illo autem fundamento assertum, infideles in resurrectione eccos esse futuros, nisi fortè de cæcitate metaphorica intelligatur.

سورة

سورة الانبياء مكية
مائة واثنتا عشرة آية

SVRA XXI

PROPHETAE.

Meccana: commatum centum ac duodecim.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

الجزء الرابع عشر السابع
Pars decima septima

1 Appropinquauit hominibus Meccanis rediditio ratio-
nis eorum; et ipsi uersantur in negligentia, longè recedendo
à cogitando de ea.

2. Quod uenit ad eos de commonitione a Domino suo recen-
tèr missa [i. de Alcorano]; tantummodo audierunt illud; et
ipsi iocum captant de eo.

3 Oblectationibus distracta abeo sunt corda eorum: et occulta-
uerunt colloquutionem [i. clam inter se colloqui sunt]; qui
iniquè agunt, dicentes: An est hic [i. Mahumetus] nisi homo
sicut nos? An ergo uenietis ad audiendum prestigium, et uos
aperte uidebitis esse prestigium?

4 a Ait: Dominus meus scit dictum [i. id, quod dicitur] in Cae-
lo, et terra: et ipse est Auditor, Cognitor.

5. Atqui dixerunt de Alcorano: Hic est congeries confu-

a. Dixit [Vide notam]

sa

sommiorum. Quinimò' comfrinxis eum. Immò' ipse est uivi=
sificatos. Veniat porrò' ad nos eum aliquo miraculo, quem=
admodum missi sunt Profetæ priores.

6. Non evedidis ante eos ulla ex Vrbibus, quas perdidimus, etiam si uidevens miracula nostra: an' ergo' hi evedens, si ea uidevins?

7. Et non misimus ante se, nisi uiros; quos pervenelatio=
nem alloquebamur. Atqui' interrogase familiam commo=
nitionis [i. professores Lentateuchi, et Euangelij], si uos
neseitis.

8. Et non fecimus eos corpus, quod non comederes cibum:
neque fuerunt pevennes in hoc Mundo.

9. Tum' fidelitev' servauimus eis promissionem: quam-
obrem liberauimus eos, et quos uoluimus; et perdidimus
prevaricatores.

10. Tam' quidem' demisimus ad uos Librum Alcorani:
in eo est commemoratio uestri, [i. scriptus est lingua ues=
tra]: an' ergo' non intelligetis?

11. Et quot destruximus ex Vrbibus, quæ erant iniquæ:
et orivi fecimus post eas gentes alias.

12. Cum autem' sensissent penam nostram, ecce ipsi ex
illis Vrbibus uelocitev' fugiebant. Angeli uero illudentes
dicebant eis.

13. Ne properate fugam: sed reuertimini ad id, quo deli=
ciabamini, et ad habitationes uestras: forte uos interroge=
mini.

14. Respondemus: Ah ueh nobis: certè nos facimus iniqui.

15. Et non cessauit hec proclamatio eorum, donec posuimus eos ueluti segetem demessam, extinctos.

16. Et non creauimus celum et terram, et id quod est inter utrumque, Iudenses [i. ociosè et per iocum]

17. Si uoluissemus cayrare iocum ad oblectationem: certè cayrauissemus illum ex nobis ipsis, si fuissemus facturi hoc

18. Sed iaculabimur ueritate uanitatem, et ueritas profligabit illam: et ecce ipsa euanescens erit: Et uobis ueh ob id, quod predicatis de Deo.

19. Et ipsius sunt, qui in celis, et terra: et, qui apud ipsum sunt non dedignantur seruire seruituti eius, neque delassantur in eo

20. Laudant eum nocte, ac die: non torpent in hoc.

21. An acceperunt deos de terra? An ipsi dij suscitabunt mortuos?

22. Si essent in his duobus [i. Celo, et terra] dijs preter Deum, certè ambo corrumperentur, quia ipsi non conuenirent inter se in iis gubernandis. Atqui laudeo Domino Broni [i. procul absit] ab eo quod predicant de illo

23. Non exigerem ab eo ratio de eo, quod facit: et ipsi requirentur de eo, quod faciunt.

24. An susceperunt precedentem deos alios? Dic: Afferte probationem ueteram de hac re. Negotium commo-

ritio eorum, qui sunt mecum, et commonitio eorum, qui
fuerunt ante me. Et plerique eorum non norunt ve-
ritatem, et ipsi sunt longè recedentes abea.
25. Neque misimus ante te illum legatum, quin
reuelaremus illi, quod non esset Deus, nisi ego: itaque
colite me.
26. Et dixerunt: Suscepit Miserator populum ex Angelis
Legis ejus. Imò ipsi sunt serui ejus honorati.
27. Non præcesserunt illum in dicto: et ipsi imperium
ejus exequuntur.
28. Nouit id, quod fuit ante eos, et id, quod erit post eos
[i. id, quod jam fecerunt, et id, quod facient in posterum]
et non intercedent.
29. Nisi pro quibus ipsi placuerit: et illi præ timore
ejus sunt formidantes.
30. Et, qui dixerit ex illis: Ego quidem sum Deus
præter eum: hunc porrò remunerabimus gehenna.
Sic remuneramus iniquos.
31. An verò non noverunt, qui sunt infideles, quod
Cœli, et terra erant clausi, ac solidi, et diffidimus eos:
et fecimus ex aqua omnem rem viuam? Anergo
non credent?
32. Et posuimus in terra montes stabiles, ne com
moueretur cum eis: et [a] posuimus in eo inter eos de
montes intermedia amplos in vias, ut ipsi [nempè ho-
mines] dirigerentur ad itinera sua.
33. Et posuimus Cœlum tectum custoditum super
terra

a. Straüimus

terram: et ipsi à signis ejus [i. stellis, ac planetis] sunt
so auertentes; non considerantes Deum eò fecisse.
34. Et ipse est, qui creauit (noctem) ac diem, et solem,
ac lunam, et stellas: omnia in orbem uelocissimè uol-
uuntur.
35. Et non potuimus illi homini ante te eternitatem in hoc mundo: ad ergo, si tu mortuus fueris,
ipsi eunt eterni?
36. Omnis anima gustatura est mortem: et prouocabimus nos malo, et bono ad tentationem: et ad nos reducemini.
37. Et cùm uiderint te, qui sunt infideles, non a si
accipient te, nisi cum joco, dicentes: An hic est, qui
commemorat deos uestros cum spretu? Ipsi uerò in co-
memoratione Misericordis sunt infideles.
38. Creatus est homo ex destinatione [i. animis pre-
cepsis, ac perrimus]. Nos ostendam uobis signa mea,
ut non postuletis accelerari ea
39. Et dicunt: Quandò erit hæc promissio [i. quandò adim-
plebitur hoc, quod promittitis], si estis ueraces?
40. Si scirent ij, qui sunt infideles, quomodò se habituri
sint, quandò non repellent [i. non poterunt repellere] à
facibus suis ignem, neque à dorsis suis; neque ipsi adjuua-
buntur: pro-fectò crederent.
41. Atqui uenit ad eos repente dies judicij; et reddet eos at-
tonitos: neque poterunt auertere eam: neque ipsi exper- b b respicientur
tabuntur ad pœnitentiam.

42. Et jam quidem irrisi fuerunt Legati ante te: sed vecidit
in eos, qui irriserunt ex illis id, quod irridebant.
43. Die: Quis defendet nos in nocte, et die à Miseratore?
nihilominus ipsi à commonitione Domini sui sunt longè
vecedentes.
44. Num sunt ipsis Dij, qui defendant eos pręter nos? non
possunt adjuvare seipsos [nempè Dij eorum] x neque ipsi à no=
bis sociorum ope defendentur.
45. Verum fruendum dedimus illis, è Latibus eorum, quan=
tum diuturna fuit super eos ętas. An ergo non vident, quod
nos venientes ad terram eorum, et imminuentes eam ab
extremitatibus illius? an ergo erunt ipsi victores?
46. Die: Vtique prędico vobis revelationem: sed non au=
dient surdi vocationem, quandò prędicabitur illis.
47. At profectò si tetigeris eos suffatio [i. aliquid leve] de
ira Domini tui, profectò dicens: Oh, uęs nobis: profectò
nos fuimus iniqui.
48. Et ponemus stateras justas in die resurrectionis:
neque injustè tractabitur anima ulla in re; etiam si opus
bonum, vel malum fuerit pondus unius grani sinapis, af=
feremus illud, ut justè ponderetur in statera: et sufficien=
tes sunt nobiscum ęstimatores.
49. Et jam quidem dedimus Mosi, et Aaron Discretio=
nem [i. Pentateuchum discriminem recta ab illicitis];
et lumen, et commonitionem timoratis.
50. Qui metuunt Dominum suum in occulto [i. etiamsi
non videantur ab aliis] x et ipsi ab hora [i. à die Judicij]
sunt formidantes.

P. 8
Pg 454.

52. Et hic Liber est commonitio benedicta: dimisimus il=
lum è Glo: anⁿ ergo nos eum inficiabimini.
53. Et iamⁿ quidem dedimus Abrahę directionem suam a nobis:
et fuimus eum cognoscentes [i. cognouimus eum esse dignum
hac re]
53. Cùm dixit Patri suo, et genti suæ: Quęnam sunt hęc
simulacra, quæ vos estis studiosè colentes.
54 Respondérunt: Inuenimus Patres nostros illis seruien=
tes.
55. Dixit illis: Jamⁿ quidem fuistis vos, et Patres vestri in
errore manifesto.
56. Respondérunt: Venisti ne ad nos cum veritate, anⁿ lu es
ex ludentibus [i. verè ne loqueris, anⁿ per jocum]
57. Dixit illis: Atqui Dominus vester est Dominus Cęlorũ,
et terræ, qui creauit ea: et ego sum super hoc ex testifi=
cantibus.
58. Et per Deum, sanè struam dolos idolis vestris post-
quam retrocesseritis terga vertentes.
59. Redegit igitur ea in frusta, præter maximum eorum,
ut ipsi ad illud conuerterentur.
60. Dixerunt: Quis fecit hoc contra Deos nostros? Certè
hic est ex iniquis.
61. Respondérunt quidam: Audiuimus puerum oblo=
quentem de illis: hic dicitur Abraham.
62. Dixerunt cæteri: Adducite ergo illum ante oculos ho=
minum, ut ipsi testificentur contra illum.
63. Dixerunt ei: Tu ne fecisti hoc contra Deos nostros

ô Abrâam.

64. Respondit: Imo vero fecit hoc maximus eorum iste. Sed interrogate eos, si loquantur.

65. Reuersi sunt igitur ad seipsos, et dixerunt: Vere vos estis iniqui, qui adoratis Deos, qui non loquuntur.

66. Deindè inuersati sunt superaquita sua, et dixerunt illi: Iam quidem nosti, quod isti non loquuntur.

67. Respondit Abraham: An'ergo' colitis pręter Deum id, quod non prodest vobis quidquam, neque nocere vobis? Vah vobis, et ei, quod colitis pręter Deum. An'ergo non intelligitis.

68. Dixerunt: Combuite illum, et adiuuate Deos vestros, si ~~estis~~ hoc facientes. eritis facientes adiuuabitis deos vestros

69. Diximus: O ignis esto frigus, et requitas super Abraam.

70. Et voluerunt in eum struere fraudem: Sed reddidimus eos damnificatos.

71. Et liberauimus eum, et Lot, transferentes eos in terra, in qua benediximus a omnibus creaturis.

a Mundis

72. Et donauimus illi Isaac, et Iacob additamentum [i. supra id, quod petierat]: et omnes eos fecimus probos.

73. Et constituimus eos Antistites, ut dirigerent alios ad præceptum nostrum: et reuelauimus inspirauimus eis operationem operum bonorum, et observantiam orationis, et præ-
bitionem eleemosynę: et fuerunt nobis seruientes.

74. Et ipsi Lot dedimus iurisprudentiam, et scientiam: et liberauimus eum ex urbe, quę peruertebat scelera nefanda: quippe ipsi erant homines mali, et corbinantes.

75. Et introduximus eum in misericordiam nostram: quia ipse

ipse erat eo probior.

76. Et Noë, cùm a imprecatus fuit malum genti suæ ante-
ced: et exaudiuimus eum, et liberauimus eum, et familiam
ejus ab angustia magna. a. precatus fuit nos

77. Et defendimus eum ab hominibus, qui mendacia in-
simulauerant signa nostra: quippe ipsi erant homines
mali: quamobrem demersimus eos uniuersos.

78. Et commemorauimus Dauid, et Salomonem, cum judicium
præsiderent circa agrum, cum depasti fuissent in eo gre-
ges populi: et fuimus judicio eorum testes.

79. Et dedimus intelligentiam ejus ei Salomoni: et omnibus
dedimus jurisprudentiam, et scientiam: et seruire coegimus
cum Dauid montes, ut laudarent Deum: et aues etiam
ad hoc coegimus: et fuimus hoc facientes.

80. Et docuimus eum autem faciendi loricas uobis, ut mu-
nitos redderent uos à prelijs uestris: an uerò uos estis
grati? P. 9 P. 455.

81. Et Salomoni subegimus uentum uehementem, qui
curiebat ei imperium ejus ad terram, in quam præcipiebat
benedictionem: et fuimus in omnibus scientes.

82. Et subjecimus illi de demonibus alios, qui urina-
rentur illi in mari gemmas, ac margaritas: et operare-
tur opus ejus aliud præter hoc: et nos fuimus illorum custo-
dientes

83. Et memento Job, quando uociferatus est ad Dominum
suum, dicens: Equidem tetigit me nocumentum: sed tu es
misericordissimus miserantium.

84. Et exaudiuimus eum, et relleuauimus, quod erat in eo de
nocumento, et reddidimus ei familiam suam; et, sicut eos
cum eis [i. duplicatam] per misericordiam ex nobis, et ad
commonitionem colentium Deum

* Aulkephli 85. Et Ismael, et Edris, et *Asulkephli: omnes hi fuerunt ex
patienter sustinentibus.

86. Et introduximus eos in misericordiam nostram: quip-
pe ipsi fuerunt ex vere agentibus.

87. Et Dulnuni [i. Jone], quando abijt iratus genti sue:
et existimauit, quod nullo modo possemus super eum exerce-
re potentiam nostram. Exclamauitque in tenebris [i. in uen-
tre pisci] : Non est Deus, nisi tu. Laus tua. Profecto ego
fui ex iniquis.

88. Igitur exaudiuimus eum, et liberauimus eum ab animi an-
gustia: et ita liberamus fideles.

89. Et Zachariæ, cum inuocauit Dominum suum, dicens: Do-
mine mi, ne sinas me esse solitarium [i. sine liberis]
nam tu es optimus a heredum.

a. hæreditatiu

90. Exaudiuimus ergo eum, et donauimus ei Joannem, et ut-
cumque reddidimus ei Arbelem uxorem ejus: quippe hi certarim sar-
gebant in bonis operibus, et inuocabant nos cum amore, et
timore: et erant nobis humiliter subjecti.

91. Et Mariæ, que munitam seruauit uulnam suam [i.
fuit uirgo intacta]: et insufflauimus in eam de spiritu
nostro, et posuimus eam, et filium ejus in miraculum omni-
bus b seculis.

b Mundis

92. Certe hec gens uestra [i. hec religio uestra à Mosemi

est gens una: et ego sum Dominus uester: seruite ergo mihi.
93. Sed Christiani, et Judæi discidium negotium suum
[i. religionem suam] inter se. Omnes ad nos sunt reuersi
sui in die Judicij.

94. Qui ergo fecerit ex bonis operibus, et ipse fuerit
credens: non erit infructuosa mercedis studio ejus: et nos
certè illi seruituti sumus eam.

95. Et anathema erit sua omnem urbem, quam perdidi-
mus: certè ipsi non reuertentur in mundum,

96. donec aperiatur uia ad egressum Magug, et Magug
prope diem judicij: hi ipsi uerò ab omni sublimi monte pre-
cipitabunt.

97. Et donec approximet promissio uera [i. diei re-
surrectionis] et erunt attonitè intuentes oculi
eorum, qui fuerunt infideles; et dicent: Oh uæ nobis!
Jam fuimus in incuria de hac die: quinimmò fuimus
iniqua agentes.

98. Certè uos ò Meccani, et id, quod colitis præter Deum,
eritis ligna gehennæ ad comburendum: uos in cælestis descen-
suri.

99. Si fuissent hi dij, non descendissent in eam. Omnes
autem in ea sunt perpetuò mansuri.

100. Ipsis erit in ea ejulatus: et ipsi in eo non audi-
ent, quidquam ob profunditatem ejus.

101. Verò illi quibus præcessit ex bis Optimum [i. pri-
destinatus fuit Paradisus] et ex his [illa illa illa

§2

102. Non audient sonitum, nec seruissimum ignis: et ipsi in eo, quod desiderauerint animæ eorum sunt perpetuò mansuri.

103. Non contristabit eos timor maximus æternæ perditionis; et occurrent eis Angeli in egressu è sepulchris, dicentes: Hæc est dies illa, quæ vobis promittebatur.

104. Dic quadam scientiam Deum, quemadmodum solet scientiæ Angelus legel libros. Eo modo, quo produximus primam creaturam ex nihilo, ita reducemus eam ex nihilo. Et promissio super nos [i. ita nos promittimus] certè nos in quod promittimus eximus exequentes.

a Psalmis

105. Et jam quidem scripsimus in sacris voluminibus post commonitionem: quod terram hereditabunt servi mei pauci.

106. Et profectò in hoc Alcorano est sanè annunciatio hominibus volentibus Deum.

b Mundis

107. Et non misimus te, nisi ad misericordiam omnibus creaturis.

b. Judixi

108. Dic: Certè revelatum fuit mihi, quod Deus vester Deus unus est: an ergo vos scitis Moslemi?

c. si scio

109. Quod, si regnicolæ fuerint, dic illis: Notificavi vobis æqualiter bellum [i. Judicavi illud vobis omnibus]: sed nescio utrum propinquum sit; an longinquum id, quod vobis promittitur [i. indicitur notificatur].

110. Certè ipse novit manifestum ex dicto [i. quod aperte loquimini], et scit id, quod occultatis.

d. si ego scio

111. Et ego nescio utrum id, quod notificavi vobis sit ad probationem vobis, et fruitionem finitæ vitæ usque ad tempus.

[illegible] 112.

112. Dic: Domine mi, iudica inter me et aduersarios meos cum ueritate. Et Dominus noster est Saluator, implorandus in auxilium contra id, quod prædicatis mendaciter de eo, et de me.

a: Dixit [prælum Mahumetes] duplex lectio قال et قل

Note

Quod spectat ad epigraphen sure, haud dubium est, quin ita inscribatur, quia in eo continetur [illegible] ago multorum Prophetarum, de quibus gesta quædam magnifice pauca hoc loco referuntur: nimirum Moysis, Aaron, Abrahæ, Lot, Isaac, Iacob, Noë, Dauid, Salomonis, Iob, Ismaelis, Henoch, Dulkefli, Ionæ, Zacharie, Ioannis, et Marie. De premio lectoris hec habet Zamelascerius: من قرء سورة اقترب للناس حسابهم حاسبه الله حسابا يسيرا وصافحه وسلم عليه كل نبي ذكر اسمه في القران. Qui legerit Suram, que incipit: Appropinquauit hominibus redditio rationis eorum: iudicabit eum Deus iudicio leni, ac facili: uel ipse manus accipiet eius, et saluabit eum omnis Prophetarum Alcorani commemoratus. De loco Sure, et numero uersuum non uidetur esse inter Autores discrimen. Quidam tamen centum, et undecim tantum uersus enumerant

4. Dic]. Lectio duplex legitur: quidam enim codices habent: قل Dic: subaudiendo, o Mahumete. Quidam uero: قال Dixit, scilicet, Mahometes

7. Atque interrogate familiam Commonitionis]. Vox arabica الذكر Commonitionis accipitur hoc loco pro Pentateucho, et Euangelio: Quamobrem Zelabi فسألوا اهل الذكر العلماء بالتوراة والانجيل

ان كنتم لا تعلمون ذلك فانهم يعلمونه وانتم الى تصديقهم اقرب من تصديق المؤمنين بمحمد. *Interrogate familiam Commonitionis, nimirum doctos in Pentateucho, et Euangelio, si uos nescitis hoc: ipsi enim hoc sciunt: et uos ad confirmationem eorum propiùs accedetis confirmationi illorum qui credunt in Mahumetum.*

13. *Forte uos interrogabimini*] *Nimirum, ut exponit Gelal* شيًا من دنياكم على العادة *de aliqua re huius mundi ad uos spectante, iuxta consuetudinem. Explicat Zamahascerius:* لعلكم تسألون غدا عمّا جرى عليكم ونزل باموالكم ومساكنكم فتجيبوا السايل عن علم و مشاهدة. *Forte interrogabimini cras de eo quod euenerit uobis, et acciderit facultatibus uestris, et habitationibus uestris. Et respondebitis interroganti ex propria scientia, et testimonio*

14. *Hec est commonitio eorum qui sunt mecum* &] *Explicat Gelal:* هذا ذكر من معى هو القران وذكر من قبلى هو التوراة والانجيل وغيرهما: *Commonitio hec est Alcorani: Commonitio uerò eorum qui fuerunt antea, est Pentateuchi, et Euangelium, et alij sacri libri. In his scilicet nunquam legimus esse plures deos, sed tantùm Deum unum*

31. *Esi et terra erant clausi et solidi, et diffidimus eos*] *Exponit Gelal:* اى جعلنا السماء سبعًا او فتق السما ان كانت لا تمطر فاطر وفتق الارض ان كانت لا تنبت فانبتت *Idest fecimus ut Celum caderet in segrem Celos. Vel diffidit Celum cum non fluere, et fecit ut fluaret: et diffidit terram que non germinabat, et fecit ut germinaret.*

32. *Et posuimus in eo montes* &] *Scilicet terra antè commouèri posse, posuit Deus in ea montes stabiles, qui ponderè sua eam firmè et immobilem redderent. Quid uerò scaturiens hinc aut inde fluuios diri potuit.*

48. *Et sufficientes sunt nobiscum estimatores*] *Idest sufficientes sumus ad omnia estimanda, et iustè compu-*

tanda per nos ipsos.

59. preter maximum eorum]. Refert Jelal, postquam Abraham in frusta concidit reliqua idola, appendisse pippennem, quae ea concidevat, collo idoli illius praecipui, quod intactum reliquerat, ac si hic magis illius author fuisset.

68. Dixerunt: Comburite illum] fabulantur hic Expositores, Chaldeos ingentem lignorum struem congessisse, ijsque ignem subiecisse, itaus omni ex parte succenderetur. Deinde alligasse Abraham, et instrumentis quibusdam, seu machinis in medium ignem coniecisse. Jubente autem Deo, ignem nihil aliud, nisi funes, quibus alligatus erat, combussisse: deinde amisisse calorem suum; et in frigus mutatum, lucem tantummodo retinuisse.

78. cum iudicium prosuleverant circa agrum]. Hafaetum, seu fabulam exponit Jelal: ربعت حرثا غنم القوم ليلا بلا راع بان انفلتت: قال داود لصاحب الحرث رقاب الغنم وقال سليمان ينتفع بدرها ونسلها وصوفها الى ان يعود الحرث كما كان باصلاح صاحبها فيردها اليه. Depasserant agrum noctu oues quorundam: absente enim pastore, irruperant in illum. Delata autem causa ad Dauid, et Salomonem, dixit Dauid: Domino agri tradantur oues pro damno illato. Salomon autem dixit: Compensetur damnum lacte, fetibus, et uelleribus ouium, donec redeat ager sicut erat antea expensis pastoris ouium: deinde oues ei restituantur. Addit autem Author, Dauid pretulisse sententiæ suæ sententiam Salomonis

79. Et seruire coegimus cum Dauid montes]. Multa de fabulosa hac hic Expositores a Thalmudistis edocti, de Dauid, et Salo-

mone: nempe, quod fuerint illi subiecti non solùm montes, sed etiam uenti, bestiæ, aues, atque imo et dæmones ipsi, ita ut omnibus pro libito imperaret. Porrò cum Dauid esset a Psalmodia defatigatus, præcipiebat montibus, et uolucribus, ut ipsum cantu subleuarent. Idem uero Dauid, Deo præceptore, didicit, ac docuit artificium loricæ: antea enim pro lorica homines satis laminij in bello utebantur.

P. ii. 83. Et nos fuimus illos custodientes]. Deus hos dæmones custodiebat, idest cohibebat (inquit Jelal) من ان يفسدوا ما

Pr. 457. عملوا لانهم كانوا اذا فرغوا من عمل قبل الليل افسدوه ان لم يشغلوا بغيره. ne destruerent id quod ædificauerant: nam ipsi quando opus aliquod absoluebant, ante noctem destruebant illum, nisi opus aliud haberent, quo occuparentur.

83. Et memento Iob] Libet hic summatim referre quid Mahumetani sentiant de Iob, ex Chronico Jsmahelis Ebn Alij in cap. في ذكر ايوب عليه السلام De commemoratione Iob, cui sit pax. Fuit, inquit, Iob ex posteris Esau, eratque ditissimus, et innumeros equorum, bouum, ouium, et camelorum greges habebat. Deor autem eius Rahmat appellabatur. Probauit uero illum Deus, auferendo ab eo quidquid habebat, itaut ad extremam inopiam redigeretur. nec tamen ille a pietate, et gratiarum actione cessabat. Deinde probauit eum in corpore morbo elephantie, itaut uermibus undique scaturiret. Cumque in stercilinio proiectus iaceret, nemo poterat propter illius tolerare. Deor autem eius Rahmat inscium reliquit ei patienter; et mercedem promulgauit, quem alijs exhibebat

alijs ster-cilinium, iuxta Vulgatam, non cinerem, ut hactenus Stebrya; ex quo patet libros Iob Arabicè scriptos fuisse, diuerso Vulgatam nostram fuisse translatos. Græca LXX. habent κοπρίας stercora.

bat, illum sustentabat. Venit autem die quadam ad eam Dia-
bolus, et redigens in eius mentem pristinæ status felicitatem,
promisit illi, se omnia ei restituturum, si ipsum uellet a-
dorare. Cum autem mulier requisisset de hoc assensum uiri
sui, iratus Iob, iurauit Deum, si tonualiter, se illi
centum uerbera inflicturum. Misit autem Deus ad eum
Angelum Gabrielem, qui accepto eius manu eraxit eum;
eademque tempore diuinitus fons emanauit sub pedibus
eius, ex quo cum bibisset, ceciderunt omnes uermes e corpo-
re eius. Deinde lotus in eo, exiuit pulcher quantum un-
quam fuisset. Restituitque illi Deus omnia in duplum.
familiam etiam et filios recuperauit: uxori uero eius pri-
stina forma et pulchritudo reddita est: genuitque ei tri-
ginti ac duos filios masculos. Vt autem iuramento de pac-
to posset satisfacere, præcepit ei Deus ut cæperet ramum
palmæ centum folia habentem, et unico ictu totum im-
pigeret in uxorem: fecit uero centum illi uerbera inflixisse
dici potest. Fuit autem Iob Prophetes, uixitque tempore
Iacob, ut quidam dicunt. Fertur autem uixisse trecentis
nagintæ annos. Inter eius filios numerantur Baucias,
Hud, et Duldephitus. Itacreus Ismael Ebn Alij. Adit
Gelal, eundem Iob exegisse tres, uel septem, uel octo decim
annos in suis calamitatibus: deinde recuperasse omnia duplo-
cata, et uxorem, ac filios, et ad iuuenilem etatem redisse.
Cum autem haberet duas areas, alteram ad hordeum, alte-
ram ad frumentum: Deum misisse duas de nubes, quarum
altera effudit aurum super aream hordei; altera argentum

ius areant frumenti; donec utraque redundaret.

85. Et Dulkephli] . Arabice ذوالكفل Dulkephlus, idem sonat ac fidei iustor; vel assiduus in ieiunijs, alijsq: pijs operib. de hoc Propheta fictitio hęc habet Pelal: وسمّى ذا الكفل فانه تكفّل بصيام جميع نهاره وقيام جميع ليلة وان يقضى بين الناس ولا يغضب فوفى بذلك وقيل لم يكن نبيّا. et nominatus fuit Dulkephlus, de quod tota die ieiunaret, et tota nocte stans vigilaret: et quia iudicabat causas hominum, nęq: irascebatur; et in hoc plene satisfaciebat partibus suis. Dicunt autem quidam, illum non fuisse prophetam. Ismael Ebn-Aly asserit eum fuisse filium Iob, et habitasse in Syria: et iuxta nonnullos fuisse primo impiorum, ac flagitiosum. Cum uero resipuisset, statim mortuum fuisse, et super ianuam domus eius scriptum diuinitus apparuisse: Iam peperci Deus Dulkephlo. Alij uolunt eum fuisse hominem sanctum, et usque ad mortem in bonis operibus perseuerasse, et centies in die sese ad orandum incuruasse. Ita Ismael.

87. Et Dulnuni] arabice ذوالنون Dul-Nun, idem est ac habitator piscis. Hoc autem nomine censetur significari Jonas Prophetes, eo quod triduo in cete commoratus sit. De hoc, quemadmodum etiam de Idris, seu Henoch iam satis multa dicta sunt

101. Porro illi, quibus præcessit à nobis]. Cum dixisset iam Mahumetes, detrudendos esse in gehennam, qui socios Deo adiungunt, addidit ea uerba, quibus significaret, quosdam ex Iudæis, et Christianis, qui Deum unà cum ipsis socijs, seu Dijs à se confictis, obtrudunt quidam nomine ابن الزبعرى Ebn-Alzobaerius عبد عزيز والمسيح Christum unà cum Dijs Ezras, Chris-

والملايكة فهم فى النار على مقتضى ما تقدم

tus

Christus, et Angeli: ergo hi iuxta hanc legem, erunt in gehenna. Huic respondetur hic: Forte illi, quibus successit ad nobis &. nimirum, hos non esse in gehenna, quia antea praedestinati fuerant ad Paradisum. Ratio friuola, et quæ Deum partialē facit.

104. Quemadmodum solet plicare Angelus Sigel Libros.] Explicat Zelal. صحيفة ابن ادم عند موته Librum, seu volumen hominis prope mortem eius; quando scilicet iam legit ille opera eius. Alij accipiunt سجل Sigel pro صحيفة libro, exponunt: sicut plicatur liber scriptus; quasi الكتب libros, seu ut alij legunt للكتاب Sibrum, stabet pro المكتوب scriptus. Ponat Corrada: كطى الصحيفه التى فيها الكتاب sicut plicatur volumen in quo sit scriptura, seu volumen scripturæ.

105. in sacris Voluminibus] Vox Arabica الزبور accipitur generatim pro omnibus sacris Libris. Aliquando peculiariter pro Psalmis Davidicis. Aliquando pro اللوح المحفوظ Tabula custodita

106. annunciatis.] Vox Arabica ع ل ى proprie significat actionem illam, qua efficitur ut aliquid ad alium perveniat. Zelal exponit كفاية الى دخول الجنة id quod satis est sive, seu facere, ad ingrediendum in Paradisum.

111. Et ego nescio] Zelal: وما ادرى لعله اى ما اعلمتكم به ولم يعلم وقته فتنة اختبار لكم ليرى كيف صنعكم ومتاع تمتع الى حين اى انقضاء اجالكم. Et nescio utrum id quod notificaui vobis, et ignotum est tempus eius, sit ad probandum vos, ut videat Deus quomodo vos geratis: et interim sinat vos frui vsq; ad tempus mortis vestræ.

112. Dic] Hic etiam est duplex lectio: قل Dic: scilicet o Mahumdes: et قال Dixit, nempe Mahumdes.

C. 12.

Pp 458. 1. Illud hic notandum, quod alibi notaui frequenter: primirum, Mahumetum a suis requisitum, ut miraculum aliquod ad confirmandam nouam sectam patraret, se se excusasse, respondendo, Deum nulla per ipsum miracula facere, quia frequenter profuturum non esse Meccanis ad credendum; quemadmodum non profuerunt gentibus illis, quas Deus antea perdiderat propter ipsorum incredulitatem. Quam autem friuola, et futilis hec excusatio sit, iam supra demonstraui.

2. Iubet Mahumetus aspectatores suos, interrogare uersatos in Pentateucho et Euangelio, nempe Iudeos, et Christianos, ut ab ijs intelligant uerum esse quæ ipse predicabat. At si uelint Mahumetani a Christianis et Iudeis discere, utrum uera sint nec ne ea quæ in Alcorano continentur, atque eorundem testimonio acquiescere: intelliget procul dubio se se in manifestissimo errore uersari.

3. Meritò negat Mahumetus pluralitatem deorum. Ratio tamen ab eo allata facilè rejicitur. Nam, ut concederemus id quod est impossibile, quod plures essent dij: singuli haberent perfectionem talem, quæ diuinæ naturæ conuenit; nec foret perfectio unius esse in ulla perfectione alterius. Quamobrem non solùm non dissentirent inter se circa mundi gubernationem sed potius maximè conuenirent: ut conueniret in aliquid regnatico, in quo senatores omnes essent eadem sapientia, et prudentia præditi: nemo enim in eodem senatu conueniret. Alia igitur sunt rationes, quibus deorum pluralitas rejicienda

endo. Sit, quas non ego uis est hic referre.

3ª. Ea quę hoc loco de Abraam, Dauide, Salomone, aliisque Prophetis, siue ueris, siue fictis habentur, ex Thalmudicis magis desumpta esse existimo. Magna certè ex parte fabulosa sunt, præsertim quę ad Dauidem et Salomonem spectant: de quibus ipsa Scriptura tacet.

4ª. Notanda demum est Mahumeti astutia, et plus quam uulpina calliditas. Nam ut se Prophetam mentiretur, prædixit Meccanis bellum diuinitus inferendum, quod ipso ipsum inferre cogitabat. Verum quia nondum sufficiens ad præliandum robur sibi comparauerat, nec certus erat de tempore, quo posset paratum illud habere: id circo asserit se ignorare, quando nam comminatum a Deo malum illis sit euenturum. Imò ita ambiguè loquitur, ut nescias uerum de ullo aliquo, an uero de suprema iudicij die loquatur. Neque enim in his Alcorani uerbis exponendis sapientes Morlemi conueniunt.

سورة الحج مكية
ثمان وسبعون اية

SVRA XXII.

PEREGRINATIO

Meccana: commatum
septuaginta et octo.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis: Amen.

1. O Homines Meccani, timete Dominum vestrum, quia commotio Horæ [i. diei Judicij] erit res magna.

2. Die, qua videbitis illam, obliviscetur omnis lactatrix, illius quod lactat; et pariet omnis habens fœtum, fœtum suum: et videbis homines ebrios, neq; ipsi erunt veré ebrij: sed pœna Dei erit terribilis. [i. ira Dei infligentis pœnam]

3. Et ex hominibus quispiam disputat de Deo sine scientia: et sectatur omnem Satanam rebellem.

4. Scriptum fuit super eum [i. decretum fuit a Deo circa eundem Satanam]: quòd qui in patronum elegerit eum, certè ipse errare faciet eum, et diriget eum ad tormentum Tartari.

5. O homines: si estis in dubio circa resurrectionem; nos certè creavimus vos ex pulvere: deinde ex spermate: deinde ex sanguine coagulato: deinde ex frusto carnis, partim formato, et partim informi; ut manifestaremus vobis potentiam nostram: et quiescere facimus vos in vulvis quantum volumus, usque ad terminum constitutum. Deinde educimus vos infantes. Deinde efficimus ut perveniatis ad etatem roburtam vestram. Et ex vobis quispiam defungitur ante hanc etatem. Et ex vobis quispiam deducitur ad senium [i. ad extremum senium], ita ut nesciat post scientiam quidquam [i. obliviscatur omnia, quæ sciebat antea]. Et videbis terram siccam: cum verò demisimus aquam, commovebit se, et crescet, et producet de omni genere geminis suaviantis.

6. Hoc

6. Hoc fit, quia Deus est Verus: et quia ipse mundificat mortuos: et quia ipse est ad omnem rem potens. P. 5

7. Et quia Horæ [i. dies Judicij] venturæ est: non est Q 9/463. dubium de eo: et quia Deus suscitavit eos qui sunt in sepulchris.

8. Et ex hominibus quisquam disceptat de Deo sine scientia, et sine directione, et sine libro illuminante.

9. Inflectens collum suum superbè, ut seducat alios a via Dei. Huic erit in Mundo confusio: et justare faciemus eum in die resurrectionis tormentum combustionis: et dicemus illi:

10. Hoc evenit tibi, ob id quod præmiserunt [i. antea operatæ sunt] manus tuæ: et quia Deus non est iniquus ergo servos.

11. Et ex hominibus qui quisquam colit Deum super extremitatem [i. hesitanter, et velut is qui stat super extremitatem, seu supercilium montis]. Quod si incidit ei bonum, securus adquiescit ei. Si verò inciderit ei tentatio, obvertetur suæ faciem suam [i. cedibit ad infidelitatem] cum amissione hujus mundi, et futuræ vitæ. Hæc erit perditio manifesta.

12. Invocabit præter Deum quod non noceat illi, et quod non prosit illi. Hic est error longè remotus a veritate.

13. Invocabit eum [illegible] cujus nocumentum vicinius est, quam juvamen ejus [i. qui potius nocere possit ei, quam prodesse]. Certè infelix est patronus: et certè infelix est

socius

14. Porrò Deus introduces eos, qui crediderint, et fecerint ree= ea in horros, currens subijs flumina: quippe Deus facit id, quod vult.

15. Qui existimauerit, quod [illegible] non sit adiuturus eum [l. Mahumetum] Deus in hoc mundo, et in futuro seculo: ex= tendat funem ad Cælum [l. appendat laqueum ad tectum do= mus suę, et injciat collum in eum]: deinde abscindat laque= um, ut strangulatus corruat; et uideat unum irritum red= dat astus ipsius id, propter quod irascebatur [quod scilicet Deus adiuuaret Mahumetum].

16. Et ita demisimus eum [l. Alcoranum] habentem signa clara: et quia Deus dirigit quem vult.

17. Profectò qui crediderint, et qui Judęi fuerint, et Sabaitę, et Christiani, et Magi, et qui associauerint [l. plures Deos colue= rint]: certè Deus diuidet inter eos die resurrectionis: quippe Deus super omnem rem est testis.

18. Nonne uides, quod Deum adorat qui est in Cælis, et qui in terra, et Sol, et Luna, et stellę, et montes, et arbores, et bes= tię, et multi ex hominibus? Multis uerò iustè debetur pęna. Quem autem contempserit Deus, non erit illi ullus honorans: quippe Deus facit id, quod vult.

19. Hi duo aduersarij [nimirum fideles, et infideles] diuer= tauerunt de Domino suo. Porrò qui infideles sunt conficien= tur illis uestes ex igne: effundetur super capita ipsorum aqua feruens.

20. Liquefiet per eam id, quod est in ventribus eorum, et pelles.

21. Et ipsis

21. Et ipsis adhibebuntur ad flagella clauq cum stimulis aduncis ex ferro.

22. Quotiescunque voluerint exire abeo [i. igne] ob angustiam: reducentur ad illum: et dicetur illis: Gustate poenam combustionis.

23. Povrò Deus introducet eos, qui evedierint, et fecerint vecta in hortos; cuirens subijs flumina: ornabuntur in illis ex armillis ex auro, et margaritis: et vestimentum eorum in eis erit sericum.

24. Et directi fuerunt ad bonum ex dicto [i. ad dictum bonum, nempé ad confessionem unitatis Dei]: et directi fuerunt ad viam laudatam.

25. Qui autem infideles fuerint, et prohibuerint alios à semita Dei, et Oratorio Meccano, quod constituimus hominibus equaliter consistentibus in eo, et denuo adeuentibus [i. tam indigenis, quam aduenis]:

26. Et qui voluerit illud profanare cum iniquitate: faciemus eum gustare de poena dolorifica.

27. Et memento cum dedimus in asylum Abrahe locum Domus [i. templi Meccani], et diximus ei: Ne associes mihi quidquam: et purifica domum meam pro circumeuntibus eam, et stantibus in ea, et incuruantibus se ad adorandum.

28. Et edicito inter homines peregrinationem, ut ueniant ad te pedestres, et equitantes sub omnem cameluam, quantumuis extenuatam; uenient de omni itinere longinquo. a profundo

29. Vt testes sint utilitatum sibi prouenientium et Dei

a. notis

grinatione, et commemorent nomen Domini in diebus a constitutis
ob id, quod pacbuit eis in usum de jumento pecorum.
30. Comedite ergo ex illis, et cibate paugerem mendicum.
b. ritus peregrina- 31. Deindè abolicant b Nazareatum suum, et sanctificiant
tionis sui? actis suis, et circumeant Domum antiquam.
32. Hoc faciant. Qui autem magni fecerit anathemata
Dei, hoc erit melius illi apud Dominum suum. Concessa autem sunt vobis ad comedendum omnia pecora, exceptis iis,
quæ lectum est vobis esse prohibita. Recedite porro ab
abominatione ex idolis: et cavitate dictum mendacij.
33. Ortodoxi errore Deo, non associantur in eo. Qui
enim associaverit in Deo scrit, sicut illud, quod decidit è
Q 9/464. Celo, et capient illud aues: vel perflat in illud ventus,
et defert in locum longinquum.
34. Hoc ita se habet. Qui autem magnificaverit
oblationes Dei: certè hę proveniunt ex pietate cordis.
35. Sobij sunt in illis utilitates usque ad terminum constitutum emendationi earum. [i. uti licèt vobis illis ad utilitatem vestram donec immolentur] deindè convenit ad
ducere ea, ad immolandum ad Templum antiquam.
36. Unicuique autem generi constituimus statuta
ea, ut commemorent nomen Dei ob id, quod provenit
eis de jumento pecorum. Sorti Deus vester Deus
unus est: igitur ergo nos ipsos dedicare. Et evangelizo
obedientibus humiliter Deo:
37. Qui cum sacra fuerit mentio Dei, timore percellantur corda eorum. Et patienter sustinentibus in
quos

quod inciderit eis; et peticionibus preces; et eis eo, quod ad sustentationem pertinuit eis, elargiuntur.

38. Et Camelos dedimus nobis inter cultus religionis Dei. Est nobis in illis bonum [i. multa utilitas] Commemorate ergo nomen Dei super illos, quando immolabitis eos stantes super tres pedes, alligato pede sinistro anteriori. Cum autem ceciderint latera eorum post immolationem: manducate ex illis, et cibate ex illis contentum eo, quod sibi datur, nec aliquid petit, et rogantem. Ita subjecimus eos nobis, ut nos gratias nobis ageretis.

39. Non pervenient ad Deum carnes earum, neque sanguines eorum: Sed perveniet ad eum pietas ex nobis. Ita subjecimus eos nobis, ut magnificaretis Deum, eo quod direxerit nos. Et evangeliza benefacientibus:

40. Quod Deus depellet fraudes infidelium ab iis, qui credunt: Deus enim non amat omnem deceptorem, infidelem.

41 Concessum fuit iis, qui prœliantur [i. concessum fuit fidelibus, ut pugnent contra infideles], eo, quod ipsi injuste vexati sint ab illis. Et quidem Deus ad auxilium eorum est sane potens.

42. Hi sunt, qui ejecti fuerunt e' domibus suis sine justitia, non aliam ob causam, nisi, quia dicebant: Dominus noster est Deus. Sed, si non pelleret Deus homines alios eorum per alios: certe' destructum fuissent monasteria, et ecclesiæ Christianorum: et orationes [i. Synagogæ Judæorum]: et Oratoria [i. Mezchitæ Mahumetanorum]. Commemorabitur in his locis nomen Dei multum. Et quidem adjuvabit Deus eum, qui adjuverit ejus.

quippe Deus est valde validus, et potens.

43. Hi sunt, qui, si firmauerimus eos in terra; persoluent orationem, et dabunt eleemosynam, et præcipient justum, et prohibebunt ab injusto. Et Dei est finis verum ℞ [i, omnia ad eum in nouissimo die perueniensur].

44. Quod, si mendacij insimulauerint te: iam' prius mendacij insimulauit ante eos Prophetas suos populus Noe, et Aad, et Themud.

45. Et populus Abrahę, et populus Lot: et habitatores Madian. Et mendacij insimulatus est Moyses. Atqui protraxi spatium uitę infidelibus: deinde punitui eos: et quomodo fuit pœna mea? [i, quam ultrix].

46. Quot ueró ex urbibus perdidimus, quia ipsę erant iniquę: et hę nunc sunt diruę super tecta sua? Et quot putei sunt derelicti? Et quot castra munita deserta sunt?

47. An ergo non peragrauerunt terram? Ut sint ne illis corda, quibus intelligant: aut aures, quibus audiant? Certè non sunt cęci oculi eorum: sed cęca sunt corda, quę sunt in pectoribus eorum.

48. Et urgent te ad accelerandam pœnam tibi. Atqui ne quaquam detractauit Deus promissionem suam. Et qui dem dies unus apud Dominum tuum in pœnam futuri sęculi erit sicut mille anni ex iis, quos enumeratis.

49. Et quot ex urbibus protraxi illis spatia felicis uitę, et ipsę erant iniquę. Deinde sustuli eas? Et ad me erit reditus in die iudicij.

50. Dic: O homines, certè ego sum uobis prædicator manifestus

nifestus.

§1. Qui ergo crediderint, et fecerint recte, erit illis indulgentia, et praemium honorificum.

§2. Qui vero studuerint in signis nostris infirmare, [i. studuerint signa nostra, seu Alcoranum infirmare]: hi erunt socij Infernum.

§3. Et non misimus ante te ullum Legatum, neque locuti sumus, quin cum legeret, conieceit Satanas aliquem errorem in lectione eius. Sed abolebit Deus id quod conieceit Satanas: deinde stabilier Deus signa sua: nam Deus est sciens, cupiens.

§4 Vt ponat id, quod conijcit Satanas ad tentationem eorum, in quorum cordibus est morbus infidelitatis: et dura sunt corda eorum. Et quidem iniqui sunt certe in schismate longinquo [i. perseuerantia contra fideles].

§5. Et ut sciant illi, quibus tradita est scientia, quod hic Alcoranus est veritas a Domino tuo, atque ideo credant in eum, et secure acquiescant illi corda eorum. Et quidem Deus sane directurus est eos, qui crediderunt, ad viam rectam. L. P. E. 7. L. V. 465.

§6. Et non cessabunt qui sunt infideles a dubitando de eo [i. Alcorano], donec veniat ad eos ~~[illegible]~~ vestra repente: aut veniat ad eos poena diei sterilis [i. belli Bedrensis, aut supremi iudicij].

§7. Regnum die illa erit Dei. Iudicabit inter eos. Porro qui crediderint, et operati fuerint recta, erunt in hortis voluptatis.

§8. Qui vero non crediderint, et mendacia confinxerint

in signis nostris, his erit pœna ignominiosa.

59. Et qui emigrauerint Mecca provincia Dei; deinde occisi fuerint, vel mortui fuerint: utique providebit eis Deus provisionem relevam: et quidem Deus est sanè optimus providentium.

60. Procul dubio introducet eos introitu, in quo ipsi sibi complacebunt [nimirum in Paradisum]: et quidem Deus sanè est sciens, benignus.

61. Hoc ita est: et qui ulcem vindicaverit injuriam quam admodum ipsi vindicta fuit ab illis: deinde iniuste actum fuerit contra illum ab ijsdem: profectò adjuvabit eum Deus: nam Deus est procul dubio condonator, indulgens.

62. Hoc erit, quia Deus immittit noctem in diem, et immittit diem in noctem [i. succedere facit alterum alteri] et quia Deus est auditor, inspector.

63. Hoc item erit, quia Deus est Veritas: et quia id, quod invocant præter eum, est Vanitas: et quia Deus est Excelsus, Magnus.

64. Nonne vides, quod Deus demittit è Cœlo aquam, et evadit terra viridescens? Quippe Deus est perspicax, peritus.

65. Ipsi servit id, quod est in Cœlis, et quod in terra: et quidem Deus sanè est dives, Laudatus.

66. Nonne vides, quod Deus subjecit ad gratiis serviendum vobis, id quod est in terra: et navem, quæ currens in mari, imperio ejus? et continet Cœlum, ne cadat super

super terram nisi per voluntatem ipsius: quippe Deus est
sanè erga homines pius, misericors.
67. Et ipse est qui vitam dedit vobis: deinde mori faciet vos:
tum iterum vitam dabit in resurrectione: porrò homo est
procul dubio ingratus.
68. Omni genti constituimus ritum religionis; ipsi sunt [a] observantes illum. Ne ergo disceptent tecum de hoc negotio [1. ne disceptes tu cum illis de religione] sed voca illos ad Dominum tuum: quippe tu sanè es in directione [1. religione] recta. [a] ut ipsi sint
69. Quod si disputaverint tecum de hoc: dic illis: Deus est scientissimus in eo quod facitis.
70. Deus judicabit inter vos die resurrectionis circa id, in quo estis discordes.
71. An ignoras, quod Deus scit id, quod est in Cælo, et terra? Certè hoc scriptum est in libro [1. in tabula custodita]. Porrò hoc apud Deum est facile
72. Et colunt præter Deum id, in quo ipse non demisit potestatem [i. id quod ipse nullo modo probavit], et id in quo non est illis scientia. Et non erit iniquè agentibus ullus auxilio.
73. Et cum recitantur illis signa nostra evidentia hoc Alcorano: agnosces in vultibus eorum qui sunt infideles, abnegationem [i. fastidium et abominationem eorum]: prope sunt ut invadant in eos qui recitant istis signa nostra. Dic: An verò enunciabo vobis peius aliquid quàm hoc fastidium, quod experimini ex lectione Alcora-

mi. Deus erit ignis, quem comminatus est Deus his qui sunt infideles: et infelix erit profectio ad illum.

24. O homines, Meccani: progenies est uobis similitudo: audite ergo illam. Certè quos inuocatis preter Deum, nunquam excabunt unam muscam, etiamsi uniuersi congregentur ad hoc. Et si eam raperet ab eis musca aliquid, non possent illud recuperare ab ea. Imbecillis est petens. et petitus [i. homo qui rogat idolum, et idolum quod rogatur].

25. Non mensi sunt Deum ueritate mensure eius: certè Deus est fortis potens.

26. Deus eligit ex Angelis legatos, et ex hominibus: quippe Deus est auditor, inspector.

27. Nouit id quod fuit ante eos, et id quod erit post eos [uidet id quod fecerunt, et id quod facturi sunt]: et ad Deum reducentur res uniuerse.

28. O qui credidistis, incuruamini et adorate, et colite Dominum uestrum, et operamini optimum, ut uos felices sitis.

29. Et decertate pro Deo debito decertationis ipsius [i. sicut debitum est decertare pro illo]. Ipse elegit uos, et non posuit super uos in religione quidquam arcti. Dedit uobis religionem patris uestri Abrahæ. Ipse nominauit uos Muslemes antea, et in hoc [i. et nunc in hoc Alcorano]: ut sit Legatus [i. Mahumetus] testis contra uos in die resurrectionis: et uos sitis testes contra homines. Insistite ergo orationi, et præ-

P. C
Q 455

tate

bete eleemosynam: et sinuiter adherere Deo. Ipse
est heres uester: et ego heres: et ego adiutorem.

Note

Inscribitur Sura الحج Peregrinatio, quia scilicet quedam in ea de hac attinguntur de Meccanam Peregrinationem spectantia; cuius superstitiosos ritus hic non refero, quia passim in Auctoribus nostris, qui inter Mahumetanos uersati sunt, legentur.* Est autem Sura Meccana. Excipit Zelal uersiculos undecimū ac duodecimum: alij etiam decimum nonum, et quinq; sequentes; qui Medine traditi sunt. In reuerso uersuum uariant Auctores: communiter octo supra septuaginta recensentur: sed ett rey leuis momenti: Primium Lectoris accipe ex Zamehasserio: من قراء سورة الحج اعطى من الاجر كحجة حجها وعمرة اعتمرها بعدد من حج واعتمر فيما مضى Qui legerit Suram Peregrinationis, habebit mercedem acsi peregrinatus fuisset, et uisitasset Meccam et fanum eius pro numero eorum, qui antea peregrinati fuerint ad eam, eiusque fanum uisitauerint.

* Vide Prodromum pag. 4. c. 8. pag. 135. et cap. 13. pag. 226. ubi ex professo agitur de hac Peregrinatione

1. Commotio Horæ] Nomine الساعة Horæ, intelligitur in Alcorano absolutè supremi Judicij dies. De illius uero commotione seu terræmotu, ita Zelal: تكون بعدها طلوع الشمس من مغربها الذى هو قرب الساعة Solis ab Occidente, et hic ortus erit proximus. Horæ

8. Et ex hominibus quispiam disputat] Zelal: نزل فى ابى جهل Hæc dicta sunt de Abu-gehel.] Fuit autem Abu-gehel primus inter Meccanos, et cognatus Mahumeti, sed hostis eius

accinimus: et Deo cum lepre mordet ac flagellat in Mec-
cano

17. Et memento cum redimus in asylum]. Legerit Jelal
بيتنا ليبنيه وكان قد رفع زمان الطوفان demonstrauimus
ut ædificaret eam: nam ablata fuerat iam antea tempo-
re diluuij

18. Venient ex omni itinere longinquo]. Verbum Arabicum
يأتين extendit referri hæc ad camelos, non ad homines:
accipitur enim hic, camelus, collectiuè: ut obseruat Jelal
19. Vt testes sint utilitatum]. Dicit ut cognoscant lu-
cra quæ acquirent in peregrinatione & mercaturam,
quemadmodum explicat Jelal. Fit enim hæc peregrina-
tio non tam causâ pietatis, quàm negociationis. Ad
Jelal refert etiam ad spirituale lucrum, seu mercedem
apud Deum in futuro seculo. Quod autem addit,
diebus constitutis, intelligit iuxta eumdem Authorem
عشر ذى الحجة او يوم عرفة او يوم النحر الى اخر ايام التشريق decem dies mensis Dhul-
hoggiat: uel diem visitationis montis Arasthat: uel
diem immolationis usque ad finem trium dierum post
festum victimale. Postremo uerba illa, de iumento
pecudum, idem ualent ac simpliciter de pecudibus, seu
pecoribus, ut camelis, bobus, ouibus

31. Nazaræarum suum]. Vox Arabica نفث. Cognoui-
tur à Golio ex lexicis Arabicis pro Nazaræatu, seu ce-
remonijs uel ritibus peregrinationis, uel uisitationis Mec-
canæ. Itaque hoc loco aduertere Nazaræarum idem est
ac ungues precidere, tondere barbam, capitis, et reliqui
corpo-

corpori pilos abradere, et macrad camelum, uel aliam
pecudem. Eodem modo exponit Jelal.

32. Anathemata Dei.] Arabice حرمات الله, sunt, iuxta
Jelalem ما لا يحل انتهاكه que non licet uiolare, uel immi-
nuere

36. Vnicuiq; autem genti]. Intelligenda hoc uult Jelal de
gentibus fidelibus precedentibus, quarū singulis constituit
Deus [illegible], quod ego uerti Statu sacra. Jelal uero ex-
ponit ذبحا قربانا او مكانا sacrificium ad oblationem, aut
locum illius

38. Stantes supra tres pedes]. Ita exponit Jelal, Jahias,
et alij ab his allegati Arabicam dictionem صوافّ. Alij ta-
men malunt significare simpliciter alligatos. Tolius
explicat: anteriores pedes equal. uenie collocatos. Videtur
recte uerti posse, pedibus rite dispositi, uel, alligati.

38. Et non misimus ante te ullum Legatum]. Qua occa-
sione hęc Mahumeto reuelata sint, ita refert Jelal:
قرء النبي ص في سورة النجم بمجلس من قريش بعد افراتيم اللات والعزى
ومناة الثالثة الاخرى فالقى الشيطان على لسانه من غير علمه به تلك
الغرانيق العلى وان شفاعتهن لترتجى ففرحوا بذلك ثم اخبره جبرايل بما
القاه الشيطان على لسانه من ذلك فحزن فسلى بهذه الاية

Legebat Mahumetus in Sura Stellę, considentibus circa ipsum Coraisi-
tis, hęc uerba: *An ergo uidistis Ellatam, et Alezam, et Ma-
natam tertiam aliam? Et coniecit Satanas in linguam eius,
absque ea quod ipse animaduerteret, hęc uerba: Iste sunt
puellę excelsę, quarum sperandā est intercessio. Lętati
sunt ergo audientes hoc Coraisitę. Sed Gabriel commonuit eum

* Quid uobis
uidetur de
Ellata, et Aleza,
et Manata
tertia alia?

De eo quod Sathanas coniecerat in linguam eius: quamobrem contristatus est. Verùm consolationem magnam accepit et fiduciam ob id quod in hoc versiculo reuelatum est illi. Iahias ex Cotada eodé prope modo rem narrat: بينما رسول الله ص يصلى عند المقام اذ نعس فالقا الشيطان على لسانه كلمة فتكلم بها فتعلقها المشركون عليه وانه قرء افرايتم اللات والعزى ومناة الثالثة الاخرى فالقى الشيطان على لسانه ونعس فان شفاعتها ترتجى وانها مع الغرانيق العلى فحفظها المشركون واخبرهم الشياطين ان نبى الله قد قرءها. Dum Legatus Dei Mahumetus legeret Aleoranum prope locum, in quo Infideles consistebant, dormitauit: conceptique Sathanas in linguam eius nescio quæ uerba, quæ ipse protulit. Et captauerunt illum Infideles in huiusmodi uerbis. Legebat autem uersiculum illum Aleorani: An uidistis Allatam, et Alozam, et Manatam tertiam aliam? Conceuit autem Sathanas in linguam eius dormitantis: Certè harum Dearum intercessio speranda est: et quidem hæ sunt cum quibus speciosis, excelsis. Id obseruauerunt Infideles: nam Dæmones manifestauerunt eis, quod Prophetæ Dei huiusmodi uerba protulisset. Eodem fere modo referunt huiusmodi factum Zamchascenius, ex alijs Expositoribus

Refutationes.

1. Omnia, quæ Mahumetus præceptis suis circa peregrinationem Meccanam, desumpsit fere sunt ab antiqua Ethnicorum Arabum superstitione, quemadmodum Mahumetani ipsi fatentur, et nos alio in loco demonstrauimus. Vnum hic certissimum habendum est: neque Abraham, neque Ismaelem

Ismaelem delubrum illud Meccanum ædificasse. Id iam superiùs satis manifestè demonstrauimus. Quamobrem ruit præcipuum fundamentum Mahumetanæ superstitionis.

2. Dum Mahumetus non solum templis nostris parcit, sed improbat quod destruantur Ecclesiæ Christianorum, claustra Monachorum, et Synagogæ Iudeorum, eâque ac Meschitæ suorum Moslemorum, quia in his locis commemoratur plurimum nomen Dei; [i laudibus ac precibus honoratur et colitur:] ostendit se cum Christianam Religionem, cum Iudaicam sectam approbare. Si enim Christiani essent in mala, aut falsa religione: expediret eorum Ecclesias, ac monasteria destrui: neque enim placere possent Deo preces, et sacra eorum. Sed homo nullius religionis, religiones omnes pro suo libito amplectebatur, et commiscebat.

3. Promittit Impostor suis asseclis Paradisum, qui consistit in hortis, fluminibus, uestibus sericis, armillis ex auro gemmisque confectis, et alijs huiusmodi. Hæc si mystice, aut metaphorice Mosleni intelligerent, in sanam partem accipi possent. Verum ita materialiter accipiunt: ut si quis ea figurate, aut allegorice dicta esse affirmaret, pro hæretico, impioque haberetur. Certum est autem etiam apud ueteres Philosophos, non posse in his bonis, quantumuis excellentibus, humanam hominum felicitatem sitam esse.

4. Ridiculum est id quod in hac sura narratur, seu fingitur: Nimirum, Mahumetum, dum Alcoranum recitaret e cœlo in terram delapsum, in ægritudinem blasphemiam erupisse, tria Meccanorum idola commendando, eorumque intercessionem, ac patrocinium adora-

tibus aferendo. Illud ueró nullo modo tolerari potest, maximumque mendaciũm censendum est, quod Deus ad Prophetę sui impietatem, seu euertendam, seu purgandam, pronuncier, nullum legatum, neque Prophetam ante Mahumetum fuisse, qui dum sacros libros diuinitus reuelatos legerer, blasphemiã aliquã huiusmodi, non quidem ex progrid malitia, sed a- stu Satanę (quemadmodum Mahumeto ermitanti accidecat) non interseuerit. Et quidem non fuerunt legati, et prophetę ante Mahumetum, iuxta Arabum sententia, pauci; cum scribat Zamchascerius. وعن النبى ص انه سئل عن الانبياء فقال مايۃ والف واربعۃ وعشرون الفا فقيل فكم الرسل منهم فقال ثلثمايۃ وثلث عشر. Interrogatus quondam fuit Prophetas Mahumetus quot fuissent Prophetę? Respondit: Centum uiginti quatuor millia. Interrogatus rursum, quot ex iis fuissent legati: respondit: trecenti ac tredecim. Ismaël habuit, trecentos ac septemdecim. Volunt autem hoc omnes Mahumeto accepto, ortos fuisse ex progenie Ismaël, et natos ac missos a Deo in mensibus Asiaram, seu sacris, post quadragesimum ętatis annum, excepto Christo. Omnes item in suis uaticiniis a Demone aliquando deceptos atque illusos fuisse. Distinguunt autem legatos a Prophetis: quod etiamsi legati omnes fuerint etiam Prophetę, solis tamen legatis traditi sunt libri celitus a Deo: reliqui uero Prophetę eosdem libros iam traditos prędicauere. Ita Zamchascerius et Ismael in locis allegatis.

§. Inter opera diuinę potentię illud referunt in Adrumano, quod Deus imperio et uoluntate sua, et ex magna

ingen

ergo homines misericordia, Cælum cerneat, ne cadat in
terram, et opprimat habitatores eius. O acumen Chrysip-
peum! quasi uerò Cælum uiolenter suspensum supra
terram, uelut lapis in aere, detineretur: et non potius
esset contra naturam ipsius, ipsique omnino uiolentus
e propria sede dimoueri. Erat ne uerò tam malus astro-
logus, quàm falsus propheta Mahumetus. Verùm etiamsi
Cælum sua terram cueret, non tamen timendum esset eo
illius casu precisè quemquam interimendum, aut opprimen-
dum, cum sit materiæ tenuissimæ, ac nullius ponderis.

6. Affirmat Mahumetus, citius ac tutius cuiuslibet gentis, a Deo institutum fuisse: quamobrem non esse de his disputandum. Sacra igitur Christianæ religionis eiusdemque Leges cogitur approbare. Quod si dicat hæc usque eo bona fuisse, quoad diu per Alcoranum a Deo aliis Legibus ac sanctis traditis abrogata non sunt: quemadmodum Mosaicæ Legis ritus tandiu boni fuere, quamdiu per Euangelium aboliti non sunt. Respondeo hæc illum prætij speciem, nec ullo modo posse probare: nullibi enim in sanctis libris inuenimus Messiæ Legem mutandam esse, quemadmodum Mosaicam mutandam cognouimus. Imò hanc usque ad finem mundi perseueraturam esse, Prophetarum oracula manifestè testantur. Denique pro bonitate Christianæ Legis Mahumetum ipsum certum habemus. At uerò pro Alcorranicis superstitionibus, nullum nisi Deum potuit Mahumetus testem proferre. Sequitur uerò exspectandum esse, ut de his diuinet

inter nos Deus in die resurrectionis: iam enim satis superque iudicauit ac diiudicauit in sacris scripturis.

3. Iurpiter sibi contradicit Impostor. Cum enim saepius non semel dixisset, Deum mittere legatos suos, non Angelos, sed homines: hic oppositum affirmat: Deum scilicet tam ex Angelis, quam ex hominibus legatos mittere.

8. Quamuis negandum non sit, legem a Mahumeto euulgatam, licentiae ac libidini frena laxare: non tamen potest omnino illi concedi, nihil esse in ea ardui, aut difficilis, quemadmodum ipse nunc gloriatur. Sunt in ea sine dubio non nulla admodum arduo ac molesta, quae tamen superstitionem tantummodo continent, uel nihil pertinent ad pietatem, uel ~~sanctum cultum~~ ueram religionem ~~legendum~~ ~~religio~~ nem. cuiusmodi sunt illae tam multae tamque improbae lotiones, incunctationes, gesticulationes, et alia huiusmodi, quae non rerum potius, quam pietatem ualeant excitare. Ieiunium etiam Romadan mensibus aestiuis: peregrinatio Meccana: circumcisio denique iam etiam, non inodicam, quamuis inutilem secum affernnt difficultatem: nec minoris esset incommodi a uino abstinere, nisi Mahumetani in hoc sibi nimij, et usque ad ebrietatem, indulgerent.

سورة المومنون مكّية
وهى ماية وثمانى عشر آيّة

SVRA XXIII.

FIDELES.

Meccana: commatum centum decem et octo.

In Nomine Dei Misericordis Misericordis.

الجزو الثامن عشر

Pars Decima octava

1. Iam felices sunt Fideles.
2. Qui in oratione sua sunt se se humiliantes.
3. Et qui sunt ab inani fatiligue sermone procul recedentes.
4. Et qui sunt eleemosynam facientes.
5. Et qui sunt mutones suos custodientes, non utenses illis
6. Nisi erga uxores suas, aut quod possederunt dextere eorum [l. erga ancillas suas]: nam ipsi erunt in his inculpabiles.
7. Qui vero concupierit praeter hoc [l. praeter uxores, et ancillas], hi erunt praevaricatores.
8. Et qui sunt tradimonia sua, et pactum suum observantes.
9. Et qui super orationes suas habent custodiam [l. per horas suas temporibus suis]
10. Hi erunt hereditantes.

11. Qui egredietur Lauadiorum, ipse in eo perpetuò commorabitur

12. Et iam porrò creauimus hominem ex extracto luti [id est ex luto defecato]: * Deinde posuimus eum germen in mansione firma [i. in uallo]

14 Deinde creauimus germen illud in sanguinem coagulatum. Deinde creauimus sanguinem illum coagulatum in frustum carnis. Postea creauimus frustum illud carnis in ossa. Deinde induimus ossa carne. Deinde produximus illud quod creaueramus, creatione altera, faciens illud corpus animatum. Benedictus igitur sit Deus optimus Creantium.

15. Deinde uos profectò post hoc sanè certis moriturus.

16. Deinde uos certè die resurrectionis suscitabimini.

[i. creauerimus] 17. Et sanè quidem * creauimus supra uos septem uias [i. Celos]: neque fuimus circa creaturam [i. circa homines creatos] negligentes.

18. Et demisimus è Celo aquam in mensura; et reposuimus eam in terra. Et quidem nos ad auferendam illam certè sumus potentes.

19 Cum produximus nobis per eam hortos ex palmis, et * uitibus: sunt nobis in illis fructus multi, et ex illis comedi-

tis.

21 Et produximus nobis arborem, quæ egreditur ex monte Syna: profert oleum, et tinturam comedentibus [i. in qua comedentes intingant buccellas.

22 Et quidem nobis in pendibus est sanè copia: potamus

meus noe ex eo, quod ett in arevis eavum [i. laete]: et sunt
nobis in illis utilitates multæ: et ex illis comeditis. 23
Et sujes illas, et sujes naues ychimini. 27
Et jam quidem misimus Noe ad gentem suam, et di- 24
xit: O populo meus servite Deo: non est nobis ullus Deus
juxta eum: an ergo non timebitis eum?
Dixerunt Principes, qui infideles erant de gente ejus: 25
Non est hic, nisi homo carneus, sicut nos: affectat ut excel-
lens fiat supra nos. Quod, si voluisset Deus, ut coleremus
alium juxta se: certè misisset Angelos, non hunc
hominem. Non audiuimus hoc de patribus nostris primis.
Si est hic, nisi homo, in quo est mania. Custodite eu- 26
go eum usque ad tempus.
Dixit Noe: Domine mi adjuua me, in hoc, quod in- 27
simulant me mendacij.
Et diximus per revelationem ad eum: Fac Arcam in 28
oculis nostris, et revelationem nostra [i. videntibus, et revelan-
tibus nobis.] Cùm autem aduenerit negocium nostrum [i. est
tempus diluuij]: et ebullierit furnus aqua, qui nunc de-
seruit ad coquendum panem: introduc in eam ex omni * 29
animante paria duo, masculum et feminam, et
familiam tuam, preter eum super quem præcessit dictus
ex illis [i. preter eum ex illis, quem præterminauit deus,
seu decreto meo ad perditionem]. Et ne allequaris me
pro iis qui sunt iniqui; etenim isti demergendi sunt.
Cùm autem consedisset tu, et qui tecum sunt in 30

Arcam, dic: Laus Deo, qui liberauit nos de gentibus iniquis.

31 Et cùm descendes ab eo, dic: Domine mi, da descendere
fac me descensu benedicto [i. felici] + nam tu es Optimus
Descendere faciensium.

32 Certè in hoc fuerunt sanè signa diuine ffrontis:
et quidem fuimus sanè probantes in hoc genere Adæ

33 Deindè orti fecimus post eos generationem aliam
[nempe Adæos]:

34 Misimusque inter eos Legatum ex ipsis, nomine
Aud, qui dixit eis: Colite Deum. Non est uobis ullus
Deus preter eum: an ergo non timebitis eum?

35 Et dixerunt Primores è populo ejus, qui erant in-
fideles, et abnegabant occursum alterius uite [i. diem
resurrectionis +] et deliciarum affluentiam dedera-
mus eis in uita mundana: Non est hic, nisi homo
carneus, sicut nos: comedit ex eo, quod comeditis; et bibit ex
eo, quod bibitis.

36 Et sanè, si obedieritis homini carneo, sicut uos, procul
dubiò uos eritis protinùs pereuntes.

37 An promisit uobis, quod uos ubi mortui fueritis, et
eritis pulueris et ossa, quod uos inquam eritis educendi uiui
è tumulis?

38 Apage, apage id, quod promittitur uobis.

39 Si est alia uita, nisi hæc nostra mundana. Mo-
rimur, et uiuimus: neque nos sumus resuscitandi.

40 Si est hic, nisi uir, qui commentus est contra Deum
mendacium

mendacium. Et non erimus nos illi credentes. Dixit Aut
Dixit Illa: Domine mi, defende me in eo, quod 41
mendacij insimulauerunt me.
Respondit Deus: Post modicum profecto ea 42
dent penitentes.
Iustulit igitur eos supplicium cum ueritate: 43
et reddidimus eos uelut germen aridum. Procul ergo à
misericordia Dei gentes inique.
Deindè orti fecimus post eos generationes alias. 44
Non preuenit ulla gens terminum suum: neque dif- 45
fecerunt ulteriùs postquàm terminus aduenerit.
Deindè misimus legatos nostros * successiue cum 46. تتری
interpolation. = تتری
legatis suis, mendacij insimulabant eum. Et subsequi fe-
cimus alios eorum alios [i. perdidimus unam gentem post
aliam] + et posuimus eos in nouas narrationes. + Procul
itaque à Diuina misericordia gentes, que non crediderunt. 47
Deinde misimus Mosen, et fratrem ejus cum
(con) cum signis nostris, et ueritate manifesta.
Ad Pharaonem, et Primates ejus: Sed superbè re- 48
cusarunt credere, erant enim homines a sublimes. a. elati
Dixerunt itaque: Vtne credemus duobus hominibus, 49
qui sunt, sicut nos; et gens eorum sunt nobis seruientes.
Et mendacij insimulauerunt ambos: quamobrem fue- 50
runt ex perditis.
Et jam quidem dedimus Mosi librum, ut ipsi [i. Israelitæ] 51
dirigerentur.

52 ~~Ff.~~ Et posuimus filium Marię, et matrem ejus in miraculum: et recepimus utrumque in locum sublimem habentem quietem, et fontem aquę puręę.

53 ~~Ee~~ Et legati, comedite de rebus bonis [i. licitis] + et operamini vestrum: ego enim ~~sum~~ in eo, quod operabimini cognitor ero.

54 ~~Ee.~~ Et quidem hęc gens vestra [i. religio vestra] est gens una: et ego sum Dominus vester: timete ergo me.

55 ~~Ee~~ Et discedent Judęi, et Christiani, et alię negotium suum [i. religionem suam] inter se in sectas. Omnis secta in eo, quod est gens se [i. in opinione sua] + lętantes sunt.

56 ~~Ee~~ Sed sinde eos in errore suo usque ad tempus mortis eorum.

57 ~~Ff~~ An existimant, quòd id, quod extendimus ijs de operibus, et bonis [i. copiosè concedimus illis] + acceleremus ijs

58 ~~Ff.~~ in bonis [i. ad bonum ipsorum, et non potiùs ad malum.] Verumtamen non intelligunt.

59 55. Verò, qui sunt ex timore Domini sui, sibi cauentes ab ira ejus:

60 56. Et, qui in signis Domini sui credunt:

61 57 Et, qui in Domino suo non fœnunt socios.

62 58. Et, qui a dant id, quod dederint, [nempè eleemosynas], + et corda eorum sunt timentia, quòd ipsi ad Dominum suum sint reuersuri:

a. dederint id, quod dant

63 59. Hi certatim festinant in bonis operibus, et ipsi ad ea prouenientes sunt alios.

764.

64 60. Et non grauabimus animam, nisi pro capacitate ejus: et apud nos est liber, qui loquitur cum veritate:

Et ipsi

et ipsi non incrabuntur inique.

61. Atqui cerva eorum servantur in ignorantia de hoc [i. Alcorano] et ipsis sunt opera propter hoc [i. diversa ab operibus fidelium sagenido velatis] + ipsi sunt ea operanti. 65 a operantes

62. Vigiedùm sustulerimus oppedenos eorum per supplicium in bello Bedrensi: ecce ipsi tumultuosè clamabunt. 66

63. Sed dicetur illis: Ne vociferemini hodie: quippe vos à nobis non adjuvabimini. 67

64. Jam signa nostra legebantur vobis: sed vos super calcaneos vestros revertebamini. 68

65. In superbiam vos effervescis de hoc [i. de templo, vel bonis sacris Mecce, que possidetis] + turba nocte confabulans, falsa, ac futilia, obloquebamini de Mahumeto, et Alcorano. 69

66. An ergo non considerarunt attentè dictum [i. verba Alcorani]? an venit ad eos id, quod non venit ad patres eorum priores. 70

67. An non cognoverunt Legatum suum: propterea ipsi sunt ei inabnegantes? 71

68. An dicunt: In eo sunt demonia? Sed venit ad eos cum veritate: et plerique eorum sunt veritatem abominantes. 72

69. Quod si regnum esset veritas desideria eorum: profecto corrupti fuissent Cali, et terra, et qui sunt in illis. Atqui attulimus eis commonitorium eorum [i. Alcoranum] + ipsi verò à commonitorio suo sunt longè recedentes. 73

70. An petes ab eis mercedem pro sanctificatione? sed melior ces Domini tui est melior: et ipse est optimus largientium 74

75 71. Et tu quidem vanè inuitas eos ad uiam rectam.
76 72. Et profectò, qui non credunt in æternum requiem, ab hac uia uere certè longè deuiantes.
77 73. Quod, si uniuersi fuissemus eorum, et releuassemus, quod erat in eis de damno [i. famem, quæ per septennium Mesopotamiæ afflixit]: profectò tenaciùs hæsissent in errore suo, et in ea perseuerassent.
78 74. Et jam quidem exegimus eos cum pœna [i. fame] + non tamen humiliauerunt se Domino suo, neque supplices deprecati sunt:
79 75. Donec, cùm aperuissemus super eos portam habentem pœnam uehementem [i. eadem belli Babylonici] + ecce ipsi in ea in desperationem dejecti.
80 76. Et ipse est, qui creauit nobis auditum, et aspectum, et corda: quam pauci gratias agitis?
81 77. Et ipse est, qui procreauit nos in terra; et ad eum congregabimini.
82 78. Et ipse est, qui uiuificat, et mortificat, et ab ipso est
83 uarietas noctis, et diei: an ergo non intelligitis? Sed dixerunt, quod dicebant Priores:
84 79. ~~Dicebant~~ Dixerunt: An postquàm mortui fuerimus, et essemus puluis, et ossa; an utique nos certè essemus suscitandi?
85 80. Jam quidem promissum fuit nobis, et Patribus nostris hoc antea: si est hoc, nisi fabulæ Priorum.
86 81. Die: Cujus est terra, et qui sunt in ea, si uos scitis
87 hoc? Respondebunt: Dei. Die an ergo non commonefieris.

82. Die

82. Die: Quis est Dominus Cœlorum Jeyptem, et Dominus Troni magni? 88

83. Respondebunt: Dei. Die an ergo non timebitis eum. 89

84. Die: Cujus in manu est Regnum omnis rei; et ip= se protegit, et non protegitur; si Scitis? 90

85. Respondebunt: Dei. Die: Quomodò ergo pressigijs fasci= namini. 91

86. Atqui attulimus illis veritatem: et nihilominùs ipsi sunt sanè mentientes. 92

87. Non suscepit Deus ullam prolem, et non fuit cum eo ullus Deus: alioquin sanè abstulisset quilibet deus id, quod creasset pro se: et quidem exrulisset se alius ea- dem fugrd aliumd. [alius Deo absit, quod predicant. [i. procul absit Deus ab hoc]. 93

88. Cognitor est occulti, et manifesti: itaque excelle- tus ab eo, quod associant. [i. procul absit ab habentis Dijs socijs.] 94

89. Die: Domine mi, si videre faceris me id supplicij, quod ipsis promittitur 95

90. Domine mi, ne pones me cum gentibus iniquis [i. ne involuas me in supplicio eorum]. 96

91. Et nos quidem ad hoc, ut videre faciamus te id, quod ip= sis comminamur, sanè sumus potentes. 97

92. Repelle pro id, quod est optimum, malum: [i. ignosce illis id, quo te lædunt]. Nos scientissimi sumus de eo, quod a. malig 98

predicant [i. obloquuntur].

93. Et

99 93. Et die: Domine mi, confugio adte, ut libeves me à mini=
lis Satanarum.

100 94. Et confugio adte, Domine mi, ne presentes sint mihi [i. ne
noceant mihi].

101 95. Quandò venerit alicui eorum mors, dicet: Domine mi, re=
fazite dive me in vitam.

102 96. Vtego operer veerum in eo, quod reliqui [i. in spatio vitæ,
quod mihi pevigit.] sed vesponsebitur ei: Neguaquam. Evo-fectò
hoc verbum [i. vedive fac me] ipse dicturus est illud: sed frustra:
nam post eos evit vesuagulum, ne vedive possint usque ad diem,
qua vuscitabuntur.

103 97. Cum ergo insufflatum fuerit in Tubam: non erunt postò
cognationes inter eos die illa: neque de se mutuò
vogabunt propter eas.

104 98. Eorvò cujus graves fuerint bilances ejus operibus bonis:
105 hi erunt felices. Cujus verò leves fuerint bilances ejus:
hi sunt, qui perdent animas suas, in gehenna semper mo=
raturi.

106 99. Aduret facies eorum ignis: et ipsi in eo erunt contrahen=
tes labia pre dolore: et dicetur illis.

107 100. Nonne signa mea legebantur vobis in Alcorano? At
vos ea mendacij insimulabatis.

108 101. Respondebunt: Domine noster, prevalvit super nos
infelicitas nostra: et fuimus homines errantes.

109 102. Domine noster, educ nos abeo [i. igne]. Quod si vedie=
. erimus in pristinum errorem, tunc certè nos erimus iniqui

103. Dicet

163. Dicet illis Deus: Procul este, abscedite in eo: et ne allo- 110
quamini me pro libertate vestra.

204. Certè, quod fuit gaud e' servuis meis, qui dicebant: Do- 111
mine noster, evedidimus: parce ergo nobis, et miserere nobis:
tu enim es Optimus Misericordium.

105. Atqui exeipiebatis eos cum laudibus, ita, ut obliviscia- 112
cerentur uos memoriam mei [quia, scilicet illi videntes, se
contemni, desistebant à vobis commoniendis] et uos ex eis
risum captabatis.

106. Ego sanè reprendi eis mercedem hodie prò eis, quod pa- 113
tienter sustinuerunt: certè ipsi erunt felices.

107. Dicet illis Deus: Quoto movati estis in terra numero 114
annorum?

108. Respondebunt: Movati sumus diem, vel partem
diei: Atqui interroga numerantes [i. pete hoc ab Angelis,
qui recensent ossera creaturarum.]

109. Dicet illis Deus: a Non movati estis, nisi parum: si 116 a Si
prò vos velveris numerare, hoc cognoscetis.

110. Putabatis nè, quòd creavissemus vos frustrà: et, quòd 117
vos ad nos non esseris reducendi?

111. Atqui exaltetur Deus, Rex, Veritas: non est Deus, 118
nisi ipse: Dominus throni venerandi.

112. Qui autem invocat cum Deo deum alium, non est 119
probatio demonstrativa ipsi de eo [i. quem non potest id vo-
care] et invofectò veddituò rationis ejus, erit apud Dominum
suum [i. vedder rationem de hoc peccato apud Deum.]:

et è non felicitabuntur infideles.

HB120* iij. Et die: Domine mi, parce, et miserere: tu enim es Optimus misericordium.

Note

Inscribitur sura المؤمنون Fideles, seu Credentes, ab ultima uoce primi dictione. Est Meccana: et in ea centum decem et octo uersus communiter recensentur. Non nulli tamen unum superadduntur. Lectori premium erit, quod من قراء سورة المؤمنين بشرته الملايكة بالروح والريحان وما يقرّ به عينه عند نزول ملك الموت. Qui legerit suram Fidelium exhilarabitur ab Angelis sura, et dore suaui, et ijs cibis, quibus recreetur oculus eius sub aduentum Angeli mortis. Habetur ex traditione discipuli Mahumetum ipsum لقد نزلت علىّ عشر ايات من قراهن دخل الجنة ثم قراء قد افلح المؤمنون حتى ختم العشر. Reuelati sunt mihi decem uersus, quos qui legerit, ingredietur in Paradisum. Deinde legit sura. Iam felices sunt Fideles, donec peruenit ad finem decimi uersus. Addit Zamchascerius: وروى ان اول سورة قد افلح المؤمنون واخرها من كنوز العرش من عمل بثلاث ايات من اولها واتعظ باربع ايات من اخرها فقد نجا وافلح: Habetur ex traditione, Principium et finem sure Fidelium, ipse legentium ex thesauris Thronu Dei. Qui operatus fuerit iuxta tres primos uersus; et instructus et commodatus ultimos quatuor uersus illius, salutem adipiscetur, et beatus erit

* 10. Et iam gladem creauimus super nos septem uias] Iam notauimus, uiarum nomine hoc loco ab Expositoribus Celos intelligi. Rationem reddit Gelal. ابواب الملايكة طرق الملايكة. Quia Celi sunt Angelorum uie. Quod autem additur: neque fuimus circa creaturam negligentes: innuitur inde Expositionem eiusdem Authoris, Deum retinere ipsos Celos ne violenter sursum pensos ان يسقط عليهم فتهلكهم cadant super homines, et interimant illos. Vide superius eandem ineptiam * Cor. 21.

* 19. Arborem que egreditur ex monte Sina.] Per huiusmodi arborem intelligunt communiter Expositores الزيتون oleam, seu arborem olivi. Quasi uero peculiare sit monti Sinai hanc arborem progignere, que regiones fere omnes abundant. * cor. 28.

* 26. Et ebullierit furnus] Vide que superius circa hoc dicta sunt.

29. Preter eum unum quem precepit dictum ex illis] Exponit Gelal: وهو زوجته وولده كنعان Fuerunt hi uxor eius, et filius eius Canaan. Putant enim Arabes, hos duos in diluuio periisse ob iniquitatem ipsorum, quamtumuis Noë pro ijs precaretur. Vide alibi dicta. et Prov. p. 1. cap. 11. * cor. 13.

* 43. Et accepimus utrumque in locum sublimem.] Gelal وهو بيت المقدس او دمشق او فلسطين. Dest in Jerusalem, seu Templum Hierosolimitanum, uel in Damascum, uel in Palestinam. Puto tamen Alcoranum loqui de Paradiso respectiue cor. 88.

* 83. Exponebant: Dei: Credidissem esse mendum

Scriptorij, qui pro اللّٰہ Deus, ponitur لِلّٰہِ Dei. Sed cum in omnibus exemplaribus constanter legatur لِلّٰہِ Dei, constat fuisse efficaciam Mahumeti. Sed fortasse excusabunt illum Mahumetani, quod mens illius fuerit in hac responsione: septem Cœlos, et Thronum magnum esse Dei.

Cor. 100. *g.s. Domine mi, dicite facite me]. Putat Gelal u- surpasse his verbum glumate cum Deo, لِلتَّعْظِيمِ ad magnificentiam, ut cum magnis Principibus fieri consuevit.

Refutationes.

1. Ostendisse Mahumetem continentiæ amicum, dum ad- secla suos ad frenandas libidines hortatur. Eodem tamen tem- pore licentiæ, quam par est eorundem luxuriæ laxas habe- nas, dum non solùm plurium uxorum, sed etiam omnium ancillarum ad thorum usum libertum permittit. Hoc certè non solùm contra omnes continentiæ, et temperantiæ leges, sed etiam contra Reipublicæ bonum esse censendum est; cùm sexcenta inde incommoda, odia, rixæ, et domestiæ

+ Vide Prodromi p. 4. cap. 26. pag. 466. ubi pro errore Fidelij: pro Fidelis. Hic probe hunc Liberum cum ancillis, cui uxoris dominæ, nec pro coniugij colore cohonestari.

vel iacturæ consequantur. Sed de hoc uide quæ alibi dix- seruimus.+

2. Dixi, quæ de Noe dixerit Alcoranus, patet, ante diluuium fuisse homines Deo rebelles. Hoc autem Sacris litteris, et meliorum Scriptorum sententiis repu- gnare, iam supra demonstrauimus.

3. Cum ex ibidem. Sacris litteris manifestè habeamus, uni- uersam familiam Noe, fuisse in Arca à diluuio liberatam

et

et ipsum, eiusque uxorem, et tres filios cum uxoribus suis post diluuium ex Area egressos fuisse: mentitur Mahumetus cum Mahumetanis, dum Canaan filium Noe, et uxorem eiusdem Noe aquis demersos fuisse nugantur. Et minus, Authorem quendam Gallum, qui Annales Ecclesiasticos Arabicè conscripsit in lucem dedit, hunc tamen erassum Meorum errorem tuelle excusare; quasi uerò ex sacris Litteris, et ex perpetuo omnium tam Hebreorum, quam Christianorum sensu certum non sit, Noe tres tantum filios mares habuisse. Huc accedit, Canaan non filium, sed nepotem Noe fuisse, et non nisi post diluuium in lucem prodijsse.

4. Quod Judeos, et Christianos suggillet, quia religionem suam in sectas diseidentes, facilè Mahumeto ignorei poterat, si Mahumetani religionem suam in plures, quam Judei, et Christiani sectas non diseidisset. Vulgatissimum est, et certissimum apud Arabes Prophetę sui tatcinium, Magos, seu Maguseos, in septuaginta sectas, Judeos in septuaginta et unam, Christianos in septuaginta et duas, ipsos uerò Mahometanos in septuaginta tres esse diuidendos. De quo satis dixi alibi: et præsertim in Prodromo p. 3. c. 23. pag. 448. ubi agit de omnibus sectis Mahometanis et inde patet hunc malum transsurri

5. Comminatur ipsè Mahumetus Meccanis pœnam, à Deo ipsis infligendam. Verum, de qua nam pœna loquatur, non satis constat inter Expositores. Selah ut Mahumetum in hoc Prophetam sibi ipse ostendat, exponit de clade Belli Bedrensis, de qua ille forsitan nec somniabat quidem. Et sanè nihilominus non fuit tanta, ac uerbis tam magnificis

gnificis esset abee prædicenda. Id uidere licet manifestè in uita Mahumeti, et in ijs, quæ superius dicta sunt.

5. Repetit ineptissimum argumentum contra τοῦ λόγου seu pluralitatem Deorum, quod paulò ante nullius momenti esse demonstrauimus.

سورة النور مدنية
اربع وستّون اٰية

SVRA XXIV

L V X.

Medinensa: commatum sexaginta et quatuor.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Suram hanc demisimus e Cælo; et sanciuimus eam, [i. sanctiones posuimus in eo]: et demisimus in ea signa manifesta, ut nos commoneficeretis.

2. Fœmellatricem, et fœmellatorem, uerberate unumquemque eorum centum ictibus: et ne capiat uos ergo illorum commiseratio in iudicio Dei, si creditis in Deum, et

diem

diem nouissimum: et testes sint pene eorum aliquot ex fidelibus.

3. Fornicator non nubet nisi fornicatrici alicui, uel associatrici [i. idolatre]. Et fornicatricem non accipiat in matrimonium, nisi aliquis fornicator, aut associator. Et prohibitum est hoc genus coniugij fidelibus [ne scilicet nubant fornicatoribus]

4. Qui autem accusant fornicationis mulieres iudicas, et non adducunt quatuor testes de uisu, flagellare eos octoginta ictibus; et ne suscipiatis eorum testimonium unquam ullo in re: huiusmodi enim sunt preuaricatores [idest infames]

5. Deum qui resipuerint post hoc, et se correxerint: certe Deus erit illis indultor, misericors.

6. Qui uero accusauerint adulterij uxores suas, et non habuerint testes de hoc, nisi se ipsos: testificatio unius cuiusque eorum sint quatuor testificationes [i. quater iuret] per Deum, quod ipse sit ex ueridicis [i. quod uerum dicit]

7. Quinta autem testificatio sit, imprecatio maledictionem Dei super se, si est ex mentientibus.

8. Et auertet ab ea [i. uxore] penam, quia quatuor testificationibus per Deum, quod ipse [i. mendax] est prouersus ex mentientibus.

9. Et quinta testificatio erit imprecatio iram Dei super eam, si mendax est ex ueridicis.

10. Quod si non esset benignitas Dei super uos, et mise-

cordia eius, et quod sanè Deus est propitiabilis, sapiens:
cessè detegent iniquitatem, et statim puniet gentem.
11. Verùm qui proruperunt mendacium (turbæ ea nobis):
ne existimetis hoc malum nobis: imò hoc melius est
nobis. Unicuique enim ex eis reputetur id quod fatra-
uerit de iniquitate. Et qui assumpsit sibi grauitatem
eius [nempe iniquitatis] ex ~~vestris~~ eis, ipsi erit pœna magna.
12. An uerò cum audiuistis illum, opinati sunt fideles uiri,
et fideles feminæ in seipsis id, quod erat optimum; et dixe-
runt: Hoc est mendacium manifestum?
13. An adduxerunt ad hoc quatuor testes? cum uerò non
adduxerint testes, hi coram apud Deum sunt mentientes.
14. Quod si non fuisset benignitas Dei erga uos, et
misericordia eius in hoc Mundo, et altero speculo: certè re-
tigisset uos ob id, quod oblocuti fuistis, supplicium magnum.
15. Cum traduceretis illud [nempe crimen calumniosum]
linguis uestris, et diceretis oribus uestris id ~~tui~~ de quo non
erat uobis scientia: et existimaretis illud leue, et ipsum
erat apud Deum grande.
16. An uerò cum audistis illud, dixistis: Non spectat
ad nos, ut obloquamur de hoc? Laus tua: hoc est men-
dacium magnum.
17. Admonet uos Deus, ne reuertamini ad peccatum ~~tui~~
mile huic unquam, si estis fideles.
18. Et declarat Deus uobis signa [i. præceptum suum in Alco-
rano]: et Deus est sciens, sapiens.
19. Certè qui amant euulgari flagitium de iis, qui credi-

De-

Deum; ipsis erit pœna discrucians.

20. in hoc mundo, et in altero seculo: et Deus fait, et ues misereris.

21. Quod si non fuisset benignitas Dei super nos, et misericordia eius; et quod Deus est pius, misericors: citò sine dubio puniuisset nos.

22. O qui crediderunt, ne secremini flagitus Satanæ [i. illecebras eius]: nam qui secratus fueris flagitus Satanæ, certè ipse præcipiet ei turpia, et illicitum. Quod si non fuisset benignitas Dei super nos, et misericordia eius: non fuisset insons ex nobis vel unus unquam. Sed Deus capiabit quem voluerit: et Deus est auditor, cognitor.

23. Et non iurent præditi abundantia ex nobis, et amplitudine diuitiarum, quod non dabunt propinquis, et pauperibus, et emigrantibus pro uia Dei, aliquid. Sed ig compatiantur, et benignè agant cum illis. Non ne desideratis, ut indulgeat Deus nobis? Et Deus est indultor, misericors.

24 n. Porrò qui criminantur iudicas, negligentes [i. simplicius uiuentes, eò quod malitia careant], fideles: maledicentus in hoc mundo, et in altero seculo: et ipsis erit pœna magna.

25. Die quadam testificabuntur contra eos lingue eorum, et manus eorum, et pedes eorum de eo, quod fuerint operati.

26. Die illa satisfaciet eis Deus debitum eorum iustè;

et

et scient, quod Deus est Veritas manifesta.

27. Improbi debentur improbis uitiis: et improbi debentur improbis feminis: et bonis bonis uiris: et bonis bonis feminis: hi [i. boni, et bonæ] iustificandi sunt [i. defendendi] ab eo, quod dicunt contra eos mali, et malæ. His erit indulgentia, et prouisio honorifica in Lauadiro.

28. Qui euedebamus, ne ingrediamini domos, præter domos uestras, donec facultatem petatis, et salutem apponatis familiæ earum. Hoc est melius uobis, ut uos commune sciatis.

29. Quod si non inueneritis in eis ullum, non tamen ingrediamini eas, donec annuatur uobis. Si uero dictum fuerit uobis: Reuertimini: reuertamini: hoc erit a iustius [i. iucundius] uobis: et Deus in eo, quod facitis est sciens.

30. Non erit super uos peccatum, quod ingrediamini domos inhabitatas, cuiusmodi sunt stabula uiatorio, fabrorum meritorio, et huiusmodi, in quibus sit aliquis usus uobis [i. agendum aliquid pro uestro usu]: et Deus scit id, quod propalatis, et id, quod abscondetis.

31. Die fidelibus, ut contineant oculos suos, et custodiant b genitalia sua ne uidant mendacia sua abscidentia: hoc purius erit illis. Deus enim commonitus est de eo, quod faciens

32. Et die fidelibus mulieribus, ut contineant oculos suos, et custodiant c uimas suas [i. corpus ius?] suos: et non ostendant ornatum suum, nisi quod apparet ex eo [mingue faciem, et manus]: et coniciant peplos suos super sinus suos: et non ostendant

ornatum

a. purius

b genitalia sua

c uimas suas

* [i. corpus ius?]

ornatum suum [i. partes corporis sui] preter ea, quod ostendere faciem, et manus], nisi maritis suis, aut patribus suis, aut patribus maritorum suorum, aut filijs suis, aut filijs maritorum suorum, aut fratribus suis, aut filijs fratrum suorum, aut filijs sororum suarum, aut feminis suis, aut ea, quod possident dextere earum [i. captiuis suis]; aut anicis earum, preter eas, pretes uiros deputatos ad necessitates earum; aut infantibus, qui non agnouerunt pudenda mulierum. Et ne iacerent moueant pedes suos, ita ut cognoscatur quod abscondunt de ornatu suo*. Et conuertimini ad Deum uniuersi à fideles, ut uos felices sitis

a. non necessarijs ad indigentiam earu ex uiris [i. uiris non necessarijs]

* [i. de membris suis]

33. Et iugulate matrimonio parentes coniuge ex uobis: et filias ex seruis uestris, et ancillis uestris. si fuerint pauperes, ditabit illos Deus sobundantia sua: et Deus est amplus, sciens.

34. Et contineant se a fornicatione, qui non inueniunt potem et cogentur ad matrimonium, donec ditet illos Deus de abundantia sua. Et qui requirunt seruitem [i. seruii et ancille uestre, qui exigunt a uobis chirographum libertatis sue], scribite eam illis, si nouerits in eis esse bonum [i. fidelitatem]: et date eis de facultatibus Dei, quas dedit uobis: et ne cogatis ancillas uestras ad meretricium, si uolue- b. quelle
rint pudice uiuere, ut lucremini bonum accidentale uite mundane & prostitutionem earum. Qui

autem magis eas ad hoc, certè Deus post reactionem illarum, erit illis indulgens, misericors.

35. Et iam quidem demisimus ad eos signa declarantia [i. clarè et manifestè]: et similitudinem eorum qui præcesserunt antea, et parenesin timentibus.

36. Deus est lux cælorum et terræ: similitudo lucis eius est sicut fenestella in qua sit lampas; et lampas hæc sit in uitro: uitrum illud erit quasi stella clara fulgens. Accenditur lampas illa ex arbore benedicta oleæ non orientalis, neque occidentalis, sed alterius speciei perfectioris: propè est ut oleum eius luceat, etiamsi non attingat illud ignis. Lux est super lucem [i. lux olei super lucem ignis]. Dirigit Deus ad lucem suam quem uoluerit: et proponet Deus parabolas hominibus: et Deus in omni re est sciens.

37. In domibus concessit Deus, ut exaltaretur, et commemoretur in illis nomen suum. Laudant eum in illis mane, et uespere.

38. Viri: non auocat eos mercatura, neque uenditio à memoria Dei, et obseruantia orationis, et præstitione eleemosynæ: timent diem, in qua uersabuntur corda, et oculi: [i. diem Iudicij]

39. Vt retribuat illis Deus optimum quod fecerunt, et augeat illis mercedem ex abundantia sua. Nam Deus largitur

* [nempè Domus: i. fabricata: in illa Missa, seu Oratoria]

elargitur cui vult sine computatione [i. sine mensura]
40. At qui fuerint infideles, opera eorum erunt sicut
vapor in planitie deserta: existimat eum sitiens esse
aquam, donec cum venerit ad eum, non invenit eum esse
quidquam: et invenit Deum apud se [i. in opere suo,
quia dat illi prosperitatem ob illud]: et satisfacit illi
computum suum [i. retribuit illi mercedem suam in hoc
mundo]: Et Deus est velox in computando.
41. Vel erunt opera eorum, sicut tenebræ in mari
profundo; cooperiens illud fluctus desuper ipsum, fluctus
alij super ipsos effervuntur; super ipsos est nubes: tenebræ,
alię earum super alias [i. tenebræ maris, fluctuum, et nu-
bes.] Cum fervuerit aliquis manum suam, non facile
erit, ut videat eam. Et cui non concesserit Deus lucem,
non erit ei quidquam lucis.
42. Non ne vides, quod Deum laudant qui sunt in Cœlis,
et terra, et volucres ordinatim. Omnia iam novérunt
orationem suam, et laudationem suam: et Deus est co-
gnitor illius, quod faciunt.
43. Et Dei est regnum Cœlorum, et terræ: et ad Deum
erit reditus in die Judicij.
44. Non ne vides, quod Deus leniter agit nubes: dein-
de unionem ponit inter eas: deinde ponit eas aggestas
[i. aliam super aliam.] Vides etiam pluviam, quæ egreditur
à conclusitate earum. Et demittit Deus è Cœlo declivitates
eorum montes nubium, in ijs est grando, et fert ventum

quem

quem vult, et auertit eam à quo vult. Parum abest, quin
splendor fulgoris eius obnigriat oculos
45. Commutat Deus noctem, et diem: certè in hoc est sanè eru-
diris habentibus oculos.

46. Et Deus creauit omnem bestiam ex aqua: et ex il-
lis quidam incidit super ventrem suum: et ex illis quidam
ambulat super duos pedes: et ex illis quidam ambulat
super quatuor. Creat Deus quod vult: quippe Deus est
ad omnem rem potens.

47. Iam quidem demisimus signa declarata in Alcora-
no: et Deus dirigit quem vult ad viam rectam.

48. Et dicunt impij: Credidimus in Deum, et in Legatum
eius Mahumetum, et obediuimus illis. Mox retrocedit pars
ex eis post hoc: et neguaquam sunt hi credentes.

49. Et cum vocantur ad Deum, et Legatum eius, ut iu-
dicet inter eos: ecce pars illorum sunt longe recedentes.

50. Quod si esset ipsis veritas, venirent ad eum festinan-
tes.

51. An in cordibus eorum est morbus? an [illegible]
dubitant? an timent, ne Deus iniquè agat Deus erga
ipsos, et Legatus eius? atqui ipsi sunt iniquè agentes.

52. Verò est dictum fidelium, quando vocantur ad
Deum, et Legatum eius, ut iudicet inter eos, quod di-
cant: Audiuimus, et obediuimus: et hi sunt felices.

53. Qui autem obedierit Deo, et Legato eius, et
timuerit Deum, et prius fuerit erga illum: hi erunt
saluati

salvari.

54. Ei iuravcrunt per Deum a studio iuramentorum a. conatu
novum, [i. sanctissimo iuramento], quod sanè si præce-
pisses eis, omnino egressi fuissent ad bellum. Die: Ne
iuretis: obedire iustum est: povrò Deus commonitus
est de eo, quod facitis.

55. Die: Obedite Deo, et obedite Legato. Quòd si trans-
gressi fueritis, vos fecisti super eum erit id, quod portare
factus fuerit: et super vos erit id, quod portare facti fueri-
tis [i. unusquisque reddet rationem oneris, seu muneris
sui]. Quod si obedieritis ei, dirigemini: et non est super
Legatum [i. non incumbit ei] nisi annunciatio mani-
festa.

56. Promisit Deus ijs, qui crediderint ex vobis, et
fecerint recta, quod certe succedere faciet eos infidelibus
in terra, quemadmodum succedere fecit eos, qui fuerunt
ante ipsos [nempe Israelitas Cananeis]: et stabi-
liet illis religionem ipsorum, quæ placuit eis, et certè
commutabit eos post timorem ipsorum in securitatem: co-
lent me, et non associabunt in me quicquam. Et qui in-
fidelis fuerit post hoc, hi erunt prævaricatores.

57 Et persolvite orationem, et prębete eleemosinam,
et obedite Legato, ut vos misericordiam consequamini.

58. Ne existimes eos, qui sunt infideles, infirmasse
vos esse potentiam Dei, ne puniat eos, in terra? et recep-
taculum eorum erit Ignis: et quidem miserrimè pro fec-
tio

etio ad eum

59. Et qui crediderunt, petant licentiam a uobis ingrediendi ad uos illi, quos possident dextere uestre. [i. serui et ancille uestre], et illi qui non peruenerunt ad pubertatem ex uobis, tribus uicibus: scilicet ante orationem aurore: et cum degoneris uestimenta uestra, tempore meridiano: et post orationem uespertinam. Hec sunt tria tempora uobis. Non erit super uos, neque super illos periculum, si ingrediantur ad uos post hec. tria tempora, circumeuntes erga uos alij uestrum erga alios [i. obsequia prestantes uobis mutui tanquam famuli circa Dominos uos.] Ita declarat Deus uobis signa sua: et Deus est sciens, sapiens.

60. Et cum peruenerint infantes ex uobis ad pubertatem, petant licentiam ingrediendi ad uos omnibus temporibus, sicut petierunt licentiam qui fuerunt ante eos, ingenui maioris gradus. Ita declarat Deus uobis signa sua: et Deus est sciens, sapiens.

61. Et anicule ex mulieribus, que propter grauem etatem non sperant nouas nuptias: non erit super eas periculum, si deponant uestes suas, non ostentantes ornatum: quod si abstineant [i. continentes uiuant], melius erit illis. Et Deus est audiens, sciens.

62. Non erit super cecum periculum, neque super claudum erit periculum, neque super egrotum erit periculum, neque super uos ipsos, quod comedatis in domibus ue-

stris

trij [i. filiorum uestrorum], aut domibus patrum uestrorum, C. 2
aut domibus matrum uestrarum, aut domibus fratrum ue- 85/484
strorum, aut domibus sororum uestrarum, aut domibus
patruorum uestrorum, aut domibus amitarum uestra-
rum, aut domibus auunculorum uestrorum, aut domibus
matertcrarum uestrarum, aut cuius uestoditis claues claues
[i. eorum quorum facultates tanquam custodes seruatis], aut alicuius amici uestri. Non erit, inquam, uo-
bis iaculum, quod comedatis simul, sine segregatim.
Cum ueró ingrediemini domos uestras, in quibus nullus est:
attamen salutate uos ipsos salutatione ex parte
Dei, benedicta, bona. Ita declarat Deus uobis si-
gna, ut uos intelligatis.

63. Profectó Fideles illi sunt, qui credidérunt in Deum,
et Legatum eius: et cum fuerint cum eo super negotium
congregans [i. tractaturi negotium, ad quod conueniat si-
mul congregari], non discedunt donec facultatem obti-
neant ab eo. Qui ueró facultatem discedendi petierint
à te, hi sunt, qui credunt in Deum, et Legatum eius. Cum
ergo facultatem petierint à te propter aliquod negotium
suum, concede eam cui uoluerís ex eis: et petite ueniam
illis à Deo: quippe Deus est inductor, misericors.

64. Ne ponatis uocationem Legati inter uos, sicut uo-
cationem aliorum uestrum uocantium alios [i. ne appel-
letis Mahumetum suo proprio nomine, sicut facitis inter
uos]. Iam nouit Deus eos, qui clam egrediuntur ex
uobis

uobis e congregatione tempore concionis, se se inuicem tegendo? Precaueant sibi illi, qui aduersantur precepto eius, ne inuidat ipsis tentatio [i. panitio in hac uita]: uel inuidat ipsis pena dolorifica in futuro seculo.

65. Non ne utique Dei est id, quod est in Celis, et terra? iam nouit id, super quo uos estis [i. statum uestrum circa fidem, et elemosynas]: et die quadam reducentur ad eum omnes homines: et enarrabit illis id, quod fecerint operati. Et Deus in omni re est sciens

Note

Precepit hec Sura titulum النور Lucis, quia ab hoc nomine metaphora fidei uel Dei in eadem Sura desumitur? Medinea communiter inscribitur. Versus quatuor supra sexaginta plerique enumerant. Alij plures, alij pauciores recensent. Verum ut sepe communi, res hec est leuissimi momenti. Lectoris premium erit: مَن قرأ سورة النور أعطى من الاجر عشر حسنات بعدد كل مؤمن ومؤمنة فيما مضى وفيما بقى. Qui legerit Suram Lucis, recipiet pro mercede decem bona iuxta numerum singulorum fidelium utriusq. sexus, tam preteritorum, quam futurorum

2. Meretricem, et Meretricem] Arabice زنا sicut etiam Hebraice זָנָה, est meretrari, seu meretricari, aut fornicari. Et in Scriptis presertim Literis, uidetur extendi ad omne genus coitus illiciti, etiam adulterij. In hoc Alcorani uersiculo agitur iuxta Gelalij explicationem de غير المحصنين لرجمها بالسنة, iis qui non sunt in genui: propterea quod in Somma decernatur illis pena Lapidationis

dationis. Præter pœnâ autem prædictâ flagellationis, additur hîc
in Sonna تغريب عام والرقيق على النصف مما ذكر : exilium uniuſ anni :
& manciþijs ac uilibus dimidium pœnæ commemoratæ indulgeſ.
3. Et prohibitum eſt hoc genuſ coniugij fidelibus] non quibuſ-
cunq; ut explicat Zelal, ſed الأخيار nobilioribus, ſeu meliori-
bus. Et addit: نزل ذلك لما هم فقراء المهاجرين ان يتزوجوا ببغايا المشركين
وهن مؤسرات + ليتقفن عليهم فقيل التحريم خاص بهم وقيل عام ونسخ بقوله ع + مأسورات
Reuelatus fuit hic uerſus, cum pauperes ex iis, qui Meccæ
emigrauerant, uellent inire coniugia cum ſeortis infidelium,
quæ in bello captiuauerant, ut abipſis diuerſeur. Volunt qui-
dam hanc prohibitionem eſſe ſpecialem pro his tantum: alij
uerò uolunt eſſe uniuerſalem. Sed abrogata fuit ſeu alia
uerba Alcorani.

ii. Porrò qui protulerunt mendacium] ſenſus, et ordo legi-
timus horum uerborum eſt: Ne exiſtimetis ô fideles pro-
ſi, noceuiſſe, uel nociturum eſſe uobis, quòd nonnulli impro-
ſi è turba, protulerint mendacium, dum calumniati-
ſunt Aiſam ut adulteram, cum tamen eſſet innocens.
Imò hoc melius fuit uobis, quia ex hoc didiciſtis, non
ita facilè credendum eſſe id, quod contra alienam fa-
mam deblateratur.

12. An uerò cum audiuiſtis illum, opinati ſunt fideles].
Et hic commutatio perſonæ, ut ſæpè fit in Alcorano, non
tam per poeticam, ſeu prophæticam figuram, quam per
oſcitantiam. Et enim, audiuiſtis, pro audiuerunt.
Vt autem hic Alcorani locus ratio obſcurus fiat dilu-

dior

dios: referam id, quod narrat Belal ex dicto ipsius Aise,
(quę erat uxor Mahumeti inter cęteras dilecta: septen-
nem quippe duxerat eam, et nouennem conuersauerat);
ex Arabico fideliter translatum. Dixit Aisa: Fuit cum
Prophęta Mahumeto in quodam prælio; quod cum absol-
uisset, et regrediens propior esset Medinę, præcepit, ut noc-
tu prophectio indicerętur. Ego uerò peregressa eram, ut neces-
sitati meę satisfacerem: qua expleta, redij ad locum
mansionis meę. Cęce autem cognoui dirruptum monile
meum, et reuersa sum quęrens illud. Interim uerò tu-
lerunt pilentum meum, quo fœminarum more in iti-
nere uehebar: et existimantes me esse in eo, posuerunt
illud super camelum meum. Postquam autem monile
inueni, egressa sum ad tabernaculum meum, in quo fuerat
ante, et iam exercitus discesserat. Cogitabam autem dum
redirent homines, et asportarent me. Interim uicta somno
obdormiui. Porrò Sephuan remanserat post exercitum, ut
aliquantulum ea nocte quiesceret. Surrexitque diluculo, et
profectus uenit ad mansionem suam, uiditque umbram, uel
figuram hominis dormientis. Cumque uidisset me, agnouit
me: uiderat autem me ante uelamen castrense: igitur
cum, siquidem, ut me agnouit, dixit bis submissa uoce: Nos
Dei sumus: et nos ad eum reuertemur. Et operui faciem me-
am uelamine. Et testor Deum, nihil illum mihi dixisse,
et me nihil ab eo audiuisse præter uerba ista dicta.
Et strauit camelam suam, super quam uectus me, et ue-
nimus ad exercitum, qui inciderat in locum, ex quo erat ex-

P. 3.

§§ 485

le brun

" lebrora subsole fervent[issim]o. Egit autem Abdallah filius
" Obba oblogui de hac re, vumovemque vinistrum ngavgere de
" Aisa. Haetenus Gelal.. Cum autem dicitur hic: non ne
eum audistis illum: refertur ad prędictum Abdallah, qui
eum aliis nonnullis prędictam Aisam calumniatus fue=
rat, tamquam eum Sephuano flagitiosi aliquid perpetras=
set. Hoc impulit Mahumetum ad leges tam rigidas contra
fęminarum calumniatores in hac sua sanciendas: imo
ad tot nugas et ineptias zelotypię causa effingendas.

23. Et non invent prędicti abundantia] Causam dedit
huic verbo Abubaker, qui, ut refert hic Gelal: حلف
أن لا ينفق على مسطح وهو ابن خالته مسكين مهاجر لما خاض فى الافك بعد
ان كان ينفق عليه وطوونا س من الصحابة اقسموا ان لا يتصدقوا على من
تكلم بشئ من الافك: iuraverat, se non daturum eleemosynam
Mostaho filio materterę suę (fuerat enim pauper) qui Mecca emigrave=
rat: ex quod immiscuisset se cum iis, qui Aisam calum=
niati fuerant: cum tamen antea illi dilargiretur. Qui=
dam etiam ex sociis Mahumeti iuraverant, se non datu=
ros eleemosynam illi, qui aliqua in re mentiti fuissent.

24. Parvo qui euminantur judicas] Gelal.. هن المحصنات
ازواج النبى ص: Judicę sunt uxores Prophetę Mahumeti.

29. Hoc erit iustius vobis.] Explicat Gelal: خير من القعود
على الباب: melius erit ut reversamini, quam ut expectetis
sedentes iuxta portam.

31. Et non ostendant ornatum suum. Videtur hoc lo=
co ornatus nomine omnia ea corporis; velut vestes pretio=
siores

uiores, quae sub galla teguntur. Jathias explicat الزينة الباطنة ornatum interiorem. Quod uero addit: et conjiciant capros suos super sinus suos: explicat ~~libera~~ Zelal: يسترن الرؤس والاعناق والصدور بالمقانع: conspicient capita, et colla, et pectora calantiris, seu tymbonibus.

Nisi maritis suis] Zelal: فيجوز لهم نظره الا ما بين السرة والركبة: فيحرم نظره لغير الازواج وخرج بنسائهن الكافرات فلا يجوز المسلمات التكشف لهن وشمل ما ملكت ايمانهن العبيد. His licet aspicere illud (ornamentum interius), exempta ea parte, quae est inter umbilicu et genua: nefas est enim aliis, quam (maritis earum illam inspicere. Excipiuntur mulieres earum infideles: non enim licet fidelibus feminis coram iis vese discoopire. Illi autem, qui possident dextras earum, sunt servi

Aut] Duplex est Interpretum explicatio. Prima: Aut iis uiris, qui assectantur eas, nec sunt de necessariis ad seruitium necessitatem earum. Secunda: Aut iis, qui assectantur eas, praeter uiros deputatos ad necessitatem earum. Sed sensus uidetur idem. Qui autem sint isti asseclae feminarum, quorum opera non est illis necessaria: ~~explicat~~ indicat Zelal esse eos, qui illas sequuntur in fercula cibi ab eis id, quod sugerent à mensa: parasiti scilicet, uel pauperes, ac uiles. Jahia: هو الرجل الاحمق الذى لا تشتهيه المراة ولا يغار عليه الرجل. Qui assectatur feminas, cuius opera non est illis necessaria, dit. Como fatuus, qui non concupiscat, neq: feminae concupiscat, neq: Zelotypiam uiro illius generis possit. Olim etiã

etiam Romani, sicut hodie Mahumetani, huiusmodi fasuis, siue uiris, siue mulieribus delectebantur.

Dat infantibus, qui non agnouerunt] Arabice est: لم يظهروا على عورات النسا : Non apparuerunt super pudenda mulierum. exponit Gelal. لم يطيقوا للجماع : non appetierunt seu aggredierunt ad coitum: et de his subdit: فيجوز ان يبدين لهم ما بين السترة والركبة sicut ut ostendant illis, que cetteris prohibita, preter id, quod est inter umbilicu, et genua. Luto agi de illa etate, que nondum capax est malitie circa res uenereas. يبدين . cor.

quod abscondunt de ornatu suo] Gelal: اى خلخال يقعقع idest periscelides, seu ornamenta tibiarū, que strepitum edunt in motu seu iactatione pedum.

Et ne cogatis ancillas uestras ad meretricium] Gelal: نزل فى عبدالله بن ابى كان يكره جوارى له على الكسب بالزنا Dicta sunt hec propter Abdallah filium Obba, qui cogebat ancillas suas questum facere ex meretricio.

40. Sicut uapor in planitie deserta] De hoc uapore ita Gelal وهو شعاع يُرَى فيها نصف النهار فى شدّة الحرّ يشبه الماء الجارى : est quidam splendor seu uapor lucidus, qui apparet in illis desertis in meridie, cum calor solis est uehementissimus. Similisque est aque currenti

46. Et Deus creauit omnem bestiam ex aqua] Accipit Gelal دابّة bestiam seu iumentum pro animali in genere, hominem etiam includendo: et nomine aque genitale semen intelligit. Videbat nimirum falsum esse bestias ex terra ex ea aqua creatas fuisse.

النطفة *

61. Si deponant uestes suas non ostentantes ornatum T.
Has uestes putat Gelal esse : الجلباب والرداء والقناع فوق الخمار
idest: pallam lineam enlaem cooperientem a capite us-
que ad pedes: palliolum: et calantricam, seu uelamen ca-
piris, quod ponitur super inferius uelamen. Forte uerba
illa, non ostentantes ornatum, referenda sortius uidentur
ad has uestes ac ad modestiam, quàm ad mulieres.

62. quòd comedatis in domibus uestris]. Gelal مواكلة مقابليهم
comedendo simul a regione eorum: et addit المعنى يجوز الاكل من بيوت
من ذكروان لم يحضروا اي اذا علم رضاؤهم به . significatur, licere co-
medere in domibus progenitorum, etiam si presentes non sint:
dummodo constet de beneplacito eorum.

quòd comedatis simul, siue seperatim]. Dicta sunt hæc,
ut ait Gelal: فيمن يحرج ان يأكل وحده وان لم يجد من يواكله يتحرج الاكل
propter quosdam, qui nefas existimabant comedere solitarie: et nisi
inuenissent aliquem, cum quo comederent, abstinebant a comedendo.

attamen salutate uos ipsos] Gel: اي قولوا السلام علينا وعلى
عباد الله الصالحين: فان الملايكة ترد عليكم وان كان بها اهل فسلموا عليهم
idest, dicite: Pax super nos, et super seruos Dei probos: nam
Angeli respondebunt uobis. Si aute fuerint ibi domestici, sa-
lutate eos

64. Nè ignoratis uocatione legam]. Gel. بان تقولوا يا محمد بل قولوا
يانبي الله يا رسول الله في لين وتواضع وخفض صوت
Mahumete: sed dicite: o Prophete Dei, uel o Legate Dei,
cum uoce leni, humili, et demisso

Legu-

Refutationes

1. Accipit hic Mahumetus initii coniugia a suis execrationem infamibus, cum associatoribus, nempe idololatris, diuersaque praeceptis religionis: id quod postea ad omnes Mahumetanos* hoc autem est contra omnem * extendit
cationem, et ideo seuerè prohibitum a Deo in Leuitico. Israelitis: quia nimirum coniunctio, et affectus maritalis sit valdè efficax, itaus facilè possit & hunc fidelis a religione sua auerti: ut apparuit in Salomone et aliis, qui a feminis alienigenis ad ipsarum impietatem pertracti sunt.

2. Non videtur boni Legislatoris esse, ad suopria commoda, et utilitates iura sancire. Mahumetus tamen in gratiam Aisæ, quam deperibat, et ab reliquas uxores suas in fuga collocandas, statuit hic legem aduersus eos, qui easdem uxores calumniati fuissent: de his enim precipuè, imò unicè loquitur, ut patet ex ipsis verbis ipsis Heouani iuxta Gelalis, aliorumq; Interpretum explicationem. Quod autem uelit, uxorum plagitium quatuor testibus probari; nimia uidetur erga fœminarum peccata indulgentia: multò uerò magis, quod, ut explicat idem Gelal, debeant hi testificari, seu testes esse ﻳﺸﻬﺪ. de uisu propria: quod et ridiculum, et contra rationem prorsus apparet. Nulla enim mulier adeò imprudens ac stolida est, ut se ipsam prostituat eo in loco, ubi à tot testibus possit deprehendi, uel obseruari. Iusitaque Mahumeticum uadè commodum est fœminis ad proprias libidines citra periculum

explendas

expiendas: tantoque magis, quia pœna magna illis
infligitur, qui mulieres accusarunt; nos quàm non reperiemus.
non inuenerint. Posset in hoc fortasse etiam sine
3. Improbat, quod Dominis prostituãt ancillas suas ad lucrũ capiendum. At uerò prostituty ejusmodi Deum forè indulgentem, et misericordem. Quæri uerò fornicatio non sit ex natura sua illicita, ideoque per dominorũ uoluntatem possit in quibusdam eorũ honestari, tutaq; conscientia exerceri. Ita poterũt etiam uxores legitimæ, si à maritis cogantur, sine scrupulo cum alijs uiris commiscere, uel aliud peiùs flagitiũ admittere.

dedecore eredi uni marito, præsertim cum dot circumeandis: seruiret illa quantumuis: nam si mulier etiã ex aduerso toties iuret, se esse innocentem, nulla fides manet habenda est. Atque ita fœmineæ omnes poterunt maritos suos fallere, ac ludificare: quemadmodum procul dubio Aisa à Sephuane corrupta, ludificauit Mahumetum. Erat enim à cunabulis in lasciuijs enutrita; cum quidam Mahumetus adhuc septennem duxisset. Sunt tamen quidam inter Mahumetanos Authores, qui affirment, Mahumetum fœminam nullam, quæ uirgo esset, in uxorem accepisse. Ex quo sanè arguere licet, cuiusnam fœminæ esset lege Aiva.

Nimis superbum et ambitiosum se ostendit Mahumetus, dum lege sanciit, ne aliæ sui populi ipsum nomine appellent; sed uel Prophetæ, uel Legati Dei titulo honorent. Miror uerò, cum Mahumetani tot miraculia, et prodigia de hoc Mahumeti nomine efferant, ita ut etiam in foliis arborum Paradisi, et in ipso throno Dei scriptum esse affirment; cur Mahumetus adeo ab illo abhorreat, ut eodem à suis dedigneturappellari.

سورة

سورة الفرقان مكيّة
وهي سبع وسبعون اية

SVRA XXV.

DISTINCTIO.

Meccana: commatum
septuaginta
septem

*

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Benedictus sit qui demisit Distinctionem super
seruum suum [i. Alcoranum super Mahumetum] ut esset a Mundi
a omnibus creaturis [i. hominibus, et genijs] prædicator.
2. Ille, cui est Regnum Cælorum, et terræ: et non susce-
pit prolem: neque fuit illi socius in regno: et creauit
omnem rem; tum disposuit eam disponendo.
3. Et accesserunt præter eum Deos, qui non creant quid-
quam, et ipsi creantur [i. formantur ab hominibus]
4. Et non possunt facere sibi ipsis b malè, neque bene: et b. nocumen-
non habent potestatem mortis, neque vitæ, neque susci- neq. iucundi.
tationis mortuorum.
5. Et dicunt qui sunt infideles: Non est hic Alcoranus,
nisi mendacium, quod commentus est Mahumetes:

et

et adiuuerunt eum ad illum componendum homines alij [i. Iudei, et Christiani].

P. 6. S. 1496.

5 ℣. Verum, quoniam dicunt hoc iam profecerunt iniquitatem, et mendacium.

5 ℣. Et dixerunt: Hæ sunt fabulæ Gnorum.

6 ℣. Deseripsit eas ex libris eorum: et hæ legentibus ei mane, et uespere.

6 ℣. Dic: Demisit huic Alcoranum ille, qui scit secretum in Cælis, et terra. Ipse porrò est inductor misericors.

7 ℟. Et dixerunt: Quid est, huic legato? quod iste comedit cibum, et ambulat per plateas? nisi demissus fuerit ad eum Angelus, ita ut sit cum eo prædicator:

8 ℟ Vel deiectus fuerit ad eum thesaurus: uel sit illi hortus, ex quo comedat: nullo modo credemus ei. Et dixerunt iniqui: Si sequimini, nisi uirum prestigijs illusum.

9 ℟. Vide quomodo fonant tibi similitudines [i. cuique similem faciant]. Sed errauerunt, neque poterunt reperire uiam ueritatis.

10 ℟. Benedictus sit qui, si uoluerit, dabit tibi melius, quam hoc, quod isti dicunt: hortos uirides, de sub quibus eurrunt flumina: et ponet tibi palatia.

11 ℟. Atqui negauerunt Horam [i. diem iudicij] Sed præparauimus ei, qui negauerit Horam, ignem ardentem.

12 ℟. Qui cum uiderit eos à loco longinquo,

13 ℟. Audiens illum furibunde exsultantem, et ferociente[m].

14 ℟. Et cum proiecti fuerint ab eo in locum angustum, alligati

alligati, invocabuns ibi mortém [sed dicitur illi]

~~ibi Invocabant ibi mortem~~.

15 Ne invocetis hodie interitum annum: sed invocate interi-
tus multos.

16 Die: An hoc melius est, an Paradisus æternitatis, qui
promissus est eijs:

Erit illis in premium, et locum vegressus.

17 Ipsis erit in eo [i. Paradiso] id quod voluerint, ibi gever-
niter manserint: est apud dominum suum promissio vegui-
renda [i. ius erit illis exigere à Deo hoc, quod illis promisit.]

18 Et die quadam congregabit eos, et quos coluerunt pre-
ter Deum: et dicet [illis, quos coluerunt]: Vos ne, redu-
xistis servos meos hos: an ipsi erraverunt à via veri-
tatis?

19 Respondebunt: Laus tua: non conveniebas nobis,
ut acciperemus preter te ullos dominos. Verum' dis-
ti eos, et patres eorum, ita ut obliti sint commonitionis [i.
Heovani] et facti sunt homines perditi.

20 Dicet Deus assecle eorum: Jam ergo isti, quos cole-
batis mendacij insimulaverunt vos in eo, quod dicitis:
neque poteritis avertere à vobis ipsis pœnam, neque adiu-
vare vos ipsos. Et cum, qui iniquus fuerit ex vobis
faciemus gustare eum pœnam grandem.

21 Et non misimus ante te ullos ex Legatis, quin
ipsi sanè comedevent cibum, et ambulavent per plateas:
et posuimus alios eorum alijs in tentationem. An pa-
tienter sustinebitis? est autem Dominus tuus inspector

patientiæ

patientię uestrę.

22 ☉. Et dicunt qui non egerant occursum nostrum [i. diem iudicij:] Nisi demissi fuerint super nos Angeli, aut uiderimus Dominum nostrum: non credemus Mahumetum esse Prophetam. Iam certè in superbiam elati sunt intra se ipsos, et exorbitauerunt excessu magno.

23 ☉. Die qua uidebunt Angelos, non erit illa die fausta nuncium scelerati: et dicent: Confugium ad quod confugiatur. [i. implorabunt auxilium aduersus Angelos]

24 ☉. Et accedemus ad id quod operati fuerint operis [i. producemus illud in medium]: et reducemus illud in fauillam dispersum.

25 ☉ Habitatores Paradisi die illa meliores erunt quoad locum quietij, et pulchriores quoad sedem quiescendi in meridie.

26 ☉. Et die qua findetur Cælum cum nubibus, et demittentur Angeli demissione.

27 ☉. Regnum die illa debitum erit Misericordi: et erit dies super infideles difficilis.

28 ☉. Et die quadam mordebit iniquus manus suas: dicet: O utinam ego suscepissem cum legato uiam [i. secutus fuissem eius directionem]

29 ☉. Oh uæh mihi: utinam ego non accepissem illum talem in amicum:

30 ☉. Iam quidem errare fecit me a commonitione [i. Alcorano], postquam uenerat ad me. Et erat inimicus homini proditor.

35. Et

31 Et dixit Legatus: O Domine mi, certè populus meus
habuerunt hunc Alcoranum reiectum.
32 Et ita posuimus unicuique Prophetę hostem ex rec=
leratis: sed sufficiens est eum Domino suo director, et adiutor
[i. ipse sufficit ad dirigendum, et adiuuandum]
33 Et dicunt qui sunt infideles: Nisi demissus fuerit
super eum Alcoranus in unica summa, non credemus ei.
Sic demisimus eum separatim, ut stabiliremus per eum cor
tuum: ~~et distincte misimus illum~~, et modulati sumus eũ modulando [i.
deinde postulimus illum] partem post partem tm=
34 Et non veniens adte infideles cum illa parabola,
nisi veniamus adte cum veritate, et optima interpretatio=
ne.
35 Qui congregabuntur super facies suas in gehennam,
illi erunt pessimi loco, et erranticsimi a via salutis. C. 9
36 Et iam quidem tradidimus Moysi librum: et posui= 55/49i
mus cum eo fratrem eius Aaron consiliarium.
37 Et diximus illis: Ite ad gentem, quę mendacij insi=
mulauit signa nostra: quamobrem perdidimus eos perdi=
tione.
38 Et memento gentis Noë, cum mendacij insimula=
sent Legatos: demersimus eos, et posuimus eos homini=
bus in signum: et preparauimus iniquis penam diseru=
tiantem.
39 Et memento Aad, et Themud, et possessorum Rassi: * hic quidã
et generationum inter hoc spatium temporis plurimas incipiunt no-
uam periodũ
40 Et unicuique ex his proposuimus similitudines ad

eos

cos commonendos. et omnes perdidimus perdendo.

41 ℣. Et iam quidem uenerant Meccani iuxta urbem, que com-
pluta est pluuia mali [i. Sodomam.] An ergo non uiderunt
eam? Verum non speraverunt resurrectionem.

a. si 42 ℣. Et cum uiderint te, a non accipient te, nisi cum Iudibrio,
dicentes: Siccine est ille, quem misit Deus Legatum?

43 ℣. Certè parum abfuisset quin auerteret nos a diis nostris,
nisi constantes fuissemus ergo eos. Sed max scient cum
uiderint penam, quis fuerit errantior a uia ueritatis.

44 ℣ Quid tibi uidetur? Qui accepcrit in Deum suum concupiscen-
tiam suam, an tu eris illi procurator? *An existimas, quod
pleique eorum audiant, uel intelligant. b Non sunt nisi
sicut pecudes: imò sunt errantiores a uia ueritatis, quàm
pecudes

45 ℣. Nonne respexisti ad Dominum tuum, quomodo extet
dat umbram ab aurora usque ad elevationem solis? Quod
si uellet, certè efficeret eam quiescentem [i. semper eam-
dem]. Tum ponimus solem super eam indicem [quia sci-
licet nisi esset sol, non cognoscerentur umbre].

Umbra potius dici debet index solis, quàm sol umbre

47 ℣. Deinde colligimus eam ad nos collectione facili [i.
sensim trahimus illam]

48 ℣. Et ipse est qui posuit uobis noctem tanquam indu-
mentum, et somnum ad quietem: et posuit diem ad
excitationem hominum ad laborem

49 51. Et ipse est, qui mittit uentos, faustum nuncium ante mi-
sericordiam suam [i. ante pluuiam] et demittimus è Celo aquam
puram, ut uiuificemus per eam regionem mortuam [i. rorem
andam]

audam]; et protemus ea ex eo quod creauimus, pecora, et homines multos.

51. Et iam quidem uarie distribuimus eam inter illos, ut re- 51
miniscantur beneficiorum Dei. sed renuerunt plerique hominum omnia alia, praeter ingratitudinem.

52. Quod si uoluissemus, certe misissemus in omnem ur- 52
bem praedicatorem

53. Ne uero obtemperes infidelibus: sed oppugna eos cum hoc 53
[i. Alcorano] oppugnatione grauii.

54. Et ipse est, qui creauit ex aqua [i. sperma] hominem: et posuit eum in consanguinitatem 54
et affinitatem inter se: nam est dominus suus potens

55. Et colunt praeter Deum id quod non praodest eis, neque 55
nocet eis: et est Infidelis contra dominum suum adiutor Satanae

56. Et non misimus te, nisi fausta annunciantem, 56
et infausta comminantem.

57. Die: Non peto a uobis pro hoc, quod uobis praedico 57
ullam mercedem, nisi ab eo qui uoluerit capessere, ad
dominum suum uiam [i. qui uoluerit aliquid proponere
pro Deo]

58. Et innitere super Viuum, qui non moritur: et 58
celebra laudem eius: et sufficientia est in eo ut sit in de-

lictis

Filiis seruorum suorum cognitor,

59 ℣. *Qui euacuit Cælos, et terram, et id quod est inter hęc duo in sex diebus: deinde adequauit se super Throno suum, Miseratior.* Interrogo porrò de eo eruditum [*i. Viros sapientes, ut doceant* &c.]

66 ℟. *Cum autem dictum fuerit illis* [*i. infidelibus*]: *Adorate Miseratorem: respondens: Et quis est Miserator? an adorabimus id quod præcipis nobis?* et auxit illis *hęc exhortatio*

61 *fugam à fide.*

62 ℣. *Benedictus sit qui posuit in Cælo turres* [*i. duodecim signa Zodiaci*] *et posuit in eo Luceruam* [*i. Solem*] *et Lunam illuminantem.*

62 ℟. *Et ipse est, qui posuit noctem, et diem successionem* [*i. sibi succedentes*] *ei, qui voluerit recogitare, aut voluerit esse gratus*

63 ℣. *Et serui Miseratoris sunt qui ambulant super terram demisse: et cum alloquuntur eos ignari, respondent: Pax* [*i. pacifice*]

64 ℟. *Et qui pernoctant Domino suo adorantes, et stantes* [*i. prони, et recti*]

65 ℣. *Et qui dicunt: Domine noster, auerte à nobis flagellum Gehennę: quippe pœna illius est constanter adhærens.*

66 ℟. *Certè ipsa Gehenna mala est ad quiescendum, et*

67 *standum.*

67 ℣. *Et qui eum erogant, non sunt nimis prodighi, neque*

P: 10 *sunt nimis parci: sed est erogatio eorum inter hoc* [*i. inter hęc duo*]

55/492

[qe duo] consistens

65. Et qui non invocans eum Deo Deum alium: neque occidens animam [i. hominem] quam prohibuit Deus, nisi cum iustitia: neque fornicantur. Et qui fecerit hoc, invenier genam iniquitatis sue 68

66. Duplicabitur ei supplicium die resurrectionis: et perpetuo manebit in eo nilificatus 69

67. Sed qui penitentiam egerit, et crediderit, et fecerit opus rectum: 70
illis commutabit Deus mala eorum in bona: nam est Deus indultor, misericors.

68. Et qui resipuerit, et fecerit rectum: certe ipse convertetur ad Deum conversione vera. 71

69. Et qui non testificantur falsum, et cum transeunt per fatilia, pertranseunt honorifice [i. cum audiunt vana, vel obscena loquentes, se se ab ijs honesto modo expediunt] 72

70. Et qui cum commemorantur ipsis signa Domini sui: non cadunt ad ea surdi, et cæci [i. erectis auribus, et mente exeipiunt illa] 73

71. Et qui dicunt: Domine noster, da nobis ex coniugibus nostris, et liberis nostris hilaritatem oculorum: et fac nos esse timentibus te duces 74

72. Hi remunerabuntur loco sublimi ob id quod sustinuerunt: et invenient in eo salutationem, et pacem. 75

73. Perpetuo morabuntur in eo. Pulcher erit locus ille ad quiescendum, et standum. 76

79. Die

77 ℣. Die : Non angitur solicitudine pro nobis Dominus meus, si non sit inuocatis uestra [i. si non inuocetis eum]. Iam porrò mendacij inuasoris Mahumetum, et Alcoranum : sed mox erit pugna adhærens [i. nunquam remouenda à nobis]

Note

Vox Arabica الفرقان Alphorcan, unde Iuua hæc epigraphen sortita est, fortasse magis propriè Distinctorium, quam Distinctio uerti potuerat. Hoc autem nomine intelligitur hîc Alcoranus. Alibi tamen etiam Pentateuchus, et alij Sacri libri ita appellantur, eo quod hi omnes uera à falsis, licita ab illicitis distinguant. Subiungunt huic hæc Iuæ plenique legerem supra septuaginta uersiculos. ~~Quomodo adhuc numerum supra fuerit~~. Meccæ tradidam, totamque Meccanam esse uolunt : nihilominus excipit Gelal uersiculum septuagesimum, qui incipit : Et qui non inuocant cum Deo deum alium. Cur autem uersus hic sit potius Medinensis, quam Meccanus, non facilè diuinarem, nisi fortè, quia Medinenses iam à pluribus Deorum cultu abstinebant : Meccani uerò adhuc Idola sua retinebant. Meruit præmissa Lectoni

مَن قرأ سورة الفرقان لقي الله يوم القيامة وهو مؤمن بأن الساعة آتية لا ريب فيها وادخل الجنة

hæc est Qui legerit Iuuam Alphorcan, occurret Deo in die Resurrectionis, et ipse securus erit in aduentu Horæ, de qua nulla est dubitatio : et introducetur

introducetur in Paradisum sine vllo obstaculo, ac labore *
11. Vel sit illi hortus, ex quo comedat. Nonnulli Codices habent Vt comedamus. Sed prima lectio verior videtur: alludebant enim ad id, quod ei exprobrabant, quòd reliceret ambulares per plateas mercatorias لطلب المعاش ad mercatum quæstuandum, vt explicat Jelal.

26. Et posuimus alios eorum alios in tentationem] ابتلى الغنى بالفقير والصحيح بالمريض والشريف بالوضيع Explicat Jelal يقول الثانى فى كل مالى لا اكون كالاول فى كل. Tentatur diues per pauperem, et sanus per egrotum, et nobilis per ignobilem. Dicit secundus (nempe pauper, egrotus, et ignobilis): In toto quod est mihi, non sum sicut primus in toto

29. Et peregrinantiores quo ad locum quiescendi in mendie]. Ex hoc loco desumit Jelal argumentum, extremum iudicium inijciendum esse à primo mane: et in mendie eiusdem diei absoluendum.

32. Et die quadam mordebit iniquus manus suas]. Designari hoc loco peculiarem quendam Mahumeti hostem, seu aduersarium, volunt Interpretes, nempe عقبة بن ابي معيط كان نطق بالشهادتين ثم رجع رضى لابي بن خلف Obham filium Abu-Moiti, qui professus fuerat sectam Mahumetanam: deinde vltro apostatauit ad Obham filium Calphi. Et hic est quem in sequenti versu appellat فلانا illum talem. Hispanicè: Fulano

37. in vnica summa] Jelal: كالتوراة والانجيل والزبور Sicut Pentateuchus, Euangelium, et Psalterium. Cedunt nimirum

7 ב. quid ex ~~quod hic legatur~~ huic lego.] Arabicè in omnibus ex placit. scribis: مال هذا شئ, ما لهذا sic extenso, ac si peteretur a te. Mysterium ignoro. Sunt tamen qui etiam hoc modo scribendi putent.

Mahumetani, hos libros missos fuisse è Cœlo ad eos in
unico volumine, seu totos simul: cum Alcoranus de-
missus, seu revelatus fuerit paulatim, et per partes
sparsis viginti, ac trium annorum.

38. Et non venient ad te infideles cum ulla parabola].
Explicat Gelal لا يأتونك بسؤال عجيب من سؤالاتهم الباطلة : non ve-
nient ad te cum ulla eximanibus suis questionibus admira-
bundi; Nec enim Mec eani proponebant. Mahumeto quæstiuncula
quasdam, et argutationes, ad explorandum utrum esset verus
Propheta: sed plerumque erant de quisquiliis, et de lana
caprina

43. Et populum Rassi] Arabice اصحاب الرس autem Rassum, seu Rassus, ut ait Gelal اسم بئر نبيتهم قيل
شعيب وقيل غيره كانوا قعودا حولها فانهارت بهم فخسف بهم
eumen putei in regione Madianitarum, quorum Propheta
tam, alij dicunt fuisse Sciaib, seu Jetro; alij alium
ab eo diversum. Cum hi quidam hic sederent circa puteu,
ille disruptus est, et è terræ fatiscentij hiatum omnes cum
eo absorti sunt. Ita etiam Fabius, et Zamaschæus.

Refutationes.

Sunt in hac Sura plures ex ijs erroribus, quos antea
refutauimus: quamobrem illos hic retractare supersua-
neum foret. Unum tantummodo non dignum nec
prorsus prætereundum putaui: quod nimirum Mecani, Ma-
humeto Alcoranum ipsis recitante, agnoscebant non
esse aliquid diuinitus traditum, sed centonem ex qui-
busdam et fabulis male consutum. Si quid uero in eo

boni

boni esset, a Christianorum, uel Iudeorum libris compilatum fuisse. Eterum uidebant aperte illum non esse completam, Et uerecundum hellionem, qui non contentus eo quod domi in penu habebat, per plateas, in quibus edulia uendebantur, more canis diuagabatur, ut aliquid ad ingluuiem suam explendam subriperet. Maxime uero, ut in illius uita retulimus, gallinis, hamijs auillis, et dulciarijs delectabatur. Neque Mahumetus ipse negat se esse inuitum, et plateas aduentitiique frequentandum diuagari: sed excusat se exemplo aliorum Prophetarum, quos idem fecisse non sine impudenti mendacio affirmat.

سورة الشعرآء مكّية
مايتان وسبع وعشرون آية

SVRA XXVI

POETAE.

Meccana: commatum ducentorum viginti septem.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

130

1. T.S.M.

2. Hæc sunt signa tibi manifestantis veritatem

3. Fortasse tu es diversurus animum tuum, quod Mœcani non sint credentes.

4. Si voluerimus, demittemus super eos è Cælo signum: et fierent cervices eorum se se illi humiliantes.

5. Sed non venies ad eos aliquid commonitionis à Phivera tore recenser manifestate in Alcorano, nisi sint ab ea longè recedentes

6. Jam porrò mendacij insimulaverunt eam: sed veri= et ad eos nuntium, quod non irrisebant.

7. An non adhuc respexerunt ad terram, quot res produ= xerimus in ea ex omni specie pulera.

8. Certè in hoc est sanè signum: nec tamen sunt ple= rique eorum credentes.

9. Et quidem Dominus tuus certè ipse est Potens, Miseri=

10. Et memento cum vocavit Dominus tuus Moysen, dicens: Vade ad homines iniquos.

11. Populum Pharaonis: an non timebunt me

12. Respondit Moyses: Domine mi, equidem timeo, ne mendacij insimulent me.

13. Et angustiatur pectus meum, et non est expedita lin= gua mea: Mitte ergo ad Aaron ut veniat mecum.

14. Et insuper est super me crimen [quia occidere Ægyptium]: quare timeo, ne occidant me.

15. Dixit illi Deus: Negquaquam occident &c. Pergite ergo cum signis nostris: nos enim erimus vobiscum au=

dientes

audientes.

16. Ite ergo ad Pharaonem, et dicite: Certè nos famuli Legatus Domini [a] seculorum.

17. Dimitte nobiscum filios Israel.

18. Respondit Pharao: Non ne nutrivimus te inter nos puerulum: et moratus es nobiscum [plures] ex state tua plures annos?

19. Et pastravisti faciem tuum, quod pastravisti, occidendo Egyptium? tu autem es ex ingratis

20. Respondit Moÿses: Patravi illud sanè: et ego fui ex erraticibus.

21. Et postea fugi à vobis, quia timui vos: sed dedit mihi Dominus meus sapientiam, et fecit me ex Legatis.

22. Atque est gratia, qua beneficas me, quod servituti subegeris filios Israel.

23. Respondit Pharao: Et quis est Dominus [b] seculorum?

24. Dixit Moyses: Dominus Celorum, et Terræ, et eorum quæ sunt inter hæc duo: si estis hoc certò credentes.

25. Dixit Pharao his, qui erant circum se: An non audistis.

26. Dixit Moyses: Dominus vester, et Dominus Patrum vestrorum priorum.

27. Dixit Pharao circumstantibus se: Profectò Legatus vester, qui missus est ad vos omninò est [c] insanus.

28. Dixit Moÿses: Dominus Orientis, et Occidentis, et eorum quæ sunt inter utrumque: si intelligitis

[a] Mundorum

[b] Mundorum?

[c] maniacus

29. Dixit illi Pharao: Profectò si insteteris Deum vitio
fugere me, citò jonam te ex carcere: vtij
30. Respondit Moyses: An jactas hoc etiamsi ostende-
re tibi rem mirabilem, manifestam?
31. Dixit illi Pharao: Ostende ergo illam, si es ex
ueracibus.
32. Projecit itaque virgam suam, et ecce ipsa facta
est draco manifestus.
33. Et extraxit manum suam sinu suo: et ecce
ipsa apparuit candida aspicientibus.
34. Dixit Pharao proceribus, qui erant circum se:
Etè hic est magus sanè peritus.
35. Vult ejicere nos e terra nostra magia sua:
quid ergo precipitis.
36. Responderunt proceres: Differ illum, et fratrem e-
jus [idest suspende causam utriusque] et mitte per
urbes congregantes [idest precones qui]
37. Adducant ad te omnem incantatorem peritum.
38. Congregati sunt igitur magi ad tempus condic-
tum diei festi [idest solennis]
39. Et dictum fuit hominibus: An nos etiij con-
gregati?
40. Forsitan nos sequemur magos si fuerint ipsi vic-
tores.
41. Cum autem venissent magi, dixerunt Pharaoni:
An dabit erit nobis aliqua merces, si fuerimus nos
victores?

P. S. Jo. n. 499

42.

42. Respondit Pharao: Itaque: et certè inferiùs
omninò ea approximatis mihi
43. Dixit illis Moyses: Hoc ipsum quod nos estis
proiecturi.
44. Proiecerunt ergo funes suos, et virgas suas,
et dixerunt: Per potentiam Pharaonis nos certè
nos sanè erimus victores.
45. Proiecit autem Moyses virgam suam, et ec-
ce ipsa devorauit id quod inuenerant [nimirum
funes et virgas magorum conuersas in colubros per
prestigia.]
46. Et proiecerunt se magi adorantes.
47. Dixerunt: Credidimus in Dominum a seculorum. a Mundorú
48. Dominum Moysi, et Aaron.
49. Dixit illis Pharao: An credidistis illi antequam an-
nuerem vobis? certè ipse est Princeps vester, qui docuit vos
magiam. Atqui mox sanè scietis quid faciamus vim vobis.
50. Profectò abscindam manus vestras, et pedes vestros
alternè [manum dextram, et pedem sinistrum vicissim]:
et certè crucifigam vos omnes.
51. Respondebant: Non erit nobis nocumentum: nos enim
ad Dominum nostrum reuersuri sumus.
52. Nos quidem speramus, quòd faciet nobis Dominus
noster peccata nostra, eo quòd fuerimus primi credenti-
um.
53. Et diximus per reuelationem ad Moysen: Perge,

nocte

nostri cum servis meis: quippe nos persequendi estis
ab Egyptijs.
54. Dixit ergo Pharao & civitates, Duces congregantes mi-
litesq: et dixit.
55. Certè hi sanè sunt turba exigua.
56. Et nihilominus isti nobis sunt irascentes.
57. Et nos sanè sumus multitudo armata valida sanata.
58. Egredi ergo fecimus eos [i. Aegyptios ad persequen-
dos Israelitas] ex hortis, et fontibus:
59. Et thesauris, et habitatione honorifica
60. Sic fecimus: et in hereditatem dedimus hæc fi-
lijs Israel
61. Et persecuti sunt eos surgentes in horto Solis.
62. Cumque vidissent se invicem duo exercitus [nempe
Aegyptij et Israelitæ:] dixerunt ad socios Moysis:
Nos certè deprehendi sumus ab Aegyptijs.
63. Respondit Moyses: Nequaquam ita erit: nam
mecum est Dominus meus, qui diriget me.
64. Et diximus ad revelationem ad Moysen: Fer-
ito virga tua mare. Et divisum est mare in
duodecim partes: et erat unaquæque pars sicut mons
magnus.
65. Et gyro circuire fecimus ibi alveos [i. Aegyptios]
66. Et liberavimus Moysen et eos qui erant cum eo
universos
67. Deinde demersimus alveos [i. Aegyptios]

68.

68. Cure in hoc fuit sine signum: sed non fue-
runt plerique eorum credentes.
69. Et quidem Dominus tuus est sine Gregorey,
Misericors.
70. Et recita illi historiam Abrahe.
71. Cum dixit patri suo, et genti sue: Quid colitis?
72. Respondentes: colimus idola: et totam diem
illi assidimus venerantes. Dixit Abraham: Nunquid 73
audiunt vos cum invocatis?
[redacted] Vel prosunt vobis, aut nocent?
74. Respondentes: Atqui invenimus patres nostros,
qui ita faciebant.
75. Dixit ille: Quid vobis videtur?
Aquos colitis;
76. vos, et patres vestri priores;
77. ipsi sint hostes mihi: sed Dominus seculorum, est ille a. Mudou
78. qui creauit me et ipse dirigit me,
79. et qui idem cibat me et potat me:
80. et cum egrotus fuero, ipse sanabit me,
81. et qui mortificabit me; deinde viuificabit me;
82. et quem spero quod parcet mihi peccata mea in
die Iudicij.
83. Domine mi, da mihi sapientiam: et coniunge me
cum Sanctis.
84. Et da mihi linguam confessionis inter nouissimos, qui
ventura sunt post me usque ad extremum diem.
85. Et pone me inter hæredes Paradisi voluptatis.

86. Et

86. Et parce parvi mea, quia ipse fuis ex errantibus.
87. Et ne pudore suffundar me in die, qua homines ul=
timi retribuentur.
88. Die, qua non pudorem opes, neque filij.
89. Nisi illi, qui veneni ad Deum cum corde sincero: &
90. Et approximabitur Paradisus filijs.
91. Et pandetur Infernus impijs.
92. Et dicetur illis: Vbi sunt quos colebatis preter Deum?
numquid adiuuabunt vos, vel defensabunt? et projicientur
93 in eum ipsi [1. Dij] et qui fuerunt errantes, colendo eos
94 Et exercitus Diaboli omnes simul. Dicens qui seducti
sunt (et ipsi in eo discrepabunt adorantes eum demoni=
bus, quos coluerunt):
96 94. Per Deum, fuimus sanè in errore manifesto.
95. Cum equabamus vos cum Domino seculorum.
97 96. Et non seduxerunt nos, nisi scelerati.
98 97. Neque sunt nobis ulli intercessores.
99 98. Neque amicus sollicitus pro nobis.
100 99. Si provè esset nobis regressus in mundum: certè
essemus ex credentibus
102 100. Profectò in hoc, quod de Abraham dictum est, fuit sanè
signum: sed non fuerunt pleraque eorum credentes.
103 101. Et quidem Dominus tuus est procul dubio Exercitens,
Misericors.
104 102. Mendacij insimulauit populus Noë Legatos.
105 103. Cum dixit illis frater eorum Noë: Non timebi=

tis Deum

bitis Deum

106 ~~104~~. Certè ego sum vobis legatus ~~non~~ fidelis.

107. Timete ergo Deum, et obedite mihi.

108. Neque postulo à vobis pro hoc quod vobis prædico aliquid mercedis: [a]non est merces mea, nisi apud Dominum Mundorum? [b]

Eorum.

109. Timete ergo Deum, et obedite mihi.

110. Responderunt ei: An credemus tibi, cum secuti fue=rint te ij tantùm, qui sunt vilissimi.

111. Dixit Noe: At non est scientia mea de eo, quod isti faciunt.

112. [c]Non pertinet inquisitio eorum, nisi ad Dominum me=um: si intelligitis.

113. Neque ego reiecturus sum à me fideles.

114. Si ego sum, nisi Prædicator manifestus.

115. Responderunt ei: Procul dubio nisi abstineas, ô Noe, ab hac tua prædicatione, certissimè eris ex lapidatis.

116. Dixit Noe: Domine mi, certè populus meus habet me pro mendacij.

117. Ajebat itaque inter me, et inter illos agentionem [i. iu=dica inter me, et illos], et libera me, et eos, qui sunt mecum ex fidelibus.

118. Liberavimus itaque eum, et eos, qui erant cum eo, in Arca plena animantibus.

119. Deinde submersimus postea reliquos.

120 116. Certè in hoc fuit satis signum: sed non fuerunt

plenique

a. Si.
b Mundorum?

c. Si

Plenique eorum evedentes
121 fig. Cerrò Dominus vaus est ecrè Gregorens, Misericors.
122 Mendacij insimulauerunt Aadei Legatos.
123 Cum dixis illis fratres eorum Hud: Non neminebitis Deum?

124 Ego quidem sum vobis Legatus fidelis
125 Timete ergo Deum, et obedite mihi.
126. Et non postulo à vobis propter hoc aliquid mercedis:
a si a non est merces mea, nisi apud Dominum b seculorum
b Mundorum
127. An ædificabitis in omni loco sublimi signum [i. speculam ad inspiciendos transeuntes], ut ludificetis eos, qui transeunt per fines vestros?
c. An nos perennatum evit in illis? 128. Et construetis artificia [i. opera magnifica], c quasi nos perennaturi sitis in illis.
129. Et cum violenter egeritis, violenter agetis supplices nos gerentes verberando, et occidendo absque ulla quietate
130 126. Timete ergo Deum, et obedite mihi.
131 127. Et timete eum, qui extendit vos [i. ditauit] in eo, quod deitatis vestris facitis
132. Extendit vos in pecoribus, et filijs,
133 Et hortis, et fontibus.
134 Certè ego timeo super vos pœnam diei magnæ.
135. Respondeverunt ei: Æquale est apud nos, sive exhortatis, sive non fueris nos: sive non fueris ex exhortantibus.
d. si 136. d Non est hoc, quod tu prædicas, nisi commentum Eliorum.

135. Neque

133. Neque nos sumus puniendi à Deo
138. Mendacij ergo insimulauerunt eum: quare perdidi=
mus eos. Certè in hoc fuit sanè signum: sed non fue=
runt plerique eorum credentes
139. Et quidem Dominus tuus est sanè Egregius, Mi=
serieors
140. Mendacij insimulauerunt Themudei Legatos:
141 Cum dixit illij frater eorum Saleh: Non ne timebitis
Deum
142 Certè ego sum vobis Legatus fidelis
143 Timete ergo Deum, et obedite mihi
144 Et non postulo à vobis propter hoc ullam mercedem: a non
est merces mea, nisi apud Dominum b seculorum
145. An relinquemini in ijs quæ hic sunt, securi non amittendi ea?
146. In hortis, et fontibus,
147. Et satis, et palmetis, quorum c fructus est suauis.
148. Et construitis ex montibus domos, ingeniosè elabo=
rantes.
149. Timete ergo Deum, et obedite mihi:
150 Et ne obediatis imperio prævaricatorum.
151 Qui corrumpunt terram, et non d instaurant eam
152 Responderunt ei: Profectò tu es ex præstigiatis.
153 Non es tu nisi homo carneus, sicut nos. Atqui e osten=
de aliquod miraculum, si es ex veracibus.
154 Dixit Saleh: Hæc Camela: illi potio, et vobis potio dici
d. destinabæ.

a si
b Mundorum
c. productio
d. bonificant
e. veni cum signo
d. notæ
C. 7
153. Cine
st / sot.

155. Cíne attingatis eam cum lesione, ne inuadat uos
pœna diei magnę.
156. Atqui peremerunt eam, et facti sunt pœnitentes.
157. Inuasit enim eos pœna. Certè in hoc fuit signum:
sed non fuerunt plerique eorum credentes.
158. Etquidem Dominus tuus est certè Crispolens, Miseri-
cors.
159. Mendacij ineusauit populus & Legatos.
160 158. Cum dixit illis frater eorum Lot: Nonne timebitis
Deum?
161 159. Certè ego sum uobis Legatus fidelis.
160. Timete ergo Deum, et obedite mihi.
163. Neque postulo à uobis propter hoc aliquid mercedij.
a si a Non est merces mea, nisi apud Dominum b sęculorum
b Mundorum
c. Mundis [i. ijs
qui sunt in Mundo] 164. An uenitis ad masculos ex c creaturis.
163. Et relinquitis id quod creauit uobis Dominus uester
de uxoribus uestris? Atqui uos estis homines prœuaricato-
res.
166. Responderunt ei: Certè, nisi abstinueris à Lot ab
hęc uerbis: certissimè eris ex eiectis [i. ejiciemus te
ex Vrbe nostra]
167. Dixit Lot: Certè ego sanimus uestrum ex detestan-
tibus sum [i. destestor sectus uestrum]
166. Domine mi liberâ me, et familiam meam ab
eo, quod operantur.
169. Liberauimus ergo eum, et familiam eius uniuer-

sam

sam.

170 ~~166.~~ Sed uxor eius uersa fuit cum remanentibus
in Sodomis.

171 169. Cum perdidimus cæteros Sodomitas.
172 Et pluuimus super eos pluuiam: et mala fuit plu-
uia commonitorum [i. eorum, qui antea minis com-
moniti fuerant]
173. Certè in hoc fuit sanè signum: sed non fuerunt
plerique eorum credentes
174. Et quidem dominus tuus ipse certè est Præpotens,
Misericors
175. Mendacij insimulauerunt habitatores Aldiæ Lega-
tos.
a
176. Cum dixis illis Sciocis: Non ne timebitis Deum? a. dixisset
177. Certè ego sum uobis Legatus fidelis.
178. Timete ergo Deum, et obedite mihi.
179 Et non postulo à uobis pro hoc aliquid mercedis:
b non est merces mea, nisi apud dominum Sæculorum b. si
c. Mundoru
180
176. Complete modium, et ne sitis ex diminuentibus
illud.
d
177. Et ponderate cum Statera iusta. d. recta
182 Et ne fraudetis homines in rebus eorum: et ne
præuaricati agatis in terra demolientes eam.
183. Et timete eum, qui creauit uos, et creaturas pri-
mas.
184. Respondentes ei: Certè tu es ex præstigiatis.
Negue
183. Nunc

185. Neque vos nisi homo sicut nos: et certissime existimamus te esse ex mendacibus.

186. Tac porrò ut cadas super nos frustum. Eli, vi es ex vevacibus.

187. Dixit Seioaib: Dominus meus scientissimus est de eo, quod operamini

188. Itaque mendacij incusauerunt eum: quamobrem exegit eos pœna diei tenebrarum: porrò hæc fuit pœna diei magnę.

189 Certè in hoc sanè fuit signum: sed non fuerunt plerique eorum credentes

190. Et quidem Dominus tuus est sanè Præpotens, Misericors.

191. Et quidem hic Alcoranus est procul dubio demissio Domini a sæculorum.

a. Mundorum

192 b Descendit cum Spiritus fidelis [i. Gabriel] ....

b. Descendit cũ do

193 Super cor tuum, ut esses ex prædicantibus illum:

194 Scriptum lingua Arabica clara.

195 Et certè ipse [i. ipsius mentio] est in libris sacris Priorum [i. in Pentateucho, et Euangelio]

196. An verò non fuit illis [i. Mecanis] signum [i argumentum huius rei] quòd scierint illum sapientes filiorum Israel. Quod si demisissemus illum super aliquem barbarum,

197

198 Et hic legisset eum super eos [i. Mecanos] non tamen fuissent in eum credentes.

196. Ioa

195. Ita introduximus eum in corda sceleratorum.
200
197. Non credens in eum donec videam signum dolosi[ca]
201
198. Veniet autem [hic] ad eos repente: et ipsi non animad=
vertent
202
199. Et dicent: Numquid nos expectandi sumus adpeni=
tentiam?

203. An ergò genam nostram cupient accelerari?
204. [a] Quid tibi videtur? si frui fecerimus eos muleos an= [a. An ergo bubas?]
nos:
208. Deinde adueniet ei id supplicij, quod ipsis intentabat
206. Quid prodest illis id, quod frui [facti] fuerant?
207
207. Et non perdidimus ullam urbem, nisi illi precessissent
comminatores.
208. Ad commonitionem: neque fuimus iniuste tractan=
tes eam
209. Neque demissi fuerunt cum eo [i. Alcorano] Satanę.
[i. non fuerunt illius Authores.]
210
210. Neque competit illis hoc, neque possunt.
211. Cuiuscè ipsi ab audita sermonis Angelorum in[g]lo
ingè sanè vemoti sunt
212. Ne ergo invoces cum Deo deum alium, ne sis ex pu=
niendis.
213. Et iudica hoc cognationi tuæ propinquiorum [C. 81.]
214. Et demitte alam tuam [i. esto benignus] [et humanus] [Ff 502.]
illi, qui secutus fuerit te ex fidelibus
215. Quod si inobedientes fuerint tibi: die porrò: Ego qui=

dem

quidem immunis sum abeo, quod fatis.
216. Crimitere super Expotentem, Misericordem.
+ 217 Qui videt te cum surgis ad pecandum: + et conuer-
sationem tuam cum adoorantibus
218. Qui ipse ipse est Auditor, Cognitor.
219. An enarrabo vobis, super quem descendant Satane
220. Descendunt super omnem mendacem, iniquum
221. Faciunt auditum [i. ceuclant diuinatoribus et quod
audierunt ab Angelis]: Et plerique eorum sunt mendaces.
222. Et Poete sequuntur illos Decipi.
a valle a valle 223. Non ne vidisti quod ipsi in omni a torrente vagi er-
rant
224. Et quod ipsi dicunt se facere id quod non faciunt
225. Exter illos qui crediderunt, et fecerunt pecora, et
226. memineunt Dei plurimum; + et vendicauerunt se vin-
a dendo satiras contra infideles, postquam iniuste ve-
b. xati fuerunt ab illis satyras ipsorum. Et cui-
que iniquè egerint, qua reuersione reuersuri sint
[i. quo reuersuri sint post mortem]

Note

Epigraphe huius sure desumitur ex eo, quod in fine
illius, Poete & presertim satyrici, damn~~ent~~ anent. Com-
munitei Meccanam faciunt: quidam tamen ex ei-
unt quatuor extremos versiculos, quorum finis
incipit: Et Poete sequuntur &: hos enim Medine ra-
dices fuisse volunt: Versiculos viginti septem in
sua ducentos, fere omnes breuissimos, illi ~~ipsi~~ sui assi-

assignant: ego tamen ~~non~~ cogitari ~~non~~ potui. Decimus Ecroni constituunt عشر حسنات بعدد من صدق بنوح وكذب به وهود وصالح وشعيب وابراهيم وبعدد من كذب بعيسى وصدق بمحمد. Idem bona pro numero eorum, qui crediderunt Noe, Hud, Saleh, Schoaib, et Abrahe: et eorum etiam, qui illis non crediderunt: et pro numero eorum, qui abnegauerunt Iesum, et crediderunt in Mahumëtum.

1. T.S.M.] Arabice طسم. Quid hi tres characteres significent, adhuc sub iudice lis est inter Moslemos sapientes. Sapientiores tamen celinquunt Deo notitiam eorum.

8. Certè in hoc est sanè signum &c.]. signi nomine ^ intelligit Jelal hoc loco دلالة على كمال قدرته تعالى. Demonstrationem perfectionis potentiæ Dei. Inferius tamen, ubi hic decimus septimus repetitur, accipit ^ pro exemplo quo alij possint eruditi. Potest autem huiusmodi decimus exponi pro hominibus illius ætatis: et tunc legitima illius decisio erit: certè in hoc fuit signum: sed non fuerunt plerique eorum credentes. Deberet tamen deterruisse ipsos Mecanos, qui hæc exempla ex Alcoraneto audientes, non tamen illi credebant

60. Et in hereditatem dedimus hæc filijs Israel] i. nimirum, ut explicat Jelal, بعد غراق فرعون وقومه: post demersionem Pharaonis, et gentis eius. Zamchascerius exponit: مثل ذلك المقام الذى كان لهم: sicut illum locum, quem ipsi habuerant: ita et Israëlitis in Palestina datus sit locus similis illi, quem habuerant Egyptij. Sed Jahia, fidelius, et ad mentem Al-

واورثناها بنى اسرايل ورجعوا الى مصر بعد ما اهلك الله فرعون وقومه فى تفسير الحسن
corani: Et in hereditatem dedimus ea filijs Israel:
nam reuersi sunt in Egyptum, postquam perdidit Deus Pharaonem, et populum eius. In expositione Alhasan.

154 [illegible] Hęc Camela: illi patio, et nobis patio diei destinatę
sensus est: Altera die potabitis uos, et uestri iumenta ex flumine: alterum diem tantum lac Camelae: et sic alternis diebus flumine utemini. Vide supra quę de Camela hac portentosa dicta sunt.

175. Habitatores Heicę] Arabice الايكة: est sylua in terra Madian, ubi prędicauit Madianitis Scioaib, seu Iethro. Vide supra

218 [illegible]. et conuersationem tuam] Arabice تقلبك est proprię uersatio, quam conuersatio. exponit Gelal: تقلبك فى اركان الصلاة: قايما وقاعدا وراكعا وساجدا: mutationem tuam in uarijs statibus orationis: stando, sedendo, caput inclinando, et corpus incuruando.

224. in omni torrente uagi errant.] Arabica nox الوادى significat uallem, et torrentem. forte quia torrentes coalescunt ex aquis in uallibus defluentibus. conuenit cum Latina uoce Vadum. explicat autem prędicta uerba Gelal: انهم فى كل وادٍ يهيمون من اودية الكلام وفنونه يمضون فيجاوزون الحد فى مدح وهجاء. Ipsi in omni torrente uagi errant: idest in torrentibus sermonis, et satyris, ac rapsodijs eius uadunt; et excedunt limites in laudando, ac uituperando.

Hieron. Ref-

S. 9
Fr 503

Refutationes

1. Excusat se moreno suo Mahumetus à faciendis miraculis: quia etiam si ea fecisset, non tamen Meccani credidissent. Verum frivolam et inanem esse huiusmodi excusationem patet ex eo, quod hic § 4. introducit Deum ipsum asserentem: Si è Cielo signum aliquod Meccanis ostendisset, illos esse humiliandos, et ut addit Selal, adducendos ad fidem: si quid verò Alcorani ijdem revelasset, ab eo longius recessuros, nullamque ei fidem adhibituros. Cur ergo si miracula profutura erant illis ad fidem, non ijs utitur Mahumetus? et cur Alcoranum prædicat, si ab illo longius erant recessuri?

2. Ex cap. 4. Exodi constat, Moysen non coram Pharaone, sed coram filijs Israel miraculum manus leprosæ ostendisse; et sine illo fundamento asserit Alcoranus hoc coram Pharaone evenisse. Quemadmodum etiam è cerebro suo fingit, Magos non solum virgas, sed etiam funes projecisse, et in serpentes mutasse. Falsum etiam est magos prius quam Moyses virgas projecisse. Oppositum enim habetur cap. 7. Libri Exodi. Nihil dico de conversione illa magorum ad fidem, et martyrium pro ea toleratum; nam enim vobis hanc fabulam confutavi.

3 Contra omnem sacræ historiæ veritatem, asserit Alcoranus, Deum tradidisse Israelitis montes, fontes, flumina, et habitationem Ægyptiorum iam in mari Rubro demersorum

rum

rum, quasi uero Israelitæ mari Rubro peruadato, in Ægyptum regressi sint, quod omnino falsum est, ut patet ex Libro Exodi, et reliquo Pentateucho. Tamcharerius ad euasissimum Prophetæ sui errorem palliandum, accipit loco similitudinis, id quod tanquam re uera factum affirmatus in Alcorano: ita ut idem sit: et in hereditatem dedimus ea filijs Israel; ac, in hereditatem dedimus filijs Israel ea, uel similia illis, quæ Ægyptij reliquerant. Verum Gelaledinus, Jahias, Alkasanes, et alij sagientiores, non audentes negare quoniam hic esset locutionem, dixerunt, filios Israel post Chananeum et Ægyptios extinctos, in Ægyptum regressos fuisse, et ea, quæ ab Ægyptijs relicta fuerant possedisse, uel saltem ea, quæ mobilia erant, secum asportasse: quod, ut diximus, Pentatuchi omnino repugnat. Verum ut concedamus Tamcharerio eiusdem illam, et multam expositionem: non potest dici Deum tradidisse Israelitis in similia illis, quæ reliquerant Ægyptij, cum ea, quæ ijdem in terra Chanaan conquisiuit, atque ad comparationem maiora, et meliora in sacris literis referantur fuisse, quam ea, quæ in Ægypto reperiebantur.

4. Affirmat Mahumetes, mentionem sieri Alcorani sui in Libris sacris Eiorum; idest, ut explicat Jalal, in Pentateucho, et Euangelio. At debuisset ostendere quonam in loco horum Librorum, Alcorani uestigium appareat. Sed hæc quomodo ostenderet, id quod nusquam esset?

At enim

* Verum quidem Hebræos, antequam ex Ægypto discederent, commoda accepisse ab Ægyptijs uasa aurea et argentea, et alia utensilia, quæ deinde secum fugientes asportauerunt: habet Exod. cap. 12. sed hoc ualde diuersum est ab eo, quod habet in Alcorano.

Ar enim sagiences filiorum Israel hoc sentabantur, Mahume-
tum scelices ludificabant: eique uerem suam euanens,
splendido mendacio asentabantur

§ Ex eo probat [illegible], Alcoranum suum non
habere demones auctores, quia neque illij conuenerat,
neque potuerant tale opus condere, cum ab auditu collo-
quij Angelorum in Celo sint remoti. Atqui plurimum
conuenerat demonibus, pestilentem hunc librum opera sua pro-
mouere, quo totus pene orbis infecretur: et quo sanctissi-
ma Christi Religio et magna Mundi parte eliminare-
tur. Quod uero non potuerit demones Alcoranum con-
dere, quia ab Angelorum colloquijs in Celo audiendis pro-
hibeantur: ridiculum prorsus est. Quid enim, obsecro,
est in Alcorano, quod celeste, uel angelicum sapiat. An-
ne excepta sunt à colloquio Angelorum tot nuga, tot fa-
bulæ, tot ineptiæ, tot mendacia, quæ in Alcorano reperiun-
tur, et quæ illum non Angelorum, sed demonum opus
esse testari possint?

Alia plura erant, quæ in hac sua confutatione: sed
nolui cum Mahumeto cuniculum recoquere: et dum ille
eadem semper obtrudit; eadem semper retrudere, inu-
tile, et molestum esse existimaui. Vnum illud non
omittam; hanc totam suam figmentum politicum ma-
nifestè se prodere: cum enim in illa diuersarum gentiu
legati introducantur: tam legati, quàm gentes ijsdem uer-
bis interrogando, et respondendo utuntur, non secus ac si
illa memoriæ sub dogmate committerent.

سورة النمل مكيّة
وهى ثلاث وتسعون اية

SVRA XXVII.

FORMICA

Meccana: commatum
nonaginta et trium.

In Nomine Dei Miser~~icordis~~ aroris Misericordis.

1. T. S.

2. Hæc *sunt* signa Alcorani, et libri manifesti.

3. Directio, et faustum nuncium fidelibus

4. Qui persolvunt orationem, et exsolvunt eleemosynam: et ipsi in futurum seculum firmè ~~certo~~ credunt.

5. Verò qui non credunt in seculum futurum, adornavimus illis opera eorum [i. dedimus illis affluentias mundanas felicitates:] quamobrem ipsi attoniti herebunt, quando viderint horum ~~vanitatem~~ vanitatem ac turpitudinem

6. Ii *sunt* quibus erit malum pœne in hac mundo: et ipsi in futuro seculo erunt perditissimi

7. Et tibi quidem absque dubio traditur Alcoranus iste à conspectu sapientis, scientis

8. Cum dixit Moyses familiæ suæ: Certè ego aspexi

pcat ignem: ſiccgnam ut referam uobis de eo nun-
ciuum: uel afferam uobis flammam accendam in
foris, ut uos calefiatis.

5. Cum autem uenisset ad eum [i. ignem], inclamauit
est ei: Benedictus sit ille, qui est in igne, et qui est
circa illum: et laus Deo Domino a seculorum. a. Mundou

10. Et Moyses certè ego, tum Deus Aegyptus, saepiens.
11. Projce pertè uirgam tuam. Cumque uidisset eam, quod
se se motitaret, quasi iracosus anguis: retrocessit terga
uertens, nec regrediebatur. Et Moyses, ne timeas: quia ego
non timent coram me Legati.
12. Sed qui iniquè egerit, deinde substituerit bonum pro
malum: certè ego eis illi indulgens, misericors.
13. Intromitte autem manum tuam in sinum tuum:
egredietur alba sine lepione. Et hoc eris in cæteris nouem
signis apud Pharaonem, et populum eius: quia ipsi
sunt homines preuaricantes.
14. Cum autem peruenissent ad eos signa nostra euiden-
tia: dixerunt: Hæc est magia manifesta.
15. Et abnegauerunt ea, quamuis certè cognoscerent
ea animæ eorum esse à Deo, et iniquitatem, et super-
biam. Sed aspice, quomodo fuerit finis corruptorum
[i praui agentium]
16. Et iam quidem tribuimus Dauidi, et Salomoni scien-
tiam: et dixerunt: Laus Deo, qui excellentes fecit nos
supra multos ex seruis suis fidelibus.

17. Et hæres

17. Et ego ait Salomon Matthiæ in prophetia, et sciēn-
tiâ, et dixit: O homines, docti sumus loquelam volu-
crum, et docti sumus de omnibus [i. dedit nobis Deus
omnes excellentias Prophetarum, et Regum]: certè
lege sanè et excellentia manifesta.

2. [illegible]

18. Et congregati sunt ad Salomonem exercitus eius
compositi ex dæmonibus, et hominibus, et volucribus:
et ipsi a separatim ducebantur.

Vu / 808

a citatim

19. Donec venerunt iuxta vallem formicarum. Di-
xit una formica, progenies Reginæ aliarum, cum ui-
disset exercitus Salomonis: Dicit ò formicæ, ingredimini
habitacula vestra, ne protereat vos Salomon, et exerci-
tus eius, dum ipsi non animadvertunt.

20. Et exhilaratus est Salomon ridens ob verba illius,
et dixit: Domine mi excita me ut gratus sim gra-
tiæ tuæ, quam benefice contulisti super me, et super
parentes meos: et ut faciam rectum, in quo tibi compla-
ceat: et introduc me per misericordiam tuam inter
servos tuos Dñe fovebor.

21. Et circumspexit volucres, et dixit: Quid mihi est,
quod non video Upupam? numquid est ex absentibus?

22. Profecto castigabo illam pœna vehementi: aut
certè mactabo illam, aut sanè veniet ad me cum pro-
testate manifesta [nisi affert iustam causam ab-
sentiæ suæ]

23. At illa constitit haud procul à Salomone, et ait:

Lustravi

lustraui io regioni, quod tu non lustrasti: et ueni adte ex Saba cum nuncio certo.

24. Inuenimeni ibi mulierem, que regnat super eos, et predita: suis omnibus: et ipsi est thronus magnus.

25. Inueni illam, et gentem eius adorantes solem pre- a. adorant
ter Deum: et adornauit illis Satan opera eorum, auer-
titque eos a uia ueritatis, quamobrem ipsi non sunt
directi [i. detinentur a Satana]

26. Ne adorent Deum, qui manifestat id quod latet in Celis, et terra: et nouit id quod absconditis, et id quod manifestatis.

27. Deus: non est Deus nisi ipse: Dominus throni magni.

28. Dixit ei Salemon: Mox uidebimus an uera dixe-
ris; an fueris ex mentientibus.

29. Perge cum hac mea epistola, et proiice eam ad illos: deinde auertere te ab eis, et attende quid nam respondeant.

30. Dixit Baleisa Regina Saba cum accepisset epis-
tolam, Proceribus suis: Proceres: equidem proiecta
est ad me epistola honorifica:

31. Ipsa porro est a Salomone: et quidem illa pre-
fert hunc titulum: In nomine Dei Misericordis Mise-
ricordi:

32. Ne eleuemini contra me: sed uenite ad me

deuoti

decori.

33. Dixit Regina: O Proceres, consulite mihi in negotio meo: nonetro decidens quidquam, donec vestres vitis [i. donec approbetis].

34. Responderunt Proceres: Nos sumus prediti fortitudine, et prediti robore militari valido: sed imperium spectat ad te. Vide ergo quid precipias.

35. Dixit Balcaisa: Cum Reges, cum ingressi fuerint urbem aliquam, devastant eam, et reddunt potentissimos civium eius, vilissimos. Ita facient isti, qui miserunt epistolam in nos.

36. Sed ego misura sum ad eos munera: et expectabo id, quod referant missi a me cum muneribus.

37. Cum autem venisset Legatus Balcaisa ad Salomonem, dixit ei Salomon: An augebitis me opibus? porro id quod dedit mihi Deus, melius est eo, quod dedit vobis. Vos porro donis vestris gratulamini [i. habete illa; ipsique fruimini].

38. Reversus ergo Legatus ad eos: nos vero omnino veniemus ad eos cum exercitibus: non erit potentia illis contra nos: et profecto ejiciemus eos ex ea [i. regione eorum] humiliatos: et ipsi fient parvi [i. subiecti et obedientes].

39. Dixit deinde Salomon suis: Heus Proceres; quis vestrum afferet ad me thronum huius Reginæ antequam veniant ad me et se dediderint? † respondit Ha-

† hic nidhy. incipiendo non pericky

feminæ

scimus quidam inter dæmones: Ego afferam tibi illum, antequam exeas è loco hoc, ~~[illegible]~~: et ego quidem evo ad hoc satis validus, fidelis.

f. 40. Dixit alius dæmon, senes quem erat scientiæ ex libro [i. sacrarum scripturarum]: Ego afferam tibi illum, antequam reddatur ad te oculus tuus [i. antequam respiciens aliquid, statim ad te oculus revertatur]. Cum autem Salomon audisset eum [i. thronum] deportatum ante se, dixit: Hoc est ex gratia Domini mei ut experimentum mei faciat, utrum gratus sim, an sim ingratus. Qui enim gratus fuerit, utique gratus erit sibi ipsi. Qui autem ingratus fuerit: profecto Dominus meus est ditans, munificus.

41. Dixit Salomon suis: Ignotum facite ei thronum eius [i. ita immutate eum, ut ipsa non possit illum facile agnoscere] ut videamus, utrum directa sit, an vero sit ex illis, qui non sunt directi.

42. Cum autem venisset Balcaisa dictum est ei: An huiusmodi erat thronus tuus? Respondit: Sicut sic ipse erat. Et dixit Salomon: Donati sumus scientia ante illam, et fuimus a tradentes nos Deo

43. Et avertit eam à vera religione id quod colebat præter Deum: quippe ipsa fuit ex gentibus infidelibus.

44. Dictum fuit eidem Reginæ: Ingredere in Palatium. Cum autem vidisset illud, existimavit illud esse cumulum aquarum: et discoperuit crura sua, ut transvadaret

a. Moslemi C. 3 Vat. 5095

vel illam. Dixit ei Salomon: Cave hoc est Palatium solidum factum ex aitro.

non est nomen unum

Dixit tunc Regina: Domine mi, cave iniqua fui in animam meam: et nunc trado me ipsam cum a Mundoru Salomone Deo Domino æculorum.

46 46. Et iam quidem legavimus ad Themudeos fratrem eorum Saleh, qui dixit eis: Servite Deo. Et ecce ipsi divisi in duas factiones inter se disceptabant circa religionem.

47 47. Dixit illis Saleh: O propule meus, quare celeritis ad expetendum malum prius quam bonum? non ne veniam postulabitis à Deo, ut vos misericordiam consequamini?

48 48. Respondemus Themudei: Male auguramur vobis, et vobis, qui secum sunt. Respondit Saleh: Augurium vestrum est penes Deum: atqui vos estis homines, qui probamini à Deo per prosperia, et adversa.

49. Erant autem in Civitate novem homines, qui corrumpebant terram, neque bonificabant eam.

50. Dixerunt ii ad invicem: Juremus mutuo per Deum, quod sane occidemus nocte hunc Saleh, et familiam eius

b propinqui eius

[l. affectas eius]: deinde porro dicemus vindici sanguinis eius: Non fuimus presentes perditioni familiæ eius: et nos in hoc sumus prorsus veraces.

51. Et machinati sunt dolum illi, et nosquoque machinati sumus dolum illis: sed ipsi non animadvertebant.

sp. Aspice.

52. Aspice porrò eiusmodi fuerit finis doli eorum. Nimirùm
nos perdidimus eos, et gentem eorum universam.
53. Et ecce remanserunt domus eorum vacuæ ab eo, quod a nobis
iniquè egerunt. Certè in hoc est sanè signum hominibus,
qui sciunt.
54. Et liberavimus eos, qui crediderunt, et timebant Deum
55. Et liberavimus etiam Lot. Cum dixit genti suæ:
An perpetrati flagitium, et nos videtis hoc esse flagitium
56. Ergone nos sanè venisti ad vitos libidinose, præter mu-
lieres? atqui nos estis homines, qui ignoratis malum
vobis ventilatum
57. Sed non fuit responsio gentis eius, nisi quod dixerunt:
Ejicite familiam Lot ex urbe vestra: quippe ipsi sunt
homines, qui se puros servant à flagitijs vestris
58. Liberavimus ergo eum, et familiam eius, præter uxorem
eius, quam decrevimus fore ex remanentibus ad pœnam.
59. Et pluvimus super eos pluviam. Fuit autem miserabilis
pluvia commonitorum [i. eorum, qui commoniti fuerant
antea de eo]
60. Die: Laus Deo, et pax super servos eius, quos elegit:
Est ne Deus melior, an quod associant illi infideles [i. Idola]
61. Quisnam evacuit Cælos, et terram? et demittit vobis e
Cælo aquam: et germinare facimus per eam vineta
hortorum pulchritudinem? Non est vobis [i. in potestate
vestra] ut germinare faciatis arbores eorum. Est ne Deus

cum alio

الجزء العشرون
Pars Vigesima

aliquis cum Deo? nihilominus hi sunt homines, qui cog= quant illi alios deos

62. Quis nam posuit terram in stabilitatem: et posuit intero= va eius apta ademittenda flumina?: et constituit ei mon= tes stabiles: et posuit inter duo maria [nempe salsum, et dulce] obstaculum, ne inuicem miscerentur. An est quis fuit Deus alius cum Deo? nihilominus plerique eorum ne= sciunt.

63. Quis nam exaudit afflictum angustia, cum invocat eum, et velit ab eo malum? et ponit nos successores terre [i. succedentes nobis invicem per generationem]? An fuit est Deus alius cum Deo? quam pauci considerant hoc!

a continentis 64. Quis nam dirigit nos in tenebris a terre, et maris: et qui mittit ventos, faustum nuncium ante misericordiam suam? An est Deus alius cum Deo? procul a sit Deus abeo, quod illi associant.

65. Quis nam producit creaturam, deinde reuerti facit eos ad uitam post mortem? et qui a lit nos de Cœlo, et terra? an est Deus alius cum Deo? Die: afferte probationem ue= stram de hoc, si estis uerace.

b qui est 66. Die: Nescit alius in Cœlo, et terra, Arcanum, nisi Deus. et nesciunt homines quando resuscitandi sint.

67. An enim assequi ista est scientia eorum ueritatem de futuro seculo. Verum ipsi sunt in dubitatione de eo: imo ipsi sunt ceca illud egei.

68. Et dicunt qui sunt in fide(c) ∴ An postquam facimus

nudi

sulcij nos, et Lares nostri, an, inquam, nos uerè educen=
di sumus è sepulcris?

69. Iam quidem promissum fuit hoc nobis, et Patribus
nostris antea: si hoc est nisi fabellæ Priorum.

70 Die illis: Perambulate terram, et uidete, cuiusmodi
fuerit exitus scelestorum

71. Et ne tristeris pro eis: neque sis in angustia ob id,
quod dolose machinantur.

72. Et dicunt: Quando erit hæc promissio, si estis uera=
ces?

73. Responde: Fortasse contingit, ut proxima sit uobis
pars illius pœnæ, quam cupitis acceleran

74. Et quidem Dominus tuus profectò est præditus beni=
gnitate erga homines, dum differt illis hanc pœnam: sed
plerique eorum non agunt gratias illi propter hoc.

75. Et profectò Dominus tuus sanè nouit quid abscon=
dant pectora eorum, et quid ipsi linguis proferant.

76. Et non est aliquid occultum in Cælo, et terra, nisi
sit in libro manifesto [i. in Tabula custodita]

77. Certè hic Alcoranus enarrat filijs Israel plerique
eorum, in quibus ipsi inter se dissentiunt.

78. Et profectò ipse est sanè directio, et misericordia fideli=
bus.

79. Iudicabit Dominus tuus decidet=litem inter eos iudicio
suo: nam ipse est Potens, Sciens.

80. Innitere uero super Deum, quippe tu es in aperta

manifesta

a. Faildet ut pone-se-quatur nos

manifesta

81. Certè tu non facies audire mortuos, neq; facies audire surdos prædicationem, ubi receperint regna aeternæ

80. Neque tu eni dirigens eos, ut recedant aberrore suo.

a. Si a Non facies audire, nisi eum, qui credit in signa nostra: hi porrò sunt Mortemi.

83. Cum autem ceciderit dictum super eos [i. adueneñt tempus supplicij eorum] educemus illis bestiam è terra quæ alloquetur eos, quòd certè homines Mecani in signa nostra non firmiter credebant.

84 Et die quadam congregabimus ex omni gente agmen ex iis, qui mendacij insimulant signa nostra, et qui introrsum coacti ducentur.

85. Donec perueneñt ad locum iudicij. Dicet illis Deus: An mendacij insimulastis signa mea, et non comprehendistis ea scientia? quid nam est quod fecistis?

86. Et cadet dictum [i. sententia damnationis] super eos ob id, quod iniquè egerunt: et ipsi non loquentur.

87. Nonne viderunt, quod nos posuimus noctem, ut quiescerent in ea; et diem b faciensem videre [i. ut homines videant in eo]? certè in hoc sunt signa hominibus, qui credunt.

b conspicuum

88. Et die quadam insufflabitur in tubam, et formidabunt qui sunt in cælis, et qui sunt in terra, præter eos, quos voluerit Deus esse securos. Et omnes venient ad eum se. se humiliter demittentes.

89. Et videbis

89. Quidebis montes, et existimabis eos glacie concretos: et ipsi transibunt transitu nubium [i. dissoluentur sicut nubes dissoluuntur]. Opus Dei, qui sapienter disposuit omnem rem: quippe ipse est commonitus de eo, quod faciet.

90. Qui attulerit bonum, habebit melius illo: et ipse a terrore diei illius erunt securi. a. ipsi habitur

91. Qui uero attulerint malum, precipitabuntur obuersi multus eorum in ignem. An recipietis mercedem, nisi illud, quod fuerits operati?

92. Certe ego iussus sum colere Dominum huius regionis [i. Mecce] qui conseruauit eam, et ipsius est omnes res: et preceptum est mihi, ut sim ex Moslemis.

93. Et ut legam Alcoranum. Porro qui directus fuerit, profecto directus erit sibi ipsi. Qui autem errauerit, die illi: Certe ego sum ex commonentibus [i. nihil ad me spectat, nisi te commonere.]

94. Et die: Laus Deo: mox ostendet uobis signa sua, et cognoscetis ea: et non est Dominus tuus negligens eorum, quod facitis

Nota.

Formica, est huius loci, que Meccana communiter lectitatur, Egigyache. Agit enim in illa, inter alios nugas, de eo, quod contigit inter formicas et Salomonem. Versus illius, si duas literas initiales nullius sensus excludas, + tres supra nonaginta reperies. + (quas ego computaui)

Sed quonam Lectorii præmium? audi: من قراء سورة النمل كان له من
اجر عشر حسنات بعدد من صدق سليمن وكذب به وهود وصالح وابراهيم
وشعيب ومن كذبهم وتخرج من قبره وهو ينادى لا اله الا الله.
Qui legerit Surem formicæ habebit mercedem decem bonorum, iuxta nume-
rum eorum, qui crediderunt Salomoni, et Hud, et Saleh, et Ab-
rahæ, et Sciozib, et eorum qui hos mendacij insimulauere: et
quando exibit è sepulcro, clamabit: Non est Deus, nisi Deus.

1. T.S.] Idem de duobus his characteribus dicendum, quod de
alijs similibus dictum est

9. qui est in igne, et qui est circa illum] Sel. من في النار اى موسى
: ومن حولها اى الملايكة: qui est in igne: idest Moyses: qui circa il-
lum, idest Angeli. Jahias, primum intelligit ipsum Deum:
secundo autem Angelos. In codice Abu-Caab legitur بورك
النار ومن حولها: Benedictus sit Ignis, et qui est circa eum. ex
quo apparet inconstantia Lectionū Alcorani, quem tam sedulò
à Deo custoditum ab omni alteratione Moslemi iactant.

17. Docti. sumus loquelam volucrum] Arabica vox
منطق, est propriè loquela, seu sermo rationalis. Selal expo-
nit, فهم اصواتهم; intelligentiam vocum earum, scil. volucrū,
vel auium. Sed audiendus hic Zamchaxerius, qui sic de vo-
ce المنطق i. loquela, disserat: والمنطق كلما يصوت به من المفرد
والمولف المفيد وغير المفيد وقد ترجم يعقوب كتابه باصلاح المنطق ما اصلح فيه
الامغرات الكلم وقالت العرب نطقت الحمامة وكل صنف من الطير منطق يتفاهم
اصواته والذى علمه سليمان منطق الطير هو ما يفهم بعضه من بعض من
معانيه واغراضه ويحكى انه مر على بلبل فى شجرة وتحرك راسه ويميل ذنبه
فقال لاصحابه أتدرون ما يقول قالوا الله ونبيه اعلم قال يقول اكلت نصف
تمرة ... وصاح طاووس وقال يقول كما تدين تدان وصاح هدهد فقال يقول
استغفروا

استغفروا الله يا مذنبون وصاح طوطى فقال يقول كل حى ميّت وكل جديد بالٍ :
وصاح خطاف فقال يقول قدّموا خيرًا تجدوه وصاحت رخمة فقال تقول سبحان
ربّى الاعلى لماء سمايه وارضه وصاح قمرى فاخبرانه يقول سبحان ربّى الاعلى و
صاح الحدا فقال يقول كل شئ هالك الّا الله والقطا يقول من سكت سلم :
والبخيل البيغا يقول ويل لمن الدنيا همّه والديك يقول اذكروا الله يا
غافلون والنسر يقول يا ابن ادم عش ما شئت اخرك الموت والعقاب يقول
فى البُعد من الناس انس والضفدع يقول سبحان ربّى القدوس واراد بقوله كل شى
كثرة ما اوتى . Loquela autem, est quidquid efferimur per vocem,
siue sit simplex, siue compositum; siue utile ad significan=
dum, siue inutile. Et iam consenjsit Jacob (hic fuit
author libri Camus, seu Lexici linguæ Arabicæ) librum
suum de correctione sermonis, uel locutionis : sed non
tractauit in eo, nisi de uerbis simplicibus. Dicitur autē
apud Arabes : Locuta est eblanda. Et omnis species
animum mutuò percipit uoces suas. Illud autem, quod di=
dicit Salomon de loquela auium, est illud, quod intelligit
una auis ab alia iuxta significationes, et declaratio=
nes proprias. Fertur autem Salomonem, dum transiret
iuxta quandam arborem, audisse in ea Luscinia m mo=
titantem eapsa, et caudam inflectentem : dixitque
astanti sibi : Intelligitis ne, quid illa dicat ? at illi
respondernnt : Deus scit, et Prophetæ eius. Dixit Sa=
lomon : Dicit : Comedi dimidium dactyli. Cum autem
uociferatus esset Pauo, dixit Salomon : Hic dicit : Sicut
indicabis, ita iudicaberis. Et cum cantasset Grugra, dixit :
Hæc dicit : Petite ueniam à Deo, ô peccatores. Cum au=

fem

ꝛ autem cantaſſet auis, que Arabice dicitur Sura, dixit Sa=
ꝛ lomon: Hæc dixit: Omne quod uiuit, morietur: et om=
ꝛ ne, quod nouum est, ueteraſcet. Et cantauit Hirundo, di=
ꝛ xitque Salomon: Hæc dicit: Remittite opera uana, et
ꝛ inuenietis ea. Et cantauit Pelicanus, dixitque Salomon:
ꝛ Hic dixit: Laus sit Domino meo altiſſimo ab aquam
ꝛ Calicium, et terræ eius. Et cantauit Turtur, dixitque Sa=
ꝛ lomon: Hæc dicit: Laus sit Domino meo altiſſimo. Et
ꝛ cantauit Mutuſes: et dixit: Omnia peribunt præter Deum.
ꝛ Et cantauit auis, que dicitur Arabice Cata, et dixit: Qui fa=
ꝛ ciem, ualuus erit. Et cantauit auis, que uocatur Biga,
ꝛ et dixit: Væ illi, qui ponit in mundo sollicitudinem suam.
ꝛ Et cantauit Falco, et dixit: Memento te Dei, à negligen=
ꝛ tes. Et cantauit Aquila, et dixit: O fili Adæ, ille quan=
ꝛ tum uis, finis tuus erit mors. Et cantauit Aquila nigra,
ꝛ et dixit: In elongando se ab hominibus, inuenitur quies:
ꝛ Et cantauit Rana, et dixit: Laus Domino meo Sancto. Ter
ꝛ hoc autem, quod dicitur, Salomonem donatum fuisse de
ꝛ omni re, intelligitur multitudo rerum, quas à Deo acce=
ꝛ pit. Hactenus Zamchascius

19. Donec uenerunt iuxta uallem formicæ]. Videtur esse nomen proprium Loci, qui iuxta Telal est بالطايف او بالشام in Taiph, uel in Syria

20. Et exhilaratus est Salomon] Gel. وقد سمعه سليمان من ثلاثة اميال حملته اليه الريح فحبس جنده حين اشرف على واديهم حتى دخلوا بيوتهم وكان جنده ركبانا ومشاة في هذه المسير. Et iam audiebat sermonem eius Salomon a tribus millibus passuum, nam uentus detulerat so=

nitum

nitum eius ad illum. Vbi igitur peruenit prope Vallem earu
continuit exercitu suum, donec ingrederentur foramina
sua. Erat autē exercitus eius in eo itinere, compositus ex
equitib. et peditibus

21. Et reuera spectare consueuerat Selal الهدهد الذى يرى
الماء تحت الارض ويدل عليه بنقره فيها فيستخرجه الشياطين لاحتياج سليمن اليه للصلاة فلم يرى
ut uideret Iynxem, quæ uidet aquam latentem sub terra,
et ostenderet eam scalpens unguibus terram. Demones autem
hauriebant eam ad necessitates Salomonis, ut nimirum
se se ante preces purificaret. Sed non uidit eam adesse

22. Profecto castigabo illam] Selal. و بنقف ريشه وذنبه
رميه فى الشمس فلم يمتنع على الهدام: depilando alas eius, et caudam
eius, et proijciendo eam ad solem, ita ut nequeat ~~corrumpere~~,
~~animalcula~~ animalcula noxia à se arcere.

23. At illa constitit haud procul à Salomone.] Deuenit
Selal satis mueiliter aduersum eius in hæc uerba: وحفر.
لسليمن متواضعا يرفع راسه ورخاء ذنبه وجناحيه فعفى عنه وسأله عما لقى فى
غيبته: Et constitit coram Salomone, demisse, humiliterq;
se gerens, eleuando caput suum, et leniter mouendo caudam,
et alas, et ueniam ab eo petendo. Ille uero interrogauit
eam de eo, quod sibi euenisset in absentia sua!

24. Equidem inueni ibi mulierem] Hanc mulierem,
præ reliquis communiter Arabes, fuisse Reginam regionis
Sabæ in Arabia felici, et appellatam fuisse بلقيس Balcai-
sam. Ac thronum uero eius hæc scribit Selal: و
طوله ثمانين ذراعا و عرضه اربعون ذراعا وارتفاعه ثلاثون ذراعا مضروب من الذهب والفضة مكلل بالدر
والياقوت الاحمر والزبرجد الاخضر عليه والزمرد وقوايمه من الياقوت الاحمر

Vu 812

والزبرجد الاخضر عليه سبعة ابواب على كل بيت باب معلق

longitudo eius erat octoginta cubitorum, latitudo quadraginta, et altitudo triginta. Confectum erat ex auro, et argento. Habebat iuxta se coronam ex margaritis, iaspidibus, et smaragdis. Bases eius erant similiter ex iaspide, et smaragdo. Habebat iuxta se septem portas: iuxta omnem mansionem erat porta affixa.

28. Modo videbimus, an vera dixeris. Hoc experimento probavit Salomon Hupupę veracitatem: nimirum, quod illae, inquit Delal, دلهم على الماء فاستخرج واكتوا وتوضوا وصلوا ثم كتب سليمان كتابا صورته من عبد الله سليمان بن داود الى بلقيس ملكة سبا بسم الله الرحمان الرحيم السلام على من اتبع الهدى اما بعد فلا تعلوا علي واتوني مسلمين. ثم طبعه بالمسك وختمه بخاتمه ثم قال للهدهد اذهب بكتابي هذا: demonstravit ubi esset aqua, et effodiens eduxit eam. Cum autem hausissent eam, purificaverunt se, et persolverunt sacra suę. Deinde scripsit Salomon epistolam in hanc formam: Servus Dei Salomon filius Davidis Balcaizę Regini Sabę. In nomine Dei Miserantis Misericordis. Pax super illum, qui secutus fuerit directionem. Porro vero: Ne efferatis vos contra me: sed venite ad me devoti. Deinde appensit epistolam misco, et signavit eam sigillo suo: deinde dixit Hupupę: Perge cum hac epistola mea. Cubavit Auctor, Hupupam accepisse epistolam, et detulisse ad Reginam, qua circumdatum erat exercitu suo; et projecisse eam in sinum illius. Quod cum vidisset Regina, vehementer timuit, et expavit.

36. Sedego missa sum ad eos munera] De his muneribus

فارسلت خدما ذكورا واناثا الفا: *muneribus ita fabulatur Zelal:*
بالسوية وخمسماية لبنة من الذهب وتاجا مكللا بالجواهر ومسكا وعنبرا و
غير ذلك مع رسول بكتاب فاسرع الهدهد الى سليمان مخبره بالخبر فامران يضرب
لبنات الذهب والفضة واتبسط من موضعه الى تسعة فراسخ ميدانا وان يبنوا حوله حايطا
مشرفا من الذهب والفضة وان ياتوا باحسن دواب البر والبحر مع اولاد الجن عن يمين الميدان وشماله

اولاد الجن

Misit ergo Balcaisa ad Salomonem mille ministros, quin=
gentos masculos, et quingentas feminas, eodem modo indu=
tos, eademque forma preditos: et quingentos latereulos
aureos. et coronam ornatam gemmis pretiosis; et museum,
et ambaram et succinum, et alia per Legatum cum epistola. Ad
Ipsum celeriter veniens ad Salomonem, nunciauit ei Re=
omnia. Precepit ergo Salomon, ut conficerentur latere=
culi ex auro, et argento, et consternerentur à loco, in quo
erat per nouem parasangas in modum Hippodromi, quem
circumdedit muro alto, confecto ex auro, et argento. Et
precepit, ut adducerentur animalia quaque pulcherrima
terre, et maris, cum filijs Demonum à dextris, et à sinis=
tris Hippodromi

38. Reuertere ad Legatos eos] Cum Legatus ad Reginam
reuersus fuisset cum muneribus, que illa miserat ad
Salomonem: Regina inquit Zelal] جعلت سريرها داخل سبعة
ابواب داخل قصرها وقصرها داخل سبعة قصور واغلقت الابواب وجعلت عليها حرسا
وتجهزت للمسير الى سليمان لتنظر ما يامرها به فارتحلت في اثني عشر الف قيل
مع كل قيل الوف كثيرة الى ان قربت منه على فرسخ:

collocauit sedem suam intra septem portas in aree sue,
que circumdata erant septem alijs areis, et occlusit portas
et apposuit

et apposuit illi custodia, et prouauit ne ut iret ad Salo=
monem, et uideret quid sibi precepisset. Habuit autem
in comitatu in itinere duodecim millia Regum: et cum
singuli Regibus erant quatuor millia hominum per
uenit prope locum, uti erat Rex in distantia unius
parasange.

40. Antequam surgas e loco tuo] Dest, ut explicus
Jelal, antequam adueniet meridies. Salomon enim se-
debat in throno ad iudicandum assidue usque ad meridiem

41 Dixit alius demon] Demon iste, iuxta eundem
interpretem erat آصف بن برخيا كان صديقا يعلم اسم الله الاعظم الذى
اذا دعى به اجاب Joseph filius Barachie. Erat autem
iustus et uehemens: et habebat notitiam Nominis
Dei Maximi (uidelicet: الله). Quod cum inuoca-
set respondit Salomoni: Ego afferam tibi illum. Sub-
dit autem Author, Salomonem, ito inuente demo-
ne, respexisse in Celum. Cum uero inde retraxisset, uidisse thronum Balcais, positum an-
te se. Eo enim momento, quo Salomon respexit in
Celum, inuocauit Asaph nomen Dei maximi,
ut Deus statim afferret illum: et penetrauit sub
terram, donec emersit cum throno ante solium regis

43 Ingredere in palatium] Domus palatio, et
ingressus regina in illud, ita uidit pauimentum.
هو سطح من زجاج ابيض شفاف تحته ماء جار فيه سمك اصطنعه سليمان لما قيل له ان ساقيها
ورجليها كقدمى حمار وكشفت عن ساقيها لتخوضه وكان سليمان على سريره فى صدر
الصرح فراى ساقيها وقدميها حسانا ودعاها الى الاسلام واراد تزويجها فكره شعر

فحملت له الشياطين المرو النورة فازالته بها فتزوجها واحبها واقرها على ملكها وكان يزورها
كل شهر مرة ويقيم عندها ثلاثة ايام وانقضا ملكها بانقضا ملك سليمان

Erat autem constructum ex uitro illo ac transparenti: et sub illo erat aqua currens, in qua natabant pisces. Hoc autem artificiose fabricauerat illud Salomon, postquam audiuit Balcaisam habere pedes et crura pilosa instar asini. Itaque ingressura palatium, cum putaret esse pauimentum aquae, discoperuit crura sua, ut pertransiret illum. Salomon autem qui sedebat in medio palatij manifesto uidit crura et pedes eius. Deinde exhortatus est eam ad ueram religionem: et cum uellet illam in uxorem accipere, exhorruit pilos cruris eius. Sed Daboli fecerunt ei dolatorium ex aere, quo ablati sunt pili eius: et ita accepit eam in uxorem, et dilexit eam: et stabiliuit eam in regno suo. Visitabat autem eam semel in singulos menses, et triduum apud eam mansitabat. Et tandiu perseuerauit in regno suo quandiu durauit regnum Salomonis.

55. Et nos uidetis exhorremus] Arabice وانتم تبصرون. Jalias subinde legit انها الفاحشة hoc est flagitium. Selale explicat: تبصرون بعضكم بعضا انها فاحشة في المعصية: Aspicitis nos inuicem inspectatores huiusmodi flagitij adinuitandos nos magis ad peccandum.

83. Educemus illis bestiam e terra] Haec bestia dicitur

الجساسة idest Explorativa ; quia fabulantur per eam Antichristum res explaturum. De hac bestia, mira ac portentosa fabulantur Arabes. Audi Zamchasrium : ودابة الارض الجساسة جاء في الحديث ان طولها ستون ذراعا لا يدركها طالب ولا يفوتها هارب : وروى له اربع قوايم. ورغب وريش وجناحان : وعن ابن جريج في وصفها راس ثور وعين خنزير واذن فيل وقرن ايل وعنق نعامة وصدر اسد ولون نمر وخاصرة هرّ وذنب كبش وخُف بعير وما بين المفصلين اثنا عشر ذراعا بذراع ادم. وروى لا يخرج الا راسها وراسها يبلغ اعنان السما ويبلغ السحاب. وعن ابي هريرة فيها من كل لون وما بين قرنيها فرسخ للراكب. وعن الحسن لا يتم خروجها الا بعد ثلثة ايام. وعن امير المومنين علي ابن ابي طالب عليه السلام انه سُئل من اين تخرج الدابة. فقال من اعظم المساجد مجى الى ثلثة ايام والناس ينظرون فلا تخرج الا ثلثها. وعن النبي ص انه سُئل من اين تخرج الدابة فقال من اعظم المساجد على الله يعني المسجد الحرام : وروى انها تخرج ثلث خرجات : تخرج باقصى اليمن ثم تتكمن : ثم تخرج بالبادية ثم تتكمن دهرا طويلا فبينما الناس في اعظم المساجد . . . فما يهولهم الا خروجها . . . . فقوم يهربون وقوم يعقون نظارة : وقيل تخرج من الصفا فتكلمهم بالعربية بلسان ذلق وتقول ان الناس كانوا بايانتا لا يوقنون يعني ان الناس لا يوقنون بخروجي لان خروجها بآية من الايات : وتقول الا لعنة الله على الظالمين. وعن السدي تكلمهم بخطاء الاديان كلها سوى دين الاسلام : وعن ابن عمر تستقبل المغرب فتصرخ صرخة منفذة : ثم تستقبل المشرق ثم الشام ثم اليمن فتفعل مثل ذلك. وروى . . . . . بينما عيسى عم يطوف بالبيت ومعه المسلمون اذا تضطرب الارض تحتهم تحرك القنديل وينشق الصفا . . فتخرج الدابة من الصفا ومعها عصى موسى وخاتم سليمان فتضرب المومن في مسجده او فيما بين عينيه بعصا موسى فتنكت نكتة بيضا فتفشوا تلك النكتة في وجهه حتى تضيء لها وجهه . . كانه كوكب وتكتب بين عينيه مومن : وتنكت الكافر بالخاتم في انفه فتفشا النكتة حتى تسود بها وجهه وتكتب بين عينيه كافر : فتجلوا وجه المومن بالعصا وتخطم انف الكافر بالخاتم ثم تقول لهم يا فلان انت من اهل الجنة ويا فلان انت من اهل النار

= Ce bestia terre Explorativa, si vour haberur ita declarionibus
= habebit in longitudine decem cubitos. Non assequetur
= eam insequens, neque evitabit eam fugiens. Habebit
quatuor

quatuor pedes, et pilos et pennas, et duas alas. Cuius
figuram describit eam cum capite canis, et oculis storci, et
auribus elephantis, et cornibus cervi, et cervice. Struthiocameli, et pectore Leonis et costis urfi; et hypo-
condrio, seu medio corporis felis, et cauda arietis,
et unguli cameli. Spatium inter duas incisuras
erit duodecim cubitorum humanorum. Terram
eriam non exibunt e terra nisi caput eius,
quod pervenit ad nubes Celi. Et ex auctoritate
Dei habebunt in ea omnes colores: et inter cor-
pus eius erit spatium farasangæ, seu trium millia-
riorum quantum poterit eques percurrere. Et ex
auctoritate Dei, non completur egressus eius ni-
si post tres dies. Et ex dicto Imperatoris fidelium
Aly filij Abutalebi habetur, quod interrogatus unde
egressura esset Bestia, respondit: Ex maxima
Meschitarum, tribus diebus: et homines videbunt illam,
et non egredietur nisi tertio post eius. Et habetur
ex relatione, Prophetam Mahumetum interrogatum
unde egressura esset Bestia, respondisse: Ex maxi-
ma Meschitarum apud Aleum: significans hoc
Meschitam, seu templum Meccæ. Et habetur ex
relatione, egressuram esse tribus vicibus. Egredietur
in finibus Arabiæ felicis: deinde abscondetur. Postea egre-
dietur in campestribus Arabum vicinarum: deinde ab-
scondet se per longissimum temporis. Cum vero homines
erunt in maxima Meschitarum, non terrebit eos, nisi
egressus vnius

B. 8

= egressus eius: et nonnulli fugient: nonnulli verò firmi
= stabunt ad aspectum eius. Iuxta aliorum dictum, egre=
= dietur ex monte Saphar: et alloquetur eos Arabicè
= lingua expedita, et dicet verba illa Alcorani: Quip=
= pe homines in signa nostra firmiter non credebant:
= ac si diceret: Quippe homines non credebant in egres=
= sum meum. Nam egressus eius est unum de signis.
= Et dicet: Non ne maledictio Dei erit super iniquos. Et
Alsadi = iuxta Alsadi, alloquetur eos de vanitate omnium Reli=
= gionum, præter Islamiticam. Et iuxta dictum Chomar,
= concurretur ad Occidentem, et clamabit clamore acutis=
= simo. Deinde concurretur ad Orientem, et ad Syriam,
= et ad Arabiam Felicem, et fuiet similiter. Et habetur
= ex traditione, quod dum Jesus, cui sit pax, circumibit
= templum, et cum eo erunt Moslemi, commouebitur ter=
= ra sub ei, et mouebitur Candelabrum: et scindetur Mons
= Saphar, et egredietur ex illo Bestia habens secum vir=
= gam Moysi, et sigillum Salomonis: et percutiet fideles
= in fronte, vel inter oculos eorum virga Moysi, et impri=
= met ibi signum album, quod extendetur per totam faci=
= em, lucebit tanquam stella refulgens: et scribet inter
= oculos uniuscuiusque fidelis, hanc vocem, Fidelis. -
= Deinde imprimet signum sigillo Salomonis in naso in=
= fidelium, et signum illud dilatabitur in nigredinem per
= totam faciem infidelis, et scribet inter oculos eius, In=
= fidelis. Splendebit itaque facies fidelis & virga Moysi: et
= deformabitur nasus infidelis & sigillum Salomonis. Deinde

Dicet

Dicet ejs: O tabij, tu eris ex habitatoribus Paradisi. Et, o tabij, tu eris ex habitatoribus Gehennæ. Hæc autem omnia, quæ de huiusmodi bestia fabulæ confingunt, desumpta sunt absque dubio ex eo quod de simili bestia prope mundi finem in mundum egressura, habetur in Apocalypsi S. Joannis, et in prophetia Danielis. Harum similium sacrarum literarum oracula Mahometi sectatores fraudant, ac fabulis commiscent

S. 8. Præter eos, quos voluerit Deus esse securos

Ali erunt, inquit Jelal جبرائيل وميكايل واسرافيل وملك الموت

وعن ابن عباس هم الشهداء اذهم احياء عند ربهم يرزقون: Gabriel, Michael, Israphel, et Angelus mortis. Et inquit Ebn-Abbas, erunt Martyres: nam hi vivi apud Dominum suum alentur.

Refutationes.

Cudrit Alcorano, vel Mahumeto, id quod hisce evenisse ex fabulis accepimus. Ille eum die quadam forte fortuna leoninam pellem invenisset, ea se se totum cooperiens, leonemque simulans, reliquas bestias a specie terrebat. Ubi vero videre eggit, Vulpes in risus erumpens: Heus tu, inquit, tandem Asinus es, qui te Leonem simulabas. Videas interdum Mahumetum in Alcorano prophetica pelle indutum, ea scribere legentium oculis exhibere, quæ vel è Sacris Literis, vel à Sanctis Patribus, præsertim Syris fuerit desumpsit. Prophetam omnino credas: sed eum puerilia ablegij admisceat; vel cum veris Sacrarum Literarum historijs, et sententijs, Thalmudicas, ac Rabbinicas inepcias interponit

ponit, &c. &c. nebulonem, atque Mynosorem procedit.

Enimvero quidem in eo se stultum, ac ridiculum ostendit, quod brutis animantibus humanam loquelam, et ratio-nem atque intellectum attribuit: Loe enim significat نطق, et المنطق iuxta Arabicæ linguæ proprietatem, ac genui-nam interpretationem. Nempe loquelam distinctam, et propriam animali rationali, quam Græci λογον appel-lant: unde Artem quam hi Logicæ, et Dialecticæ, dicunt Arabes المنطق appellant. Itaque nescio, quo fide Tamehasenius dicat المنطق esse quid effectus per vocem, sive singularem, sive compositam, sive significativam, sive non significativam, nisi forte mentiri voluit ad excusandum crassissimum Prophetæ sui errorem, qui المنطق animalibus ratione ca-rentibus attribuit. Quamvis enim concedamus bestias voces suas habere: negamus tamen illas à ratione, seu intellectu proficisci, cum solum sint signa quædam na-turalia, quibus semper eodem modo passiones, seu affec-tiones suas significant: id quod non solum vocibus, sed etiam motibus externis corporis præstant. Conve-niunt itaque bestiæ ad instinctum naturæ, sicut in infantibus, non à ratione aliqua, quæ possideant: Et idea, ut dixi, semper eadem sunt in omnibus. Fatemur etiam hanc naturæ instinctum in quibusdam brutis ad humanam rationem ita accedere, ut intellectum habere videantur, quemadmodum apparet in canibus, elephantis &c. Sed re-vera, bestiæ quoque intellectu carent; et id, quod faciunt, ex necessario tantum naturæ ductu, et non libere, neque electivè.

electiue operantur. Videmus etiam aues quasdam uoces humanas proferre, quamuis inde imperfecte: Hoc tamen non accidit, nisi quia ita edocte sunt ab hominibus, neq; illam habent connaturalem intelligentiam: et eodem modo assuefiunt illis uocibus, sicut canes uenationi, et equi eurſui. Porrò quod potuerit Salomon ex signis exterioribus, uel ex cantu auium, cognoscere naturales earum affectus, sicut ipsæ cognoscunt inter se: non est mirum, neque singulare fuit hoc Salomoni: Idem enim possunt et alij naturæ observatores assequi. Sed non est hoc, quod uult Heoranus, qui introduxit Salomonem ita cum Vupa, et Vupam cum Salomone loquentem, quemadmodum loquitur homo cum alio homine, non per ista signa necessariò elicita à natura, sed per uoces articulatè distinctas, sensu connexas, significatiuas, et omnino liberè à ratione prouenientes. Malè igitur fide exponit Tamehaseny, Salomonem ita loquelam auium intellexisse, sicut aues ipsæ se se mutuò per naturalia signa intelligunt.

Respondebant Morlemi, in sacris Literis non solum auibus, et alijs animantibus, sed etiam rebus inanimatis loquelam attribui. Quamobrem inuitantur ipsi montes, et arbores, et fontes, et Cœli, et ipsemet ad laudandum, et benedicendum Deum. Et in libro Job cap. duodecimo legimus: Interroga iumenta, et docebunt te, et uolatilia Cœli, et indicabunt tibi. Loquere terræ, et respondebit tibi, et narrabunt pisces maris.

Verum manifestè patet, hæc esse locutiones metaphoricas

metaphoricas

tephonis. Cœ enim ipsa creaturæ omnes laudant, et benedicant Deum, et enarrant gloriam, et magnitudinem eius, quod sanguinem eo munere, nec sine causa addid, ad quod ab ipso Deo creatæ sunt, et exprimunt in se ipsis potentiam, ac sapientiam illius. Et propter eandem causam dicuntur etiam docere, et erudire homines; quia nimirum apparent in ipsis vestigia quædam, seu effectus Diuinæ scientiæ, potentiæ, et bonitatis, et virtutes nonnullæ, seu proprietates naturales, quibus homines ad Dei notitiam, et amorem, et ad veram virtutem excitantur.

Potest nihilominus confirmare Mahumetanos in errore suo, quod in libro Geneseos legitur eum Heua locutus fuisse, manifestè affirmatur: et in libro Numerorum, Asinam cum Balaam verba fecisse, et collocutam fuisse habemus, non secus, ac Vrsigam cum Salomone.

Sed respondemus, loquelam illam serpentis, non fuisse ipsi naturalem, sed contigisse, mouente Diabolo, qui in eo latebat linguam ipsius: quemadmodum legimus in historijs, per alia animalia bruta, vel etiam per statuas, dæmones esse locutos. Quin et arte magica, seu dæmoniaca, efficiunt Præstigiatores in animalibus brutis, nonnulla, quæ ad humanam rationem videntur accedere, et naturalibus, nec arte humana, et diabolica nullo modo fieri possunt. Quod verò attinet ad Asinam Balaam: ex ipsis sacræ Scripturæ verbis patet illam non

fuisse

fuisse instinctu naturali locutam. Hic enim scribitur: Egressusque Daemon a Asina, et locuta est. Vt igitur Serpens ope Daemonis, ita quoque Asina ope Angeli sermonem formauit: neuter tamen fuit sermo cognoscitiuus, uel rationalis, idest proueniens ab intellectu, et ratione; sed tantum materialis, ictus sonitus, qui ex instrumento aliquo musico manu, uel oris ope, producitur. Nihilominus adeo erasti, Sardique sunt Arabes, et Mahumetani, ut non solum brutis animantibus, sed lignis quoque, et lapidibus humanum sermonem tribuere non dubitent. Hinc arbores, et Lapides, ne dum Camelos, et alia quadrupedia, frequentissimè Mahumetum allocuta fuisse fabulantur.

2. Ea, quæ inter Salomonem, et formicas, itemque inter eundem, et Vpupam euenisse refumuntur, adeò ridicula sunt, ut ea confutare non sit opus. Fabulæ tropicæ maiorem fidem sibi possunt uendicare. Cantine. faciebat Salomon unam auiculam, ut adeo exeandescere, et tam diræ illi minaretur, quod ab altarium sacrificio se se subducisset.

3. Illud uerò et Salomoni iniurium, et non nisi impium existimari debet, et quod Alcoranus faciat illum Impostorem auium, et Dæmonum, non solum eorum, quos الجنة Genios uocant, sed illorum etiã quos الشياطين Satanas appellant, qui ecrè mali sunt, atque humani generis hostes. Cur uerò potius auium, quam reptilium, uel lignis, uel pardorum Dux esset Salomon? Hæc ecrè animalia

lia actiones sunt adsignam, quam' aut, autrebuere.
Sed fortasse in causa fuit, quod nec tantum humanis
uocibus enunciandis aptae sint: quod cæteris animalibus
non contingit. Quod uero Salomon Dæmonum, ac Sata-
narum ope, et ministerio uteretur, sine summa impie-
tatis nota dici non potest: Diuina enim lege interdic-
tum est hominibus cum huiusmodi spiritibus Deo rebel-
libus consuetudinem habere. Nec enim Arabes ex fabu Hebræo-
rum doctrina, existimens Genios, non secus, ac homines,
ad bonum, et malum liberos esse: hoc tamen sacris Lite-
ris omnino repugnat, in quibus Genij, et seu Dæmones, et
Satanæ pro eisdem habentur, nempe pro Angelis apostati-
cis, ideoque rebellibus, atque ideo æternis cruciatibus de-
stinatis. Hunc tam euasum errorem hausit Aleoranus
à Thalmude, et Rabbinis, qui ex prava intelligentia cor-
uerborum, quæ in libro קוֹהֶלֶת sive Ecclesiaste leguntur
cap. 2. 8. עָשִׂיתִי לִי שָׁרוֹת וְשִׁדָּה: feci mihi cantricem
et cantrices: seu, ut habet Vulgata Latina: feci mihi scyphos
et urceos in ministerio ad uina fundenda; quod consonat
uersioni Septuagintæ, οἰνοχόον καὶ οἰνοχόας, uini fusoritem
et uini fusoritices: quæ per eam interpretati sunt, dæmonem
et dæmonas, seu dæmonissas: quasi Salomon his ministris
seu pincernis in conuiuijs suis, abijs officijs uteretur.

A. Ea quæ Aleoranus de Salomone, et Genijs Sabæ
commemorat, huiusmodi sunt (præsertim si cæpsitorum
nugas adijcias), ut nolim cuiquam, ad illius uanitatem,
et impostaram manifestissimè agnoscendam, Alco-

cui

est ortum in illis examinandis, et refutandis immersi.
Hinc tamen lectori erit facilius Farinam Talmudicam,
quam Fidei Mahumeto, non sine ingenti fructu ad-
hibere. Et unusquisque videt quam longe Alco-
rnica figmenta distent a legitima sacrarum Literarum
interpretatione.

5. Lectorem dum Mahumetus asserit Alcoranum
suum decidere, ac dilucidare filijs Israel plerasque eorum,
in quibus ipsi dissentiunt, deliberandum erat, ut ex his u-
nium tantum sequeretur. Quam, ecce, litem dirimit Alco-
ranus Israelitis in sacrorum libroru[m] controversijs?
Israelitæ ipsi dicant, si noverunt. Sed nihil huiusmodi
præstat Alcoranus, et Mahumetus mera facetus men-
tacia

سورة القصص مكية
وهى سبع وثمانون اية

SVRA XXVIII
HISTORIA:
Meccana: commatum octoginta septem.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. T. S. M.

2. Hæc sunt signa libri manifesti.

3. Recitabimus tibi aliqua ex historia Moysis, et Pha=raonis cum admirare, suo hominibus, qui erudiunt.

4. Levit Pharao efferebat se in terra Ægipti: et pasce=bat gentem suam in partes duas: attenuabat partem ex eis [i. Israelitas] macerabat filios eorum, et mulieres earum: quippe ipse erat ex corruptoribus.

5. Et nos volebamus beneficare eos, qui attenuabantur in terra, et constituere eos principes, et facere eos hæredes Regni eius

+ volebamus 6. Et + trasilive locum illis in terra: et ostendere Pharaoni, et Hamani, et exercitibus utriusque, ex gente Israelitici id, quod metuebant [i. ruinam Regni sui]

7. Et diximus per revelationem ad Matrem Moysis: facta illum. Quod si timueris illi aliquod malum, proijce eum in mare [i. in flumen Nilum] et ne timeas, neque contri=stes: nos quippe reddituri sumus eum tibi, et constituturi eum unum ex Legatis

8. Collegit autem eum familia Pharaonis, ut esset ipsis in inimicum, et in mœrorem. Levit Pharao, et Haman Con=siliarij eius, et exercitus eorum erant peccatores.

9 Et dixit Uxor Pharaonis: Hilaritas oculi sit mihi, et tibi: nē occidatis eum, forsitan eueniet, ut sit utilis nobis, aut suscipiamus eum in filium. Ipsi non animaduertebant quid mali sibi accerserent hoc faciendo.

10. Et factum est cor Matris Moysis vacuum timore: certè prope fuit, ut manifestaret eum [i. ut diceret esse filium]

filium suum] nisi posuissemus ligamen super eor. dies [i. ni=
si vetuissemus eam, ne hoc manifestaret], ut esset ex
fidelibus.

11. Et dixit soror eius Mariæ: Assecura eum. Et aspicie=
bat eum è longinquo; et ipsi non animadvertebant.

12. Et impediebamus super eum nutrices antequam lactaret
dum mater. Dixit autem soror eius: Num ulbis osten=
dam vobis familiam domus eius, qui enutriunt eum vobis,
et ipsi erunt illi providè consulentes

13. Destinavimus ergo eum matri suæ, ut tranquillaretur
oculus eius, neque tristaretur, et ut faceret quod promis=
sio Dei esset vera: sed plerique eorum hoc nesciebant.

14. Cum autem pervenisset ad firmandetatem suam,
et adæquatus fuisset [i. esset quadraginta annorum],
dedimus ei prudentiam, et scientiam: ita enim re=
muneramus benefacientes.

15. Et intravit in urbem Memphes tempore ne=
gligentiæ habitatorum eius [i. meridie, quando cives
dormiebant]: et invenit in ea duos viros inter se
digladiantes: alter erat ex gente sua [i. hebreus],
et alter ex inimicis suis [i. Aegyptius] et implora=
vit auxilium eius is qui erat ex gente ipsius adver=
sus eum qui erat ex inimicis. Et percussit eum tota manu
Moyses [illegible], et interemit eum: Deinde facti
pœnitens, dixit: Hoc fuit ex operatione Satanæ:
quippe ipse est inimicus, seductor manifestus.

16. Dixit: Domine mi, certè ego iniquè egi in

in animam meam: parce ergo mihi. Expavitque illi, quip=
pe ipse est Indulgor, Misericors.

17. Dixit: Domine mi, ec. quod beneficus fueris erga me,
nunquam eo adiutor sceleratis.

18. Mane autem fuit in civitate timens, et anxius observa=
bat si quid de homicidio suo diceretur: et ecce ille, cui
opem tulerat externa die, clamitans rogabat eum, ut ad=
juvaret se adversus alium Egyptium. Dixit ei Moyses:
Certissimè tu es nebulo manifestus.

19: Cumque voluisset ui vepellere eum, qui erat hos=
tis utriusque [i. Egyptium], dixit ille: O Moyses, nis ne
occidere me, sicut occidisti animam [i. alium hominem]
heri? a tu non vis esse nisi violentus in terra, neque vis
esse ex veritè agentibus.

20. Venit autem virquidam ex ultimis partibus civi=
tatis; celeriter currebat; qui dixit: O Moyses certè proceres
consilium agitant contra te, ut occidant te: credere
ergo: Exeurè ego sum tibi ex veritè consulentibus.

21. Exiit ergo ab ea timens, sibique cavebat. Dixit: Do=
mine mi, libera me à gentibus iniquis.

22. Cum autem b iter esset ejus Madian, dixit: Fortè
eveniet, ut Dominus meus dirigat me Equitare viæ
[i. felicitet]

23. Ubi verò descendit ad aquam Madian, invenit ibi
eam turbam ex hominibus, qui adaquabant pecora sua.
Et invenit postea eos duas mulieres, quæ procul tenebant
ab aquis oves suas. Dixit illis: Quod est negotium vestrum?

Respondérunt

a. si

Pater 20

Ex. 20

b. faciem ne=
tibi

Respondemus: Non adaquemus, donec discesserint Sacerdotes: et Pater noster est senex grandeuus.

24. Adaquauit igitur illis: deinde reuersus ad umbram, 25
et dixit: Domine mi: certè ego illius, quod demisisti ad me de sono, examinaui [i. indigebam eo bono, quod obtulisti mihi]

26 25. Venit ergo ad eum una earum: incedebat cum uerecundia: et dixit: Certè pater meus uocat te, ut reddat tibi mercedem illius laboris, quo adaquasti nobis oues. Cum autem uenisses ad eum [i. Moyses adpropinquasset], et narrasset illi historiam uerum suarum, dixit ei senex: Ne timeas: euasisti ex gentibus iniquis.

27 26. Dixit una earum: O pater mi, conduces eum mercede: certè erit optimus omnium, quos mercede conduxisti: fortis, fidelis.

28 27. Dixit Sephre Moysi: Equidem uolo copulare tibi matrimonio unam filiarum mearum istarum, cum facias mihi seruitij mercedem octo annij. Quod si compleueris decem annos, erit ex arbitrio tuo: neque uolo hac in re difficultatem generare tibi. Inuenies autem me, si uoluerit Deus, ex probis.

29 28. Respondit Moyses: Hoc erit factum inter me et inter te: quemcunque duorum terminorum compleuero, siue octo siue decem annorum, non erit transgressio sup me [i. ne timeas progredi ulterius in seruiendo mihi]: et Deus sup id quod dicimus sit procurator [i. testis]

30 29. Cum autem absoluisset Moyses terminum, soluit

tum, et proficisceretur cum familia sua, vidit ex latere
Montis Sinai ignem. Dixit familiæ suæ: Exspectate, nam
ego vidi ignem, ut ego asferam vobis ex eo eloquium,
aut patiendo igne, ut vos celestia mireris.

31 30. Cumque venisset ad eum [i. ignem]. Inclamatum
est illi ex latere dextero in valle benedicta,
ex arbore: O Moyses: Ego quidem sum Deus Dominus
a Mundorum a sæculorum.

32 31. Projice virgam tuam. Cum autem vidisset eam ser-
pentem sese quasi ipse esset anguis, avertit se ter-
go currens, nec egressus est. * Moyses accede, et
ne timeas, quippe tu ex eo securus.

* Dixitq; illi Deus:

33 32. Introduc manum tuam in sinum tuum: egre-
dietur alba ex lepra: et convertet ad te alam
tuam [i. manum tuam] ex timore [i. sine timore].

b. argumenta 33. Porro hæc erunt duo signa Dominorum ad Pharaonem
et proceres eius: ipsi quippe sunt homines prævaricantes.

34 33. Dixit Moyses: Domine mi, certe ego occidi ex eis
animam [i. hominem quendam]: quamobrem timeo ne
occidant me.

35 34. Sed frater meus Aaron, est eloquentior me linguâ:
mitte ergo illum mecum in auxilium, ut adjuvet
me: quippe ego timeo, ne mendacem putent me.

36 35. Dixit et Deus: Modis roborabimus brachium tuum
fratre tuo, et tribuemus aliquem potestatem,
ita ut non assequantur eos insignis nostris: Vos duo,
et qui secuti fuerint eos, erit victores.

36. Cum

36. Cum autem audisset ad eos Moyses eum signis nostris manifestis, dixerunt: Non est hoc nisi prestigium confictum: neque audiuimus de hoc apud Patres nostros Ebreos. 37

37. Dixit autem Moyses: Dominus meus scientissimus est quis ueniat cum directione de apud se [i. quis sit à se directus ad uenitatem]: et cui futurus sit finis domus [i. quis assecuturus sit suo méreede Paradisum]: Certe non erunt felices Iniqui. 38

38. Et dixit Pharao: O Proceres, nunquam audiui sciui esse uobis aliquem Deum preter me. Verum succende mihi o Haman super lutum [i. coque mihi Latere in fornace]: et edifica mihi turrim excelsam, ut ego ascendam ad inspiciendum Deum Moysis: ego autem tamen absque dubio puto, hunc esse ex mendacibus. 39

39. Et superbè se gessit ipse, et exercitus eius in terra, sine iustitia: et existimauerunt, quod ipsi ad nos non essent redituri. 40

40. Itaque sustulimus eum, et exercitus eius, et proiecimus eos in mare. Vide ergo te cuiusmodi fuerit exitus iniquorum. 41

41. Et posuimus eos antistites, qui uocarent alios ad Ignem: et die resurrectionis non adiuuabuntur. 42

42. Et prosequuti fuimus eos in hoc mundo maledictione: et die resurrectionis ipsi erunt ex iudicio reprobatis. 43

43. Et iam quidem dedimus Moysi librum postquam perdidimus generationes priores, illuminationes

hominibus, et directionem, et misericordiam, ut ipsi
commonefierent

45 44. Et non fuisti in latere occidentali montis cum destina-
tionem Moysi negotium Legationis ad Pharaonem: neque
fuisti ex testificantibus [i. non fuisti presens]

46 45. Sed nos cum feceramus generationes multas post Moysen
et prolongata fuit nobis eas gratia: et non fuisti commo-
a. ut recitarent ranus inter habitatores Madian, recitans eis signa nostra:

47 sed nos fuimus mittentes te, Neque fuisti in latere mon-
tis Sinai, cum vocaveramus Moysen: sed misimus te in
misericordiam à Domino tuo, ut prædicares hominibus,
ad quos non venerat ullus prædicator ante te; ut ipsi
commonefiant.

48 46. Et nonne si inde illi ex eis infortunium, ob id, quod pec-
caverunt manus eorum [i. ob peccata sua] dicerent: Domi-
b. Si non [i. nonne, sed ironice, pro non. Vel sub-intellige: quomodo potuimus credere] ne nostri, an missi ad nos legatum, ut sequeremur si-
gna tua, et essemus ex credentibus?

49 Cum autem venisset ad eos ultra à conspectu nos-
tro [i. Mahumetus cum Aleorano]: dixerunt: Nisi datum
^ falsa miracula fuerit ei ^ juxta illud, quod datum fuit Moysi, non credemus
^ huic ei. An non negaverunt etiam id, quod datum fuit
Moysi antea? dixerunt enim de Pentateucho, et Aleo-
rano: Duo prestigia se invicem adinvenerunt. Et dixe-
runt: certe nos totum [i. utrumque] sumus abne-
gantes.

50 47. Die illis: Afferte ergo librum ex parte Dei, qui
sit directior his duobus, ut sequar eum, si sitis veraces.

49. Quod

49. Quod si non respondeint tibi, negligere fecerint: scito 51
puro, quod requirunt desiderium suum. Quis uero est errantior, quam qui requirit desiderium suum sine directione
à Deo? quippe. Deus non dirigit homines iniquos.

50. Etiam quidem peruenire feci eos ad eorum [i. Alexandriam] 52
eorum], ut ipsi commonefierent.

51. Quibus dedimus librum [i. Iudæis, et Christianis] ante 53
illum [i. Alexandrum], fit in eum credunt [i. in Alexandrum]

52. Et cum recitatur illi, dicunt: Credimus in eum, quip- 54
pe ipse est ueritas à Domino nostro: certè non eramus
ante eum Moslemi.

53. His debitur merces eorum duabus uicibus, eo quod pa- 55
tientes fuerint, et repulerint bono malum; et ex eo quod
prouidimus illi, largiuntur.

54. Et cum audierint iudicia ad infideles, longè re- 56
cedunt ab eis, et dicunt: Nobis sint opera nostra, et
uobis opera uestra. Pax super uos, Non affectamus
amicitiam ignorantium.

55. Tu certè non diriges quem cupis: sed Deus diriget 57
quem uoluerit: et ipse est scientissimus de directis
[i. qui sint directi]

56. Et dixerunt Mecani: Si sequeremur directionem 58
tecum, violenter expelleremur è terra nostra. An non
firmauimus illi asylum tutum? [i. Mecam] et de-
feruntur ad illud fructus omnis rei in alimentum ex
parte nostra: sed plerique eorum nescium.

57. Quot

59 ✱. Quot ueró perdidimus urbes, quas Alexandríæ transeges-
a. illæ rant uitam suam? et a eccc habitationes eorum non fue-
runt habitare post eos, nisi paucum: et fuimus nos hyue-
ditantes eas

60 ✱. Et non fuit Dominus noster dispergens urbes, donec
faceret in metropoli eorum Legatum, qui legeret il-
lis signa nostra. Neque fuimus perdentes urbes, nisi
eum habitatores earum essent iniqui.

61 ✱. Et id, quod datum est nobis verum, est supellex mi-
mundana, et ornamentum eius. Sed id quod est apud
Deum, melius est, et permanentius. Anuerga non intel-
ligitis?

62 ✱. An igitur is, cui promisimus promissionem pulcram
[l. Paradisum] et ipse aspectuius est eam, erit sicut
ille, cui frondem dedimus supellectilem uitæ munda-
næ; deinde ipse die resurrectionis erit ex surgentandi
gehenny

63 ✱. Et die quadam uocabit eos Deus, et dicet: Vbi sunt
consortes, quos attribuebatis mihi?

64 ✱. Respondebunt illi, quibus competit Obietum [l. Dec-
retum de eterna damnatione]: Domine noster, hi,
quos seduximus, seduximus eos quemadmodum nos se-
duci fueramus. Nunc autem recedimus immunes a te
illis dictis. Nunquam fuit quod isti nos coleremus. Et di-
cetur illis, qui seducti fuerunt: Invocate Auxiliatores ues-
tros [l. deos, quos faciebatis mihi socios]. Et invocabunt
eos, sed non respondebunt illis: et uidebunt pœnam, quam

non

non uidissent. ℣. sanè ipsi fuissent directi 65

ℭ. Et die quadam uocabit eos Deus, et dicet: Quid respondistis le-
gatis? 66

ℭ. Et ecce erit apud eos narratio die illâ [i. nescient quid
respondeant]: et ipsi non interrogabunt se ℣ mutuò 67

ℭ. Beatus qui cognoscitur fuerit, et crediderit, et ingenitus fuc-
rit Deo, eueniet ut sit eis fortunatis. a. facilis dur-
mat 68

ℭ. Et Dominus tuus creat quod uult, et eligit quod uult: non
est illis electio [i. non est ipsis potestas eligendi]. Laus Deo, et
procul absit ab eo quod illi associant.

ℭ. Et Dominus tuus scit quid celent pectora eorum, et quid oc-
ultent ipsi linguis suis 69

ℭ. Et ipse est Deus: non est deus nisi ipse: ipsi Laus in
primo et in nouissimo [i. in præsenti seculo et in futuro]: et
ipsi potestas iudiciaria: et ad eum reducemini in die iudicij 70

b. ℣. Dic: Quid uobis uidetur? si poneret Deus nos super nos no-
stro perpetuam usque ad diem resurrectionis: quis deus præter 71
Deum afferret uobis lucem? Anergo non auditis? ℣. Dic: Quid
uobis uidetur? si poneret Deus super uos diem perseueran-
tem usque ad diem resurrectionis: quis deus præter Deum ad-
ducet uobis noctem, ut quiescatis in ea? Anergo non uidetis? 72
ℭ. Et ex misericordia sua dedit uobis noctem et diem, ut
quiescatis in ea, et ut exquiratis in illo de liberalitate
eius [i. laboretis ad victum quærendum]: et ut uos gratias 73
agatis.

ℭ. Et die quadam uocabit eos Deus, et dicet: Vbi sunt socij 74
mei, quos attribuebatis mihi?

190

75 ℣. Et produxerunt ex omni genere testem [nempe Erophetes, seu Legatum uniuscuiusque gentis], et dixerunt: Asserte confessionem vestram deo, quod fabro a secretis. Et cognoscent veritatem esse Dei: et abscondetur a bei id, quod commenti fuerant [i. diy eorum]

76 ℣. Porro Cavon [i. Core] fuit ex genere Moysi: sed insolenter se gessit adversus eos: nam dederamus ei de thesauris
a. quantum certe a tantum, ut claves eius profecto gravassent turbam hominum portitorum robore. Cum dixisset ei genseius: Ne lætitiæ effusæris: nam Deus non diligit insolentes Extantes:

77 ℣. Sed exquire cum eo, quod dedit tibi Deus, Palatium novissimum [i: acquire tibi Paradisum opibus tuis]: et ne obliviscaris portionis tuæ, quæ tibi obtigit ex hoc mundo: sed benefac aliis, sicut benefecit Deus tibi: et ne studeas corrumpere terram: nam Deus non amat corruptores.

78 ℣. Respondit: Profecto datum est mihi hoc, quod habeo, propter scientiam, quæ est apud me. An nesciebat, quod Deus iam perdiderat ante eum multas ex generationibus, qui erant valentiores, quam ille, robore, et numerosiore turba? et non interrogabuntur de peccatis suis sectatores, eo quod Deus sciat illos

79 ℣. Egressus est ergo Cavon ad gentem suam cum ornatu suo. Dixerunt qui amabant vitam mundanam: O utinam esset nobis sicut illud, quod datum fuit Cavoni! certe hic b habet fortunam magnam. Sed respondentes illi, quibus data fuerat scientia: Væ vobis: præmium

b est habens

mium Dei melius esset illi, qui evedidenit, et operatus fuerit bene: sed non assequentur illud, nisi patienter sustinentes.

77. Fecimus igitur dehiscere subsco, et sub Palatio eius terram: neque fuit illi ulla turba, quæ adiuvaret eum præter Deum: neque fuit ex ultoribus se. 76

78. a Cum vero pervenissent ad mare illi, qui deside- a. et pervenerant statum eius æterna die; dicebant: Caperè; ever- rètuna
rè Deus largè tribuit provectum cui vult de servis suis; et coarctat illum, cui vult. Nisi benignus fuisset Deus erga nos, certè aperta fuisset sub nobis terra. Caperè! certè non prosperabuntur infideles.

79. Illud Palatium nonissimum [i. Paradisum] dabi- 81
mus + illis, qui non amant elationem in terra, neque cor- + illud hij
ruptionem: et successus felix erit timoratis.

80. Qui fecerit bonum, erit illi melius ex. Qui vero fece- 83
rit malum, non reprendetur ipse qui fecerint mala nisi tuam mensuram illius quod fuerint operati.

81. Verò qui sanciuit fugere te Alcoranum, omnino re- 84
ditturus est te ad editum in Meccam. Dic: Dominus mens scientissimus est quis veniat cum directione, et quis sit in errore manifesto

82. Et non sperabas, ut mitteretur ad te Liber Alco- 85
rani. Sed misericordiam a Domino tuo missus fuit. Ne ergo sis adiutor infidelibus.

83. Et ne avertant te a Dom signis Dei, postea- 86
quam demissa sunt ad te: et voca homines ad Dom

num tuum: et nullo modo vis ex Associantibus.
87 ℣. Et ne invoces cum Deo deum alium. Nonest
Deus nisi ipse. Omnis res peritura præter faciei
eius. Ipsius est potestas iudicandi, et ad eum red-
ibitis omnes in die iudicij.

Note.

Exod: 23 XX: 123

Inscribitur sura القصص Historia, ei quod hæc dictio in ultimo
illius vigesima sexta parte reperiatur; ex ridicula Arabum consue-
tudine, ut ex aliqua dictione, quæ incidenter, et nihil ad ma-
teriam propositam faciens, in capite, vel sura libro legatur, totus
caput inscribatur. Meccana absolutè censetur: quædam ta-
men excipiunt versum 84. Porrò qui statuit super te Alco-
ranum. et v. 53. Quibus addimus librum, et sequentes usq; ad fi-
nem versus 56. In numero versuum, non omnes conveniunt.
Alcique 220, alii septem supra octoginta enumerant, quos ego
sequutus sum. Ratio autem nominis est, quod Deus, ut hæc pars omnis, ex
ethicis divinis documentis, de nulla scientia aliena ex polet
vitam, quin in numerosa versiculorum series abeat. Præmium legentis requiris? audi: من قرء سورة القصص كان
له من الاجر بعدد من صدق موسى وكذب ولم يبق ملك فى السموات والارض
الا شهد له يوم القيمة انه كان صادقا. Qui legerit suram Historiæ
habebit mercedem pro numero eorum, qui crediderunt in
Moysen, et eorum etiam, qui non crediderunt in eum. Neque
remanebit Angelus in cœlo, neque in terra, qui in die resur-
rectionis non testificetur illum fuisse veracem.*

* An etiam si fuerit mendax? Ita videtur dixisse. Sed tenendum est quomodo legerit hanc suram.

§. T. S. M.] Arab. منه. Vide quæ supra diximus.

§. Lecta

7. Lacta illum] Selal: فارضعته ثلاثة اشهر لايبكى وخافت عليه فوضعته فى
: ثابوت مطلى بالقار داخل ممهد له فيه واغلقته
menſibus, quibus nunquam fleuit. Sed timens ei ab Egyptijs, posuit eum in area illita picea, compositaq; interius in mo=
dum cunarum: et claussit eam.

8. Collegit autem eum familia Chavaony]. Selal: فوضعوه بين يديه وفتح واخرج موسى منه وهو يمص من ابهامه لبنا
Et posuerunt aream ante Chavaonem, et aperuerunt eam, et eduxerunt infantem, qui sugebat lac e digito pollicis sui.

13. Et inuenit duos uiros inter se digladiantes]. Inde orta
ixa, quia, ut scribit Selal القبطى يتسخر الاسرايلى ليحمل حطبا الى
مطبخ فرعون: Aegyptius uolebat ut gereret Israelitam ad ligna
ferenda pro seruitio familie Chavaony

19. Dixit illo: O Moyses]. Cipert hoc Selal ad uim
Israelitam, quippe qui cum audisset se a Moyse iuse
cius contumeliose appellari, existimauit ~~hinc etiam~~ eundem uoluisse sibi uim inferre, cum Aegyptium manu repellendo, ipsum etiam eodem impetu repulit, utpote cum Aegyptio in cibo implicatum.

22. Cum autem iter ageret ergo Madian] Scribit Selal ab urbe Memphi ad regionem Madian, octo dierum iter ~~praeter~~ intercessisse. Cum autem uiam ignoraret ارسل الله اليه ملكا بيده عنزة فانطلق به اليها
Angelum, qui habebat uirgam in manu: eoque duce profectus est in Madian

25. Adaquauit igitur] Selal scribit, Moysen adequasse
gregem earum من بئر اخرى بقربها رفع حجرا عنها لا يرفعه الا عشرة انفس

ex alio puteo uicino, a cuius ore sustulit lapidem, quem decem homines eleuare non potuissent. Idem habet, sed magis hyperbolice Iehias هنا بئر غيرها ولكن عليها صخرة لا يرفعها الا اربعون رجلا فرفعها موسى وحده: Ibi erat alius puteus, sed cooperus saxo tam uasto, ut quadraginta uiri non possent illud eleuare: et tamen Moyses solus sustulit illud. Eodem prope modo inepti Zamchasehriy: وروى ان الرعاء كانوا يضعون على راس البئر حجرا لا يقله الا السبعة رجال وقيل عشرة وقيل اربعون وقيل مائة فاقله وحده: وقيل روى انه سالهم دلوا من ماء فاعطوه دلوهم وكان لا ينزعها الا اربعون فاستقى بها وقيل كانت بئرا اخرى وعليها الصخرة

وقالوا استقى بها

Ferunt autem pastores consuesse ponere super os putei lapidem, quem nonnisi septem uiri eleuare possint. Alij dicunt decem: alij quadraginta: alij centum: et tamen eleuauit eam solus Moyses. Ferunt etiam ipsum postulasse a pastoribus situlam ad hauriendam aquam, quam solum quadraginta homines potuerunt extrahere. Cumque illi obsecuti fuissent, ipse solus eam extraxit, aquaque adequauit. Quidam dicunt fuisse alium puteum, et super os eius positum fuisse lapidem illum

26. Venit ergo ad eum una earum]. Cunctitet, mouere me, negatur hic Selal حشمه فجاءته احداهما تمشي على استحياء قالت ان ابي يدعوك ليجزيك اجر ما سقيت لنا فلما جاءه ونقص عليه القصص قال لا تخافي نجوت من القوم الظالمين قالت يا ابت استاجره ان خير من استاجرت القوي الامين قال اني اريد ان انكحك احدى ابنتي هاتين على ان تاجرني ثماني حجج فان اتممت عشرا فمن عندك وما اريد ان اشق عليك ستجدني ان شاء الله من الصالحين قال ذلك بيني وبينك ايما الاجلين قضيت فلا عدوان علي والله على ما نقول وكيل فلما قضى موسى الاجل وسار بها اقبل على الطريق حتى اذا كان بوادي طوى في ليلة مظلمة مثلجة وقد اخذ الطريق فحاد عنه وولدت امرأته فاحتاج الى النار فاقتدح فلم يورث شيئا فبينما هو كذلك اذ رأى نارا فقال لاهله امكثوا انى آنست نارا لعلي آتيكم منها بخبر او جذوة من النار لعلكم تصطلون فاتاها فاذا هي شجرة خضراء تتقد نارا بيضاء تلتهب في سواد العليق فوقف متعجبا فناداه ربه من الشاطئ الايمن في البقعة المباركة من الشجرة ان يا موسى انى انا الله رب العالمين وان القها فلما رآها تهتز كانها جان ولى مدبرا ولم يعقب فناداه ربه يا موسى اقبل ولا تخف انك من الآمنين فاقبل راجعا حتى وقف قريبا منها فقال اني لاجد ريح امي من هذه الشجرة فاخذ من ترابها فشمه فوجد ريحها فقال لعل بها امي فاتاها فاذا هي كما كانت فاخذ عصاه من يده فالقاها فاذا هي حية تسعى فلما رآها تسعى

uestroy dieu,
agitare, et detegere cruua eius. Quamobrem dixit ei Moy=
ses: Incede post me, et indica mihi uiam. Fecit hoc puella,
donec peruenit cum ea ad patrem eius. Sciebat, apud quem
erat cena preparata: ad quam cum inuitaretur, arbitra=
tus est eam sibi exhiberi pro mercede eius, quod fecerat,
quamobrem aliquandiu eam recusauit: sed tandem diuer=
tit: et cum comedisset, narrauit ei statum rerum sua=
rum

ad liberā

*Dixit ei: Sede, et
cena disponit
timeo, ne sit hę
cena, probo, qua
diagnum illi o
et ego sum ex ea
domo, in qua pa
ctibus, non exig
mus mercedem
Dixit: Non est
consuetudinis me
mihi statuere emolumen
ut non exigamus
hospites, et cibum
illos. Itaq; comed
et certiorem fec
eū de statu suo

P. 1
25.

30. Cum ergo absoluisset Moyses terminū statutū] Hic etiā fabulatur Glossator. Fingit enim, antequam Iethro commit=teret curam gregum Iuuenū Moysi, precepisse filię suę, quam sci=licet eidem desponderat uxorem, ان تعطى موسى عصا يدفع بها السباع عن الغنم وكانت عصا الانبيآء عنده فوقع فى يدها عصا آدم من آس الجنة فاخذها بحلم شعيب: ut traderet Moysi uirgam, qua a grege feras abigeret. Erat autem penes eum uirga Prophetarū. Et edi=dit in manum filię uirga Abę facta ex myrto Paradisi: quam accepit Moyses cum scientia Iethro.

31. In ualle benedicta, ex arbore]. Hanc arborem censet Interpres fuisse Vitem, seu rubum, siue arborem aliam spinosam.

39. Edifica mihi turrem]. Camchasiensis ita fabulam dilatat. روى انه لما امر فرعون ببنآء الصرح جمع هامان العمّال حتى اجتمع خمسون الف بناء سوى الاتباع والاجراء وامر بطبخ الاجر والجصّ ونجر الخشب وضرب المسامير فشدّوا حتى بلغ ما لم يبلغه بنيان احد من الخلق فكان البانى لا يقدر ان يقوم على راسه يبنى فبعث الله جبرايل عند غروب الشمس فضربه بجناحه فقطعه ثلث قطع قطعة وقعت على عسكر فرعون فقتلت الفا لكل رجل ووقعت قطعة فى البحر وقطعة فى المغرب ولم يبق من عمالة الاّ وقد هلك ويروى فى هذه القصّة ان فرعون ارتقى فوقه

فرمى بنشابة نحو السماء فردت اليه وهى ملطوخة بالدم ×

فقال قد قتلت اله موسى فعندها بعث الله جبرايل لهدمه. Habetur ex relatione, cum progeniset Chamo, turres ædificaverunt, congregasse Nimrod ad quinquaginta millia ædificatores, præter operarios, et mercenarios [illegible] et præpositos coquis lateres, et gipsum, et dolant trabes, et conficiendos clavos. Construxerunt itaque turrim ea altitudine, quæ nunquam alia antea constructa fuerat: ita ut iam non possent ædificatores consistere supra verticem eius, ad prosequendum ædificium. Deus autem ad occasum Solis misit Gabrielem, qui ala sua turrim in tres partes diffregit: quarum una cecidit super castra Pharaonis, et occidit decies centena millia virorum. Altera pars cecidit in mare: et tertia pars in occidentales plagas. Nec ullus fuit operariorum, qui non statim periret. Additur per in hac historia, Pharaonem ascendisse super eacumen turris, et iecisse iaculum in Cælum, quod rediit adeum sanguine aspersum: quamobrem dixit: Occidi Deum Moysi. Postea misit Deus Gabrielem, qui diruit funditus turrim.

48. Et non ne, si ineideret eis infortunium] Verisimili huius sententia videtur esse: Si Meccanis infortunium aliquod, vel flagellum à Deo ineideret propter peccata eorum, antequam à Mahumeto prænuntiarentur ex parte Dei: dicerent, vel dicere possent, Deum erga se non iuste egisse, eo quod' minime eos, antequam ipsos per Prophetam aliquem, vel Legatum præmoneret, ut pœnitentiam agerent, vel ut veram Religionem seguerentur.

49. Deo præsertim se inuicem adiuverunt] Proprie est Leerio

est lectio سحران, duo prestigia: idest, Pentateuchus, et Alcoranus. Et ساحران, duo prestigiatores: nempe, Moyses, et Mahumetus.

53. Quibus dedimus Librum] Gel. نزل في جماعة اسلموا من اليهود كعبد الله بن سلام وغيره ومن النصارى قدموا من الحبشة والشام: Hæc reuelata sunt ex occasione multorum, qui mahumetizauerant ex Judæis, inter quos erat Abdallah filius Salam, et alii; et ex Christianis, qui ex Æthiopia, et Syria aduenerant.

76. Porro Caron] De Carone, seu Core, multa fabulose effutiunt Arabes, inter quos Ismael filius Aly in suo Chronico: Cap. في ذكر قارون De commemoratione Caronis, hæc habet وكان قارون احسنهم صورةً واكثرهم مالاً وهو ابن عم موسى وكان قد رُزق من المال ما يضرب به المثل: قيل كانت مفاتيح خزاينه تحمل على اربعين بغلاً وبنا دارًا عظيمةً صحفها بالذهب وجعل ابوابها بالذهب فتكبّر قارون بسبب كثرة ماله على موسى واتفق مع بني اسرايل على قذفه والخروج عن طاعته واحضر امراةً بغيًا وجعل لها جُعلاً وامرها ان تقذف موسى بنفسها واتفق معها على ذلك ثم اتى موسى فقال ان قومك قد اجتمعوا فخرج اليهم موسى فخطبهم وقال من سرق قطعناه ومن افترى جلدناه ومن زنا رجمناه: فقال له قارون وان كنتَ انت قال موسى نعم وان كنتُ انا قال قارون فان بني اسرايل يزعمون انك فجرتَ بفلانة قال موسى فادعوها فان قالت عنّي شيًا فهو كما قالت فلما جاءت قال لها موسى اقسمتُ عليكِ بالذي انزل التوراة الّا صدقت انا فعلت بكِ ما يقول هؤلاء فقالت لا والله كذبوا ولكن جعلوا لي جُعلاً على ان اقذفك فاوحى الله تعالى الى موسى مُرْ الارض بما شيتَ تعطيك قال موسى يا ارض خذيهم فجعل قارون يقول يا موسى ارحمني وموسى يقول يا ارض خذيهم حتى ابتلعهم الارض ثم خسف بهم وبدار قارون والله اعلم. Erat autem Caron inter Israelitas pulcherrimus forma, et ditissimus opibus, filius patrui Moysis. Copia uero diuitiarum eius tanta erat, ut iam in prouerbium abiret. Claues apothecarum eius

صفحها

احضر

+ Idest aliquid

= = = =

mei. At Moyses pergebat dicens: O terra, absorbe eos; =
donec terra dehiscens absorbuit eos una cum palatio Ca- =
nonis. Et Deus hec optime nouit. Hactenus Ismael. =

Aliquanto modestius Gelal tradit. claues thesaurorum
ore onerare septuaginta uiros, uel iuxta alios quadraginta: quamuis alij dicant decem: alij plures, uel pauciores

74. Propter scientiam quæ erat apud [me] Gelal. وكان
اعلم بني اسراييل بالتوراة بعد موسى وهرون: erat enim doctissimus omnium Israelitarum in Pentateucho post Moysen, et Aaron.

اعلم

75. Egressus est ergo [Aron] Gelal: فخرج قارون بقومه باتباعه
الكثيرون ركبانًا متحلين بملابس الذهب والحرير على خيول وبغال متحلية:
Egressus est autem Caron cum magna turba apparatu equitantium, qui ornati erant uestibus auro sericoque intertextis, uiguer equos et mulos ornatos

Refutationes.

1. Confundit Mahumetus sacras historias. Venit enim Haman Consiliarius Chamonis, cum Assuero Persarum Regi à consilijs fuerit. Fingit præterea Chamonem insuper exstrui sibi turrim sublimem, ex cuius uertice Deum Moysi inferiorem sibi uideret: quod commentum haud dubie est, quin ex Babelica ruinosi ædificationis deruinpserit. Certè nihil huiusmodi de Chamone in sacris literis habetur: et quidquid sit, inanissimam præfert fabulam. Ea etiam, quæ ad decretum Chamonis de occidendo Moyse in-

fanæ

sante, et ad Laetanicos ab eodem Moyse relatos, Rabbini= cos ingeniant nugas: neque probabile est, si hæc uera essent, Moysen ipsum in Pentateucho ea pretermissurum fuisse.

2. Cum Moyses uirum Ægyptium, ad iustam Israelitæ de= fensionem occiderit, non uidetur tam grauis peccati reus fuisse, ut Alcoranus introducere debeat eum adeo sæui illius pœnitentem, et promittentem se nunquam in poste= rum fore improbis adiutorem. Neque uerò adiuuat in= probum ullum, uel sceleratum (hoc enim significat Arabicè quam dictionem exponit Gelal الكافر infidelem) sed fidelem Israelitam, iniustè ab Ægyptio uexatum.

3. Iupiter hallucinatur Mahumetus, cum duorum, quos secundo uice diuinere uoluit Moyses, alterum Israelitam, alterum uerò Ægyptium fuisse supponit. Ex sacro enim textu Exodi cap. 2. apertissimè constat, utrumque Hebræum siue Israelitam fuisse.

4. In eo etiam errat, quòd Iugustantum Ietro (quem ipse insulsè Scoaibo appellat) filias fuisse crediderit. Exodi enim cap. 2. dicitur: Erant autem Sacerdoti Madian septem filiæ, quæ uenerant ad hauriendam aquam. At ipse non= nisi duas uenisse narrat. Quæ cùm ita sint, manifestum, Moysen hausisse aquam ex puteo, siue illo, siue alio, auferendo lapidem tam grandem, et cætera agendo, quæ Alcorani Interpretes communi consensu fa= bulantur. Iam enim quelli ante Moysis aduentum hauserant aquam ex puteo, et implebant canales ad ouium sudos adaquandas: eumque pastores ex ea= canalibus

canalibus repellerent, Moyses defendit nullas, earumque
oues adaquauit. Et quamuis è puteo nouam hausérit aquam,
non tamen opus fuit ut lapidem vllum ab eius ore remoue-
ret, cum iam puellæ ipsæ removissent, quod arguit, lapidem
illum non adeò grandem fuisse, quale fingunt Mahumbani.

5. Ea quæ habentur hic de Moyse et Iethro, et duabus
filiabus eius, et de pacto seruitutis animorum in pascendis
gregibus, apparet manifestè esse cenonem, ac miscellam
quarundam historiarum, quarum altera est de
Iethro, et Moyse, et habetur Exod. cap. 2. et 3. Alte-
ra, quæ legitur in Genes. cap. 29. de Iacob, et Laban,
et duabus filiabus eius, in qua etiam habetur illud,
quod de lapide fecit Iacob puteum, hic inuidunt Inter-
pretes Aldrami. Ita mos est Mahumetistarum Mahu-
metanorum sacras historias confundere ac permisce-
re.

6. Fallitur hic, ut alibi sæpe, Impostor, dum po-
nit uisionem Moysis in monte Horeb in itinere
ex Madian in Aegyptum. Habuit enim illam Mo-
yses cum adhuc in terra Madian uersaretur, et pasce-
ret oues Iethro soceri sui: ut patet ex lib. Exod. cap. 3.

7. Iam dixi, turrim illam tam portentosi ingen-
Pharaonis extructam, commentum esse ex Babylonicæ
turris constructione desumptum.

8. Dum Mahumetus fingit dici sibi a Deo, se
non fuisse presentem illis quæ tunc ei reuelabat de

historico Mosqui, et qui (ut exponit Jelal) ob diuturnita-
tem regnorij, et hominum incuriam iam erant obliter-
ata: nihil aliud intendit, quam simplicioribus persuadere,
se esse uere prophetam, qui res preteritas omnibus
ignotas, ita exactè enarraret. Verùm hæc longè fue-
runt uniuersis notissima, tam Christianis, quàm Ju-
dæis: nec ullam forte in hâc re Mahumetus, uel Al-
coranus, fretus nugas et fabulas ab se fugeraditas.

Quamuis ea quæ refert Alcoranus de Carone seu Co-
re, non sint adeo dissona ab iis, quæ de eodem in libro Num.
cap. 16. narrantur: si tamen illius Interpretes audiamus,
plerasque falsa ac ficta manifestè apparent. Neque e-
tiam uerum esse potest id quod Alcoranus ipse affir-
mat: fuisse scilicet tam multas agorælecas, et thesauro-
rum Core, ut eorum claues robustissimorum uirorum tur-
bam grauarent. Porrò uox Arabica عصبة, iuxta
doctiores Arabes est turba hominum a decem usque ad qua-
draginta. Ut autem decem tantùm, eosque robustissi-
mos fuisse ponamus: non ne cuiusuis domus regiæ
uel Cæsareæ thesaurorum claues gestare potuissent?
Vbi uerò tot thesaurorum promptuaria, et ubi tam
ingens palatium habere potuit Core in deserto, ubi
omnes sub tabernaculis portatilibus habitabant?

سورة

حزب

سورة العنكبوت مكية
وهي تسع وستون اية

SVRA XXIX

ARANEA:

Meccana: commatum sexaginta nouem.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. A. L. M.

2. An existimauerunt homines, quòd relinquerentur [i. satis sibi fore] si dicerent: Credidimus: et ijs non probarentur, utrum uerè crederent?

3. Etiam quidem experimentum feimus eorum, qui fuerunt ante ijpos: et quidem nouit Deus eos, qui fuerunt uerax in fide sua: et certè nouit eos, qui sunt mentientes.

4. An existimauerunt qui operantur malo, quòd præcedant nos, ne puniamus eos? malum est quod iudicant [i. falluntur cum suo malo in hac existimatione.]

5. Qui sperauerit occursum Dei [i. futurum iudicium]: profectò terminus Dei [i. à Deo homini præfixus] certè ueniturus est: et ipse est Auditor, Cognitor.

6. Et qui decertauerit pugnans pro Religione: utique decertabit animæ suæ: nam Deus profectò liber est

a cunctis

Crimen
V. 4 / 531

a. Mundi

a
absque omnibus evcaturis [i. nullius eger]

7. Et qui evedidenint, et fecerint recta, evtè expiabimus
ab eis mala eorum: et profectò vetribuemus eis meliora operum
^ pulcherrima ^ illius, quod fuerint operati

8. Et mandauimus homini erga parentes suos beneficen=
+ [ideat parentes] tiam. Quod si +[ideat] pugnauerint contra te [i. sollicitauerint
te] ut associes in me id, de quo non est tibi scientia [i. deo,
quos ignoras] ne obedias ei. Ad me erit reditus uester,
et tunc enarrabo uobis id, quod fueritis operati.

9. Qui autem evedidenint, et operati fuerint recta, pro=
fectò introducemus eos in Paradisum cum Prophetis.

10. Et ex hominibus quidam dicit: Credidimus in Deo.
At cum vexatus fuerit pro Deo, ducit vexationem homi=
num, tanquam poenam Dei [i. timet eos eodem modo, quo
pœnam Dei]. Et quidem si venerit fidelibus auxilium a Domino tuo,
profectò dicent: Nos certè fuimus vobiscum [i. in vestra
religione]. An verò non est Deus scientissimus de eo, quod
b Mundorum est in pectoribus omnium evcatuvum?

11. Et certissimè cognoscet Deus eos, qui evedidenint: et
certissimè cognoscet Impios.

12. Et dicent ij, qui non evedunt, illis, qui evedidervnt: Se=
quimini viam nostram, et portemus peccata vestra, si
in hoc erravemus. Verum ipsi non sunt portaturi de pecca=
tis eorum quidquam: quippe ipsi in hoc sunt sanè men=
tientes.

13. Sed profectò portabunt pondera sua, et pondera

eum

eum gentibus suis: et cuiè ratio exigetur a Deij die. a. interrogabuntur
resurrectionij de eo, quod mendaciter confinxerunt.

14. Etiam quidem legauimus Noe ad gentem suam: manditque eum eis mille annos pregrei quinquaginta annos [i. nongentos quinquaginta annos]: postea diluuium eos diluuium; et ipsi euans iniquè agentes.

15. Et liberauimus eum, et socios Arcę +; et posuimus eam [+ i. eos, qui erant cum illo in arca] cii signum b omnibus creaturis. b. Mundis

16. Et commemora Abraham cum dixit genti suę: Seruite Deo, et timete eum. Hoc erit melius uobis, si scieritis.

17. Profectò colitis pręter Deum ydola, et componitis mendacium. Quia illi, quos colitis pręter Deum, non ~~habent~~ possident, ut dent ~~potestatem~~ prębendi uobis, alimentum. Requirite ergo apud Deum alimentum, et seruite illi, et gratias agite illi: ad eum reducemini.

18. Quòd si mendacij arguatis me, ò Mecani: iam porrò mendacij arguerunt gentes ante uos, Prophetas suos: et non incumbit Legato, nisi prędicatio manifesta. c. Est super Legatum [i. non respectat Legatum]

19. An non uiderunt adhuc, quomodo producat Deus creaturam [i. creet homines?] deinde redire faciet eam [i. resuscitabit eos]. Certè hoc apud Deum est facile.

20. Dic: Peregrate terram, et uidete quomodo produxerit creaturas: deinde Deus producet productionem alteram [i. alias creaturas]: quippe Deus est ad omnem rem potens.

21. Punict quem uoluerit, et miserebitur cuius uoluerit, et ad eum reuoluemini [i. redibitis in die iudicij]

22. Neq.

22. Neque vos infirmatori estis Deum, ne pereatis vos
in terra, neque in Cælo: neque erit vobis pretor Deum
aliquis Patronus, neque adiutor.
23. Illi vero non credunt in signa Dei, et ceremonia eius:
illi detrectabunt de misericordia mea, et illis erit pena
dolorifica.
24. Et non fuit responsio gentis eius [nempe Abrahæ], nisi
quod dixerunt: Occidite eum, vel comburite eum. Sed
liberavit eum Deus a igne. Vere in hoc fuerunt certe
signa hominibus, qui credebant.
25. Et dixit illis Abraham: Profecto accepistis pretor
Deum Idola, cum amore intersos [i. certantes inter vos
de affectu in cultu eorum] in vita mundana: deinde
die resurrectionis negabunt alij vestrum alios: et male-
dicent alij vestrum alijs: et receptaculum vestrum erit
ignis, neque erunt vobis ulli adiutores
26. Credidit autem illi [nempe Abrahæ] Lot: et dixit
Abraham: Certe ego tranmigravi sum a gente mea,
ad Dominum meum [i. ad locum, quem ipse mihi pre-
cepit]: quia ipse est Potens, Sapiens.
27. Et donavimus illi Isaac, et Iacob: et posuimus in proge-
nie eius Prophetiam, et Librum [i. Pentateuchum,
Euangelium, Psalterium, et Alcoranum]: et dedimus ei
mercedem suam in hoc mundo: et quidem ipse in futuro
seculo erit ex Probis.
28. Et memento Lot, cum dixit populo suo: Ergo ne-
vos sane peripetravistis flagitium, in quo non precessit vos

ullus

ullus ex[a] omnibus eventuris.

29. Ergo nemos impudice audivit ad nivos; et abscinditis [a] Mundi
niam, ne ullus veniat adnos, quin hanc iniuriam sustineat: et patratis in consessu vestro nefarium? Atqui
non fuit responsio gentis illius, nisi quod dixerunt: Fac
* ut veniat adnos iuniio Dei, vies exoneraciius. * Dixit
30 Lot: Domine mi, adiuva me adversus homines eorrup-
tores.

30. Cum autem venissent Angeli legati nostri ad Abra-
ham cum fausto nuncio, dixerunt: Nos sanè perdituri
sumus habitatores huius urbis [i. Sodomę]: nam habita-
tores eius sunt iniqui.

32. Respondit Abraham: Certè in ea est Lot. Dixe-
runt illi: Nos scientissimi sumus quisnam sit in ea:
certè liberabimus eum, et familiam eius. Sed uxor eius
erit ex remanentibus in supplicio.

33. Cum verò venissent legati nostri ad Lot, tristatus
est propter eos, et angustatus est propter eos tristicio [i. an-
gustiam sensit in corde, timens, ne Cives consueta eos in-
iuria afficerent]. At illi dixerunt: Ne timeas, neque
contristeris: nam nos liberaturi sumus te, et fami-
liam tuam: sed uxor tua erit ex remanentibus in
ipsa.

34. Nos porrò demissuri sumus de cœlo super hanc
urbem supplicium de cœlo, ob illud, quod flagitiosè operan-
tur.

35. Etiam quidem reliquimus ex ea signum manifes-
tum

tum [i. uestigia ruinę eius ad exemplum] hominibus qui intelligunt.

36. Et ad Madianitas misimus fratrem eorum Scioaib, et dixit eis: Colite meum seruite Deo, et expectate diem nouissimum, et nolite iniquamini in terra eorum=gentes.

37. Et mendacij inuenerunt eum: quamobrem sustulit eos terręmotus magnus, et inuenti sunt mane in habitaculo suo in genua prouoluti.

38. Et perdidimus quoque Adęos, et Themudęos: et iam innotuit hoc nobis ex uestigijs relictis habitationum ipsorum. Et adornauit eis Satanas opera eorum, auertitque eos a semita recta; a licet essent perspicaces.

a et tamen erant

b Cre

39. Et b Faronem, et Pharaonem, et Hamam. Et iam quidem uenerat ad eos Moyses cum euidentijs miraculorum: sed superbe se extulerunt in terra: et non fuerunt prę=uenientes [i. et non potuerunt præcauere, et effugere] uin=dictam nostram]

40. Omnes ergo sustulimus in peccatis eorum. Et ex ipsis aliquis misimus super eum uentum uehementem. et ex ipsis aliquis sustulit eum uoce eum clamore è Cælo: Et ex ipsis aliquis dehiscere fecimus sub eo terram. Et ex ipsis aliquem demersimus in mare. Neque fuit Deus talis, ut iniquè tractaret eos: sed ipsi fuerunt qui se ipsos iniquè tractauerunt.

41. Similitudo eorum, qui assumunt pręter Deum patronos, est sicut similitudo Aranęę, quę construxit

sibi

sibi domum: sed professo imbecillima domorum est ja-
nè domus Aranea. si scirissent hoc, nunquam alios
præter Deum colussent.

42. Novit Deus nouit quid innocens præter ipsum ex-
cubes: nam ipse est Custodiens, Sapiens.

43. Et huiusmodi similitudines proponimus eas homi-
nibus: sed non intelligunt eas, nisi scientes.

44. Creauit Deus Cælos, et terram cum veritate: et
certè in hoc est signum fidelibus.

45. Recita id, quod reuelatum fuit tibi de Libro Alcora-
ni: et perfice orationem: quippe oratio remouet à
flagitijs, et illicito: Et certè recordatio Dei est res maxi-
ma: et Deus scit id quod facitis. *

46. Et nè disputetis cum familia tibi [i. cum Judæis, et
Christianis] nisi cum eo quod est pulcherrimum [i. verbis
humanis hortando eos ad religionem nostram] excepto
illis, qui iniqui fuerint ex eis contra nos: cum his enim
non verbis, sed gladio disputandum est. Et dicite: Credi-
mus in illud, quod demissum fuit ad nos [i. Alcoranum]:
et ei id, quod demissum fuit ad nos [i. Pentateuchum, et
Euangelium]: et Deus noster, et Deus vester unus est:
et nos sumus ei deuoti.

47. Et ita demisimus ad te librum: et illi, quibus
dedimus librum Pentateuchi, credunt in illum [i. Alco-
ranum]. Et ex his [i. Mecanis] aliqui credit in eum:
et non inficiantur signa nostra, nisi infideles [i. Judæi]

48. Et

الجزو الحادي والعشرون *

Pars Vige-
sima prima

a addicti

B. 3

Y 4/533.

48. Et non legebat ante hunc illum librum, nequeaquam
legebat cum dextera tua: aliquin sanè dubitassent de
veritate illius Annullantes [i. illi, qui vanitatis insimu-
lans Heovanum.]

49. Atqui hic Heovanus habet signa evidentia in pec-
toribus eorum, qui domini sunt scientia: neque infi-
ciantur signa nostra, nisi iniquè agentes [i. Judei]

50. Et dicunt Mecani: Nisi demissa fuerint super
eum signa mirabilia à Domino suo, non credemus
ei. Respondet: Certè signa sunt genes Deum: et
certè ego sum tantummodò Prædicator manifestus.

51. An nondum sufficit ei, quòd nos misimus super
te Librum, ut legatur illis? certè in hoc Libro est sanè
misericordia, et commonitio hominibus, qui credunt.

a. in Edo 52. Hic: Sufficit a Deus inter me, et inter vos testis. Qui
dixit id, quod est in Cœlis, et terra: et qui credunt in vanita-
tem [i. in Idola] et non credunt in Deum, hi erunt sunt
pœnitentiæ.

53. Et petent à te celeritatem pœnæ à te comminatæ:
b. nominatæ quòd si non esset meta b determinata, certè venisset ad
eos hujusmodi pœnæ. Sed profectò advenient illis repentè,
*54 et ipsi non animadvertent. * Petent à te accelerationem
pœnæ: sed profectò gehenna Jahannam circumdabitur est undique
Infidelibus.

55. Hiquadam coopercies eos pœna desuper eos, et
desuper pedibus eorum: et dicet illis Deus: Gustate id,

quod

quod fecistis operati.

56. Servii mei, qui crediderunt: certè terra mea est spatiosa: itaque mei estote, me.

57. Omnis anima gustatura est mortem: deinde ad me reducemini

58. Qui crediderint, et operati fuerint recta, certè habitare faciemq eos in Paradiso cenaculo, currente de sub illis flumina, perpetuò mansuros in eis. Huge mercedes speranzium,

59. Qui patientes fuerunt, et super Dominum suum innitebantur.

60. Et quot ~~xxxx~~ ex his, qui non portant [i. non portant sibi] vitium suum, Deus nutrit illos, et eos: et ipse est Auditor, Cognitor.

61. Et profectò si interroges eos, quis creauerit Cælos, et terram, et subegerit seruituti hominum solem, et Lunam: certè respondebunt: Deus. Quomodò ergo mentiuntur, dum colunt alios deos.

62. Deus amplum fecit prouentum cui multi de servis suis, et conuebat illi: quippe Deus in omni re est scieng.

63. Et certè si interroges eos: Quis demittit è Cælo aquam, et uiuificat ea terram post mortem eius? nè-nè respondebunt: Deus: Hic: Laus Deo. Verum plerique eorum non intelligunt.

64. Et non est hæc vita mundana, nisi ludus, et

iocus

ioues: et profecto Palatium nouis primum sane est uisa
Si scirent hoc, non prosecto illi uitam mundanam.
65. Cum autem consenderint nauim, inuocabunt Deum,
pure offerentes illis religionem. Postquam autem sal-
uos reduxerit eos ad terram, cum ipsi associabunt illis
a. continetem alios deos
66. Vt ingratos se exhibeant pro eo, quod dedimus illis:
et ut fruantur hoc mundano: sed modo sciens, quid
sibi eueniturum sit.
67. An adhuc non uiderunt, quod nos fecimus Urbem
eorum Meccam, asylum securum, cum diripiantur ho-
mines, qui sunt in regionibus circa eos? an ergo in Va-
nitatem credunt? et beneficijs Dei sunt ingrati?
68. Quis uero est iniquior, quam qui commentitur
aduersus Deum mendacium, uel mentitur contra ue-
ritatem, postquam uenit ad eum? nonne erit in gehenna
receptaculum Infidelibus
69. Qui uero, Quicunque pugnauerint pro nobis, profecto di-
rigemus eos per semitas nostras: et quidem Deus sane
est cum benefacientibus

Note

Nihil est Mahumetanis insulsius, aut ineptius. Ex
una dictione, quæ incidenter, et prope extra rem in lucu
occurrat, epigraphen suæ, sanguinem illius argumentum
proponent

prsponunt: quem admodum uides in presenti, quę exeo, quod
uersu quadragesimo primo, Infidelium opera Arancę teli
conspaventur, Aranea inseribitur. Et fortasse quę sequi-
tur Sura, Musca inseriberetur, si aliqua illius mentio
contigisset. Excusandi nihilominus sunt Mortemi: quia
eam nullum prorsus uersiculum cum alio coalescat; impos-
sibile prorsus erat a lieui Sure argumentum concep-
tum, et adequatum prefigere. Habetur hęc Sura
communiter Meccana: uerum in Codice Basileensi legi-
tur: سورة مكيّة وروى عن قتادة ان اولها الى قوله وليعلمنّ المنافقين فهو مدنيّ
Sura est Meccana: sed habetur ex dicto Cottade, principio
eius usque ad eas uerba; et certissimè cognoscet impios (uer
su undecimo) esse Medinę traditum. De numero uersuum
non uidetur esse controuersia. Premium Lectori erit: ن
قراءَ سورة العنكبوت كان له من الاجر عشر حسنات بعدد كل المؤمنين والمنافقين
Qui legerit Suram Aranea, habebit pro mercede decem bo-
na, pro numero singulorum fidelium, et impiorum. Sed faci-
lius erit, ut totidem musca accipiatur.

14. Mansitque cum eis mille annos prater quinquaginta]
Hoc erit uerum, si computemus uitam Noę uniuersam, quę
nongentos quinquaginta annos complexa est. Sed Alcoranus
nimis agere loquitur de illis tantum annis, quibus Noę us-
que ad diluuium legationem inter suos exercuit. Hanc
autem non nisi anno etatis quadragesimo accepisse
et inuita sententiam falsis, cui adhęret Zamchasce
ius ita scribens كان عمر نوح عام الفا وخمسين سنة بعث على راس اربعين
ولبث فى قومه تسعماية وخمسين وعاش بعد الطوفان ستين وعن وهب انه

Y 534.

عاش الفا واربعماية سنة: Fuit uita Nôe mille et quingentos annorum. Missus fuit ad predicandum in principio anni quadragesimi, et moratus est in gente sua nongentos quinquaginta annos: et uixit post diluuium sexaginta annos. Et habetur ex dicto Vahebi, illum uixisse mille quadringentos annos. Sahias habet aliquid amplius ex Caab: قال كعب: لبث نوح فى قومه الفا سنة الا خمسين عاما ثم لبث بعد الطوفان ستماية سنة: Dixit Caab: Moratus est Nôe inter suos nongentos quinquaginta annos: deinde uixit post diluuium sexcentos annos. Hic si addas annos quadraginta, qui precesserunt predicationem, conficient summam annorum fere mille sexcentorum. Ismael filius Aly asserit, Deum misisse Nôe ad predicandum genti suæ: ولد من العمر مايتان وخمسون سنة: cum esset etatis ducentorum quinquaginta annorum. Totam uero uitam Nôe facit nongentorum quinquaginta annos. Eodem modo Hasanus inspicit Hasanus Thabebiensis autem in suram 4. quæ est de Mulieribus uer. 162. scribit انه عمر الف سنة لم ينقص له سن ولم ينقص له قوة ولم تشيب له شعرة: quod uixit mille annos: non defecit ei dens ullus, neque imminutum est ei robur, neque incanuit ei pilus. In libello, qui inscribitur باب شرايع الاسلام Caput de legibus sectæ Islamiticæ ita legimus: واذا قيل لك اخبرنى عن نوح كم عاش فقل عاش الف سنة واربعماية سنة واثنان وعشرون سنة Vbi interrogatus fueris: Dic mihi, quandiu uixit Nôe? respondes: Vixit mille quadringentos, ac uiginti duos annos.

29. Hece —

39. Accedatis ad uias, et abeundi uiam] . Moderatè innuit flagitia huius gentis, quam etiam uias abeundi affirmat, quia ut exponit Iarchias: كانوا يتعرضون للطريق ياخذون الغرباء فيقاتلونهم في ادبارهم ولا يفعلونه بعضهم ببعض Obeuntes uias, ut si inde transirent peregrini, eos caperent, et cum eis pugnarent coirent, omittentes interim hoc flagitium inter se, se, quamuismodo commutarent perpetrare.

40. Et ne disputetis cum familia Libri] Jelal اخبروكم بشئ مما في كتبهم ولا تصدقوهم ولا تكذبوهم في ذلك Cum allegauerint uobis aliquid è sacris Libris suis: neque credatis illis tanquam ueracibus, neque reijciatis illos tanquam mendaces.

48. Et non legebas ante hunc] . Ratio, ob quam Iudæi dubitatum fuissent de Mahumeti uerace titulo, si ante Alcoranum editum, scribendi, legendique peritus fuisset, hæc affertur à Jelale: لو كنت قارئا كاتبا لشكت اليهود فيك وقالوا: الذي في التوراة امي لا يقرأ ولا يكتب aut scribendi, certè dubitassent de te Iudæi: dixissentque: Propheta ille, qui in Pentateucho promittitur, affertur futurus esse idiota, et legendi, scribendique ignarus.

Refutationes.

1. Quemadmodum in Notis præmonui, manifestè colligitur ex uersu Alcorani, ut etiam meliores interpretes agnoscunt; Noë ad multos supra mille annos peruenisse. Nam ut gemmarius dum quadragenarium, ad fricandam gemmæ

huic genuisse a Deo missum fuisse (quamuis cum ia quingentorum esset annorum) illi contigisse, ex sacris literis (manifestissimè habeamus): si sex nongentos quinquaginta anni addantur, quibus Alcoranus asserit illum moratum fuisse in predicatione ante diluuium: erunt iam nongenti nonaginta anni. His si addas trecentos quinquaginta, quos post diluuium Moyses illum uixisse scribit: fiet summa annos mille trecentos quadraginta. Porrò diluuium non est quin Alcoranus, annos nongentos quinquaginta intelligat eos, quibus Noë perseuerauit in predicatione post legationem usq; ad diluuium: id enim patet ex particula ג, quæ est consecutiua alicuius temporis, uel saltem immediatè sequentis: et ponitur in Alcorano post legationem, in ordine ad predicationem: et post predicationem in ordine ad diluuium; et ita intellexerunt Zamchascerius, Bathebus, Iahias, et alij: hinc apparet quantum aberrauerit a uero Mahumetus in suis uersiculis recitando.

Cum Mahumetus ætate sua Iudæis, nec disputet cum Iudæis, et Christianis, sed plaudè pacificèque eos alloquantur, affirmando, se credere in eorum sacros libros: et unum eumdemque esse Deum, et illorum Deum: et præterea dicit illis, nec aliquid approbans, uel reprobans eorum, quæ è sacris libris sui ipsi allegant: ostendit manifestè, se in mala causa uersari, et nolle ueram Religionem cum superstitione sua confundere, ac

per=

permisceve, et Dagonem eam Area Dei in eodem templo
sociare. Porrò eum scripturas, Judei reiicere, et Christia-
ni clarissimè ostendevere ex Pentateucho, et Euangelio
Mahumetum mentiri, neque esse Scripturam, quidem re-
iectabat: pessimè consulebas mihi, dum illi vetabat, ne
approbaret, neque reprobaret, quæ ab illi dicebantur:
sic hoc enim agente, monstrabat, se nihil certi, solidique
habere ad veritatem suam probandam, et Scripturalem
Religionem reijciendam.

3. Mahumetum fuisse idiotam, ac legendi, scribendiq;
ignarum, qualem Mahumetani faciunt, non facile ne-
gans: ego tamen libenter illi concedo. At nego prorsus
in Pentateucho Prophetam huiusmodi idiotam, et pror-
sus asinum: absolutè nego. Profecto illi Pentateu-
chum, in quo hoc legatur: non tamen Pentateuchum
aliquem è cerebro suo confictum.

4 Rursum affirmat [illegible], se miracula nul-
la patrare. Nam de illi à Meccanis requisitus, respon-
det motu suo, miracula apud Deum repenit: inde-sibi
illa Meccani arripiant: mundi sanè non thaumatur-
gi, sed Concionatoris esse. Attamen ne omninò fidem
sibi abrogare velle videatur: miraculum unum, quod
instar omnium esse possit, à se factum obtrudit, sci-
licet Alcoranum. Verùm quid de hoc stramineo mi-
raculo dicendum sit, videat Lector supra, ubi de eo ex
professo disserui. Imò videat hunc ipsum Alcoranum
à capite ad calcem, et usque dequaque revolvat, ac revolvat:
et videbit quale miraculum sit

سورة الروم مكية
وهي ستون اية

SVRA XXX
ROMANI.

Meccana: commatum
sexaginta.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis

1. A.L.M.
2. Victi sunt Romani
3 In uicinissimo Terre [i. in terra Persarie ipsis uicinissima] =
et ipsi Romani post uictoriam suam [i. postquam uicti sunt],
uincent Persas
a. aliquot 4. Intra a decem annos. Dei est hoc negotium ante, et post
[i. tam uictoria Persarum, quam Romanorum]. Et die illa,
qua uincent Romani, letabuntur fideles.
5. In auxilio Dei erga Romanos. Nam Deus adiuuat
quem uult: et ipse est Potens, Misericors.
6. Promisso Dei: Non aduersabitur Deus promissioni
sue: sed plerique hominum nesciunt.
7. Sciunt apparens de uita mundana: et ipsi de nouis-
*8. sima uita sunt negligentes. * An uero nonduni recogita-
uerunt in animabus suis, quod non creauerit Deus Cœlos,
et terram

et terram, et qui sunt inter hæc duo, nisi cum veritate, et
cum meta determinata durationi eorum? et profecto a. nominata
nullæ
Atrinque ex hominibus in occursum Domini sui certè non
sunt credentes.

9. An verò nondum perambulaverunt terram, et vide-
runt cuiusmodi fuerit finis eorum, qui fuerunt ante ipsos?
erant validiores ipsis robore; et excolebant terram: et habi-
taverunt eam diuturnius, quam ipsi habitaverint eam. Ve-
nerúntque ad cognitionem eorum cum demonstrationibus veri-
tatis: neque fuit tali Deus, ut iniustè traetaret eos:
sed ipsi animas suas iniustè tractabant.

10. Sum fuit finis eorum, qui malè egerant, malum:
quia mendacij insimulaverunt signa Dei, et ipsa
irridebant.

11. Deus producit creaturam: deinde facit eam redire ad
vitam post mortem: deinde ad eum reducemini.

12. Et b quando stabit Hora [i. die Judicij] speranti-b die quidam
obmutescent scelerati.

13. Et non erunt ipsis ad Associati suis [i. idolis- C. 9.
is] intercessores: et erunt associati suos abnegantes. VV 539

14. Et die, qua stabit Hora: die illa separabun-
tur Fideles ab infidelibus.

15. Verò qui crediderint, et fecerint recta: ipsi in
prato amœno offectabuntur.

16. At verò qui incredduli fuerint, et mendacij in-
simulaverint signa nostra, et occursum ultimi-
tatis: illi in supplicio præsentandi sunt.

19. Laus itaque Deo detur a nobis quando ad vesperam
propè occa- peruenerit, et quando mane conuerteris
sum solis: 18. et ipsi Laus in Celis et terra: et vespere, et cum
ad meridiem peruenerit.

19. Educit viuum ex mortuo, et educit mortuum ex
viuo: et viuificat terram post mortem ejus: et ita
educemini vos e sepulchris

20. Et inter signa ejus vnum est quod creauerit
vos ex pulvere: deinde ecce vos homines dispergan-
tur vos per terram

21. Et inter signa eius est quod creauerit vobis ex vobis
ipsis coniuges, ut habitaretis cum illis: et posuit in-
ter vos amorem et misericordiam. Certè in hoc sunt
sanè signa hominibus, qui cogitant.

22. Et inter signa ejus est creatio Celi, et terræ, et
diuersitas linguarum vestrarum, et colorum vestro-
a Mundis rum: Certè in hoc sunt sanè signa a creaturis vniuersis.

23. Et inter signa eius est somnus vester in nocte, et de-
siderium vestrum de abundantia eius [i. industria vestra
in comparandis necessariis adiuuans ex bonis à Deo creatis]
Certè in hoc sunt sanè signa hominibus, qui audiunt.

24. Et inter signa eius est quod ostendat vobis fulgur
ad timorem, et ad spem pluuiæ: et deducat è
Cælo aquam, et viuificet per eam terram post mortem
ejus. Certè in hoc sunt sanè signa hominibus, qui
intelligunt.

25. Et inter signa ejus est, quod stet Cælum, et terra
sine

sine ullo sustinemento per imperium eius. Deinde cum vocaverint vos vocando è terrâ in die iudicij, exeamus ex illa egrediemini.

26. Et ejus est quicunque in Cælis, et terrâ reperiuntur omnes illi sunt reuerenter obsequentes.

27. Cujus est qui producit creaturam: deinde reducit faciem eam post mortem ad vitam: et hoc erit facilius apud eum, quam creare: et ejus convenit similitudo altissima in Cælis, et terra: et ejus est Progressus, Sapiens.

28. Ecquis ei vobis similitudinem assumptam ex vobis ejus. Et ne vobis inter eos quos possidens dextera vestra [i. inter manicipia vestra] ullus consors in eo, quod dixerimus vos: ita ut vos in eo habeatis cum illo equalem: et timeat eos iuxta timere vos [i. ea timore, quo timent vos ipsos. Ita discernet pronimus signa hominibus, qui intelligunt.

29. Verum recessus ij, qui iniquè agunt, ex suis sine scientia. Quis autem diget eum, qui mercedem reddit Deus? et non erunt illis ulli adiutores.

30. Statue ergo faciem tuam ad Religionem orthodoxus [i. cum inclinatione ad illam]: opus Dei, ad quod condidit homines. Non est commutatio creaturæ Dei [i. religionis ejus]. Hæc est religio recta, sed plerique hominum ignorant eam.

31. Estote conuertentes vos ad eum: et timete eum: et perficite orationem: et ne sitis ex Associantibus.

32. Inter illos, qui diuiserunt religionem suam, et facti sunt sectæ

~~Lucis~~ ~~Scitis~~
~~xxxx~~ in secula: omnis secta de eo, quod est apud se [i. de opinione sua] sunt extantes

33. Cum autem fatigeris homines nocumentum: invocabunt Dominum suum convertentes se ad eum. Deinde ubi gustaverit fecerit eos ex se misericordiam: ecce jam ex illis in Domino suo exsultant.

34. Ut ingratos exhibeant se pro eo, quod dedimus eis. Fruimini sane: sed mox scietis quid nobis eveniet.

35. Numquid demisimus funes usque perextatem, ita ut hic loquatur de eo quod in illo exsultant. [i. nunquid precegimus & aliquem sacrum librum, cultum plurium deorum?]

36. Cum autem gustaverit fecerimus homines misericordia, letabuntur in eo. Quod si inciderit eis malum ob id quod fremiserunt manus eorum [i. propter peccata antea perpetrata] ecce isti desperabunt.

37. An nondum viderunt, quod Deus ampliat proventum cui vult, et coarctat cui vult? Certe in hoc sunt sane signa hominibus qui credunt.

38. Et tribue habenti propinquitatem debitum suum, et pauperibus, et filio viæ [i. viatori seu peregrino] hoc est melius iis qui cupiunt faciem Dei [i. premium a Deo]: et sierunt felices.

39. Quod autem fenerit ex usura, ut multiplicetur in facultatibus hominum: profecto non multiplicabitur apud Deum. Quod autem fenerit de eleemosyna, ut exquirat faciem Dei: illi sunt erunt duplicantes [i. duplum accipiunt a Deo]

C: in Vy 1570.

40. Deus

40. Deus cir, qui creauit uos: tum alimento prebuit uobis: deinde morti tradet uos: postea uiuificabit uos. Numquid est Associatus uestris cir qui faciat de hoc aliquid? Laus eius: et longe abest ab eo quod associant illi

41. Apparuit corrugio in terra, et mari [i. sterilitas terre et exsiccatio fontium] propter quod pertimuerunt a manus hominum, ut gustare faceremus eos partem eius mali, quod operati sunt, si forte ipsi conuerterentur.

a duplex lectio يذيقهم a. تذيقهم gustare faceret

42. Dic Meccanis: Peregrare terram, et uidete cuiusmodi fuerit finis eorum qui fuerunt antea. Erant plerique eorum associantes.

43. Statue ergo faciem tuam ad religionem rectam, antequam ueniat dies, cui non erit reuertens a Deo [i. quam nullus poterit impedire quin Deus adducat eam], die illo separabuntur: boni a malis.

44. Qui infidelis fuerit, super eum erit infidelitas eius: Qui uero operatus fuerit rectum, sibi ipsis lucrabuntur

45. Vt retribuat illis qui crediderint, et operati fuerint recta, mercedem de liberalitate sua: quippe ipse non amat infideles.

46. Et inter signa eius est quod mittat uentos festinantes [i. pluuiam]: et ut gustare faciat uos de misericordia sua: et ut decurrant naues ad imperium ipsius: et ut exquiratis de abundantia eius et mercaturam: et ut uos gratias agatis.

47. Etiam quidem misimus antea legatos ad populos
suos; venerunt que ad eos cum euidentibus probationibus: et
ultionem sumpsimus de illis, qui scelestè egerunt: et fuit
debitum super nos adiuuare fideles.

a nubem
b eam
c. eius

48. Deus est, qui mittit uentos, et agitat a nubes, et expan-
dit b eas in cælo quomodo uult: et ponit ea in fauces [i. disgre-
gat eas]. Cum uidebis imbrem, emanantem ex intimo c ea-
rum: cumque effuderit eum super quem uoluerit de seruis
suis, ecce ipsi lætitiâ perfundentur.

49. Et quidem erant antequam demitteretur super eos,
antea nanè desperantes.

50. Inspice porrò ad uestigia misericordiæ Dei, quomo-
do uiuificet terram post mortem eius. Certè hic idem fa-
ciet uiuificatum est mortuos: et ipse est ad omnem rem
potens.

d. ἰγλὸ per-
gent, contin-
uabunt esse,
per errorem
ch in gridy-
dam Ms

51. Et certè si misimus uentum noxium super ista,
et propterea uiderint ea flauescentia, certè erunt post hoc,
ingrati beneficio pluuiæ antea acceptæ,

52. Tu porrò non facies ut audiant mortui; neque facies
ut audiant surdi prædicationem, cum retrocesserint terga
uertentes.

e. si

53. Neque tu cæcis dirigens egros a errore suo. e Non
facies, ut audiat nisi qui credit in signa nostra: atque
hi sunt Moslemi.

54. Deus est qui creauit uos ex imbecillitate: deinde
dedit post imbecillitatem robur: deinde dedit post robur
imbecillitatem, et canitiem. Creat quod uult: et ipse

est

est Sciens, Potens
46. 55. Et die qua erabit Hora [i. die iudicij], inuabunt peccatores, quod non moruti fuerint in sepulchris, nisi una horam. Ita mentiebantur antea dum uiuerer, sicut nunc mentientur.

56. Et dicent illis, ij quibus data fuit scientia et fides: Iam quidem morati estis in libro Dei [i. in prescientia eius] usque ad diem resurrectionis. Hic porrò est dies resurrectionis: Sed uos nesciebatis.

57. Die autem illo non proderit ij qui iniquè egerint excusatio eorum: neque ipsi requirent de beneplacito [i. ut faciant id quod placet Deo]

58. Et iam quidem proposuimus in hoc Alcorano de omni similitudine. Et quidem si protuleris eis aliquod signum [i. miraculum] certè dicent ij qui sunt increduli: Si uos estis mutatores.

59. Ita sigillum imprimit Deus super corda eorum, qui nesciunt.

60. At tu patienter sustine, quia promissio Dei est uera: et ne te inconstantie leuitatem adducant illi, qui non firmiter credunt.

Nota

Vox Arabica ربّيّون, quæ est epigraphe huius suræ, uidetur proprie significare Græcos Romano Imperio subiectos, qui Græcè dicuntur: Ῥωμαῖοι Rhomei. Ipsa porrò sura, Meccana

communiter censetur. Accipiunt quidam versiculum 15.
qui incipit: Laus itaque Deo. De numero versuum
non videtur esse dissentio. Magni faciunt hanc lu-
cam Mahumetani (si credimus Hottingero) tanquam
fatidicam de Romano Imperio expugnando. Premiu
lectori statuunt عشر حسنات بعدد كل ملك سبح الله بين السما و
الارض وادرك ما ضيع فى يومه وليلته ? Decem bona iuxta numerum
cuiuslibet Angeli ex iis, qui Laudant Deum inter Ce-
lum et terram: et asseuerio, seu experitio illius quod
Degeritum fuerit eo die, eaque nocte.

C. Victi sunt Romani] Jelal وهم اهل كتاب غلبتها
فارس وليسوا اهل كتاب بل يعبدون الاوثان ففرح كفار مكة بذلك وقالوا
للمسلمين نحن نغلبكم كما غلبت فارس الروم. Ali (scilicet Roma-
ni) sunt Scripturales (i. acceperunt a Deo Sacras
Scripturas, vel illis student), et victi sunt a Persis,
qui non sunt Scripturales, sed adorant idola.
Quamobrem quidam de hoc Meccani infideles,
et dixerunt Moslemis: Nos etiam vincemus
vos, quemadmodum Persæ vicerunt Romanos

B. In vicinissimo terræ] Jahia باذرعات من الشام
In Adruat Urbe Syriæ. Jelal اى اقرب ارض الروم الى فارس بالجزيرة
التقى فيها الجيشان : id est, in terra Romanorum vicinissima Per-
sis in Mesopotamia, ubi duo acies confixere. Zamchar. Jerry.
القرءة المشهورة الكثيرة غلبت بضم الغين وسيغلبون بفتح الياء والارض ارض
العرب لان الارض المعمورة عند العرب ارضهم والمعنى غلبوا فى ادنى ارض العرب منهم
وهى اطراف الشام او اراد ارضهم على اقامة اللام مناب المضاف اليه اى فى ادنى
ارضهم الى عدوهم قال مجاهد هى ارض الجزيرة وهى ادنى ارض الروم الى فارس وعن ابن عباس
الاردن وفلسطين وقرئ فى ادانى Vectio communiter vulgata ac
recep

recepta est: Vicit iuxta Romani, et ipsi uincent (quidam scilicet legebant è conuerso: Vincuntur Romani, et ipsi uincentur). Terra autem hæc erat terra Arabum: quia terra habitata apud Arabes est terra ipsorum. Et sensus est: Victi sunt in terra Arabum propinquissima ipsis Romanis: et hæc est in confinibus Syriæ. Vel intelligit terram ipsorum, terram Romanorum propinquam Persis Arabibus hostibus ipsorum. Sed Megiahed censet terram hanc fuisse in Mesopotamia, uicinissimam Persis. Cæterum autem in Syriæ regione, seu Palestina. Aliqui legunt: In uicinissimis terræ.

4. Intra decem annos] Post Arabica ponit. inam Jelal هو ما بين الثلاث الى التسع او العشر فالتقى الجيشان وفى السنة السابعة من الالتقا غلبت الروم فارس Et spatium, quod intercedit inter res, et nouem, uel decem annos: itaut confligerint duo exercitus: et anno septimo conflictus, Romani uicerint Persas. Addit Jamchascerius وهذه الاية من الايات البينة الشاهدة على صحة النبوة وان القران من عند الله لانها انباء عن علم الغيب الذى لا يعلمه الا الله: Hic autem uersiculus est ex illis, qui euidenter testantur Mahumetum fuisse uerum Prophetam, et Alcoranum datum fuisse a Deo, cum prædicant occulta, quæ nullus alius scire potuerat nisi Deus. Idem Author assignat tempus uictoriæ Romanorum supra Persas, scribit فظهرت الروم على فارس يوم الحديبية وذلك عند راس سبع سنين وقيل كان النصر يوم بدر للفريقين Vicerunt Romani Persas in prælio Arbelo, ineunte septimo anno. Alij uolunt hanc uictoriam contigisse in prælio Bebrenci pugnantibus duobus exercitibus. Jalaleriam potius in prælio Be-

Prensi: Reuiàm uobis uniuersis hijs audientibus, uocabulum retinuit.

26. Creaturis uniuersis] Ex hic duplex lectio: للعالمين, omnibus creaturis: et للعالمين, Scientibus.

27. Ipsi conuenit similitudo altissima] Dest, ut prædicetur de eo, et attribuatur illi quidquid maximum, et dignissimum potest excogitari.

30. Orthodoxus] Arabicè حنيفاً potest referri tum ad Mahumetum, tum ad Religionem, et certi tam Orthodoxum, quam orthodoxam.

44. [uerabuntur] Arab. يوطنون exponitur a Zelal: في منازلهم الجنة comorones, seu sternent sibi molles habitationes, seu cubilia in Paradiso. Ergonè sonat: Component sibi lectulos

52. Flauescentia] Dest languentia, ac pallentia ob uenti adustionem

Refutationes.

Nihil prorsus est in hac Sura, quod confutationem requirat: sunt enim omnia in eo uel inania, uel ingenio sufficienter reiecta, quippe recentiès à Mahumeto recocta, et obtrusa. Castigandus est nihilominus Zanchasenius, qui existimat sacris comprobari Mahumetum uerum esse Prophetam, et Alcoranum uerè datum esse à Deo, eo quòd hic manifestè prædicatur uictoria à Romanis de Persis, à quibus uicti fuerant, referenda.

Quòd Romani à Persis uicti fuerint: uel ut alij,

uocalibus

uocalibus commutatis, legunt, Persę uicti fuerint à Roma=
nis; nunc in dubium non reuoco: Neque enim, ut puto,
tam imiudens Mahumetus fuisse, ut in re, quę omnibus
debuit esse notissima, mentiretur. Quod uerò ex eo,
quod addidit, eosdem Persas à Romanis, uel Romanos
à Persis intra decennij spatium esse uincendos, pos=
sit apertè quorundam illum uerum Prophetam fuisse: prorsus
nego. Primò, quia de hac secunda uictoria ab eo prędic=
ta, nihil certi haberur, neque in historijs nostrij, neque
in Libris Mahumetanorum: neque Scriptores ipsi Mos=
lemi in tempore, uel loco illius conueniunt. Quidam
enim referunt eam ad annum secundum Hegirę, quan=
do commissum est pręlium Bedrense. Alij uerò ad an=
num sextum, id quem incidit prælium Hadibię. De loco
uerò huius uictorię nullus mentionem facit: ita ut
incertum sit utrum euenerit id quod Mahumetus anuncia=
uerat. Hinc nascitur, dubium esse inter Scriptores Ara=
bes, utrum hę bella, et hę uictorię contigerint Roma=nis
cum Persis, an uerò cum Arabibus. Verum quidquid
sit, etiam si concederemus euenisse, quod Mahumetus
prędixerat: nonne potuit hoc casu, uel ex probabili=
bus coniecturis ab eo prędici? Videbat quippe Roma=
nos esse potentissimos, et facilè posse eadem illa ui
à Persis uindicare, deque illis uictoriam refer=
re. Neque uerò Mahumetus præfixum huic uictoriæ
tempus determinauit, quod sanè boni Prophetæ mun=
erat; sed posuit ambiguum terminum dubium, nimis ne magnum ad

annum nonum, uel decimum. Quis uerò Prophetam illum esse dicat, qui uidens potentissimum Regem de alio æquè potenti uictoriam retulisse, asseuat, post non multos annos Regem uictum, copijs, uiribusque instauratis, uictorem esse futurum? Postremò cum ex uaria Alcorani lectione incertum sit, uicerintne primò Persæ, an Romani, et secunda uice uicti fuerint illi, an isti: imò cum non constet, utrum bellum commissum sit tam primâ, quam secunda uice ab Romanis cum Persis, an cum Arabibus: quis non uideat, uaticinium hoc omni ex parte cauillosum esse, atque inane? Valeat igitur cum hac prophetia sua Mahumetus, uel potius abeat in malam rem.

Vide Prov. p. 2. cap. 5. pag. 135.

سورة لقمان مكية
وهى اربع وثلاثون آية

SVRA XXXI.

LOCMAN.

Meccana: commatum triginta quatuor.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. A.L.M.

2. Hęc sunt signa Libri sapientis.

3. Ad directionem, et misericordiam bene faciendus.

4. Qui gerroliuus orationem, et dans eleemosinam: a sacrum conjum
et ipsi in nouissimum speculum ipsi firmiter credunt.

5. Hi erunt super directionem [i. dirigentur] à Domino
suo: et hi erunt felicy. sudicyum

6. b Et ex hominibus est qui mercatur ~~sorcelaria re-~~
~~uoud~~ ~~historiarum~~, ut euuare faciat alios à semita b. nouelle
~~illi~~ Dei sine scientia: et accipiat eam [i. semitam] in
~~ipcum~~
~~locum~~. Hi erit pena ignominiosa.

7. Cum uerò recitantur illi signa nostra, rerga, uertit
in superbiam elatus, quasi non audiret ea; non secus
ac si esset in auribus eius grauedo. Atqui annuncia
illi pœnam dolonificam.

8. Porrò qui crediderint, et operati fuerint recta,
erunt ipsis horti uoluptatis.

9. Perpetuò moraturi in eis. Hæc est promissio
Dei uera: et ipse est Deus potens, sapiens.

10. Creauit Cælos sine columnis illud sustinentibus
quas uideatis: et coniecit in terra montes stabiles, ne
commoueretur mobiseum: et sparsit in ea de omni
bestia; et demittimus è Cælo aquam, et germinare
faciimus in ea ex omni specie pulchra.

11. Hæc est creatio Dei. Ostendite porrò mihi, quid
creauerint illi, qui sunt præter eum? Atqui Iniqui sunt
in errore manifesto.

12. Et iam quidem dedimus Dauid Loeman sapientiam, c. Loemani

et

et diximus illi: Gratus esto Deo: nam qui gratus fuerit, profecto gratus eris animæ suæ. Qui autem ingratus fuerit; certè Deus est diues, Laudatus.

13. Et memento, cum dixit Loeman filio suo, dum ipse lortaretur eum: O filiole mi, ne sponas socium cum Deo: nam huiusmodi associatio est sanè iniquitas magna.

14. Et præcepimus homini erga parentes suos honorificentiam. Lortatus eum mater eius in utero cum labore supra laborem: et ablactatio eius fuit intra duos annos. Itaque gratus esto mihi, et parentibus tuis. Ad me enim reditus omnium in die iudicij.

15. Quod si parentes contendent à te, ut socium ponas in me, id, de quo non est tibi scientia: ne obedias illis. Et comitare illos in mundo, tribuens utrique quod iustum est: et sectare viam illius, qui conuersus fuerit ad me. Deinde ad me enim reditus uester, et tunc enarrabo uobis id, quod fuistis operati.

a. conuenienter debito.

16. O filiole mi, certè si fuerit pondus grani sinapij, et fuerit absconditum in petra, aut in cœlis, aut in terra: proferet illud Deus: quippe Deus est perspicax, peritus.

17. O filiole mi perstitue orationem, et præcipe iustum, et prohibe iniustum: et patiens esto in eo, quod acciderit tibi: quippe hoc enim ex decreto rerum.

18. Et ne detorqueas genam tuam hominibus [i. ne superbè auertas vultum tuum ab eis]: et ne incedas

in terra

in terra cum fasu: quippe Deu noueramus omnem arro=
gantem, gloriabundum.

19. Ctesso moderatu in incessu tuo [i. neque nimij len=
tu, neque nimij uelox] : et acutine uocem tuam [i. Loqua=
re submissa uoce]; nam fedissima uocum utique est
uox asinorum.

20. An non animaduertistis, quod Deus coegit seruire
uobij id, quod est in Celij, et id, quod est in terra: et eo=
rum è effudit super uos beneficia sua externa, et intes=
na [i. bona corporij, et bona animi] ? Et inter homines
est qui disputat de Deo sine scientia, et sine direc=
tione, et sine libro illuminante

21. Cumque dicitur illis: Sequimini quod demisit Deus:
respondent: Imò sequemur id in quo inuenimus patres
nostros. An uerò sequerentur illud etiamsi Satanas
aduocasset eos ad gehennam Tartari

22. Qui autem tradiderit faciem suam Deo, et igne
fuerit benefaciens, iam uerò apprehendit animam fir=
mam: et ad eum erit finis rerum.

23. Qui uerò infideliş fuerit, ne contristet te
infidelitas eius: ad nos erit reditus eorum: tunc
enarrauimus illis id quod fuerint operati: nam Deus
scieny est cogitationum cordium [i. interiora cordis]

24. Frui faciemus eos aliquantulum: deinde adi=
gemus eos ad gehennam atrocem.

25. Si uerò interroges eos: Quis creauit Celos et
terram? Certò respondebunt: Deus. Dic: Laus Deo.

Declarat in orig.

At uero plerique ignorant eorum ignorantiæ.

26. Dei est, quod in cœlis, et terra reperitur: quisque Deus est Deus, laudatus.

27. Et si porrò quidquid est in terra de arboribus essent calami: et mare extenderes Deus post illud, quod est in septem maria atramenti; non exhauirentur uerba Dei [i. semper remanerent a liquid, quod scribi possit]: quisque Deus est potens, sapiens.

28. Non est creatio uestra, neque resuscitatio uestra nisi iuxta animam unam: quisque Deus est audiens, intuens.

29. Non ne considerasti quod Deus immittit noctem in diem, et immittit diem in noctem [i. succedere facit unum alteri]: et coegit seruire uobis solem, et lunam? Quodlibet ex his duobus currit ad metam a determinatam: et quod Deus dedit, quod faciis est plene instructus?

30. Hoc fit, ex eo quod Deus est ueritas: et quia id, quod b invocatis præter eum, est uanitas: et quia Deus est excelsus, magnus.

31. Non ne uidisti, quod naues decurrunt per mare ex beneficio Dei, ut ostendat uobis de signis suis? Certe in hoc sunt sane signa omni patienti sustinenti, grato

32. Cum uero cooperuerit eos unda uelut montes cumbre- *q
scens, inuocabunt Deum, sincere se ei offerentes illi. ? At ubi religionem. At uero ubi saluos eduxerit eos ad
c. continente terram, erit ex illis qui simus inter fidem, et infidelitatem.

tem

a. nominata
b. al. inuocant
c. continente

* error ms

rem. Sed non negabit signa nostra, nisi omnis sperdus, ingratus.

33. O homines Meccani, timete Dominum uestrum, et
sauete diem, in quo non retribuet genitor pro nato suo,
neque natus erit retribuens pro genitore suo quidquam
[i. nullo in re poterunt se inuicem adiuuare: quippe
pro promisso Dei est ueritas. Ne ergo decipiat uos uita
uestra mundana, neque decipiat uos in Deo [i. ut auertat
uos a religione Dei] Deceptor, [i. Satanas]

34. Certe Deus, apud eum est scientia horæ [i. diei iudicij]: et descendere facit imbrem: et scit quid sit in uulua: neque comprehendit anima quid nam futurum sit acquisitura sit. die crastino [i. quid euenturum sit illi]: neque comprehendit anima, in quo terra moritura sit: quippe Deus est sciens, plene instructus.

Nota

Inscriptio sure desumpta est ex uersiculo 13. et sequentibus, in quibus agitur de quodam sapiente, qui locum nagge Natatud: de quo ibidem suo ritu disseremus. Meccanas esse suram omnes conueniunt. Non nulli tamen excipiunt uersus 31. et 32. quibus initium est: Et si forro quidquid est &. Quidam etiam 29. excipiunt. Denique eo uersuum non uideo esse inter Authores dissidium.

Premium Lectoris est

من قرء سورة لقمان كان له لقمان رفيقا يوم القيمة واعطى من الحسنات عشرا عشرا بعدد من عمل بالمعروف ونهى عن المنكر

Qui legerit suram Loeman, habebit in die Resurrectionis ipsum Loeman socium, et recipiet decem bona pro singulorum numero

* Zamchasi. الغرة بالله ان يتادى الرجل في المعصية ويتمنى على الله المغفرة

Desperatio uitæ: ut adimuet hominé in peccando optet aquæ Deum indulgére

qui uel iusta egerunt, uel ab iniustis alios prohibuerunt.

12. Et iam quidem dedimus ﻟﻘﻪ Locman] Quis fuerit iste Locman, non satis conueniunt inter se Moslemi Expositores. Ita de illo Gelal: كان يُفتى قبل بعث داوود وادرك زمانه واخذ عنه العلم وترك الفتيا وقال فى ذلك اكتفى اذا كفيت وقيل له ايّ الناس شرّ قال الذى لا يبالى ان يراه الناس مسيئًا. Exercebat iurisprudentiam, antequam mitteretur David, et assequutus est partem ætatis eius, et accepit ab eo scientiam; et reliquit Judiciariam, et dixit circa hoc: Nonne satis esse debet mihi, cum satis habuerim? Et dictum fuit illi: Quis est pessimus hominum? Respondit, qui non curat si uideatur ab hominibus, cum male operatur. Zamchascerius autem hæc de illo fusius. هو لقمان بن باعور ابن اخت ايوب او ابن خالته وقيل كان من اولاد ازر وعاش الف سنة وادرك داوود عم واخذ منه العلم وقيل يفتى قبل مبعث داوود: فلما بُعث قطع الفتوى فقيل له . . فقال الا اكتفى اذا كفيت. وقيل كان قاضيًا فى بنى اسرايل واكثر الاقاويل انه كان حكيمًا ولم يكن نبيًا. وعن ابن عباس لقمان لم يكن نبيًا ولا ملكًا وكان راعيًا اسود فرزقه الله العتور رضى قوله ووصيته فقصّ امره فى القران ليتمسكوا بوصيته: وقال عكرمة والشعبى كان نبيًا وقيل خيّر بين النبوة والحكمة فاختار الحكمة: وعن ابن المسيب كان اسود من سودان مصر خياطًا: وعن مجاهد كان عبدًا اسود غليظ الشفتين متشقق القدمين: وقيل كان نجارًا وقيل راعيًا وقيل كان يحتطب لمولاه كل يوم حزمة: وعنه انه قال لرجل ينظر اليه ان كنت ترانى غليظ الشفتين فانه يخرج من بينهما كلام رقيق وان كنت ترانى اسود فقلبى ابيض: وروى ان رجلًا وقف عليه فى مجلسه فقال الستَ الذى ترعى معى فى مكان كذا قال بلى قال ما بلغ بك ما ارى قال صدق الحديث والصمت عما لا يُعيننى وروى انه دخل داوود وهو يسرد الدرع وقد لين الله له الحديد كالطين فاراد ان يسأله فادركته الحكمة فسكت فلما اتمها لبسها وقال نعم لبوس الحرب انت فقال الصمت حكم وقليل فاعله فقال له داوود بحق ما سميت حكيمًا: وروى ان مولاه امره بذبح شاة وبان يخرج اطيب مضغتين فاخرج اللسان والقلب ثم امره مثل ذلك بعد ايام وان يخرج اخبث مضغتين فاخرج اللسان والقلب فساله عن ذلك فقال هما اطيب ما فيها اذا طابا واخبث ما فيها اذا

+ الى

+ debet aliquid

22/547.

اذا خبثا : وعن سعيد بن المسيب انه قال لاسود لاتحزن فانه كان من خير
الناس ثلثة من السودان ، قيل كان اسم ابنه انعم وقال الكلبي اشكم وقيل
كان ابنه وامراته كافرين فما زال بهما حتى اسلما

Fuit Loeman filius Ba= v
uri filij sororis Job, uel filius Materteræ eius : et dicitur "
fuisse ex filijs Azar (hic fuit pater Abrahæ) : et uixis= "
se mille annos, et attigisse ætatem Dauid fauste "
memoriæ, et accepisse ab eo scientiam. Exercebat "
autem, ut fertur, Iurisprudentiam, antequam mitteret "
Dauid : sed postquam missus est, desitit ab ea exercen= "
da. Cum uero huius rei uacio ab eo quæreretur, res= "
pondit : Non me consentit esse debeo, quando iam mi= "
hi satis est? Quidam dicunt, eum fuisse Iudicem filio= "
rum Israël. Denique uero conueniunt, eum fuisse "
sapientem, non tamen Prophetam. Authore autem "
Ebnaba, Loeman non fuit Propheta, neque Rex : sed "
fuit pastor nigri coloris. Contulerat autem ei Deus sud, "
et gratiam in uerbis, et susceptis eius : propterea Alco= "
rani meminit illius, ut reuiuiscerent suscepta eius. "
Ferama, et Suabiensij dicunt, eum fuisse Prophetam. "
Addunt alij, eum data fuisse ei optio, siue Prophetiæ, siue "
sapientiæ, illum eligisse sapientiam. Et habetur ex "
Ebnolmotaieb, eum fuisse nigrum ex nigris Ægypti, "
et Sartorem, seu sutorem. Algiahed autem, illum fuis= + Mogiahed "
se mancipium, nigri coloris, crassis labijs, pedibus fis= "
sis. Alij uolunt fuisse fabrum lignarium : alij pastorem. "
Fertur, eum consuesse quotidie portare fascem ligno= "
rum Domino suo. Ex eodem Authore habetur, illum "

dixisse

y Dixisse cuidam, qui cum fixis oculis intuebatur: Si vides
y me habere lascia crassa, scito tamen exilis ingredi
y sermonem subtilem. Et si vides me esse fatue nigrum,
y scito tamen me habere cor album. Ferunt, hominem
y quendam adedisse iuxta eum, cique dixisse: An non
y es tu qui pascebas mecum oues in tali loco? respondit:
y Ego ille sum. At ille: quid pervenire fecit te ad id quod
y vides? Respondit Locman: Verba dicere, et tacere ea
y que mihi prodesse non poterant. Dicitur, illum ue-
y nisse ad Dauid dum occupatus esset in texenda lo-
y rica: iamque Deus mollefecerat ei ferrum sicut
y lutum. Voluit ergo Locman interrogare eum: et
y ingressa est in eum sapientia, et tacuit. Cui Saute
y Dauid loricam absoluisset, induit se illa, et dixit:
y Quam pulchrum indumentum ad prelium! Quid ti-
y bi uidetur? Respondit Lochman: silentium est
y sapientia: et pauci sunt, qui obseruent illud. Iu-
y dixit illi Dauid: Iuste nominatus es sapiens. Fer-
y tur etiam precepisse ei Dominum ipsius, ut mac-
y tet oues, extraheret ab eo duas optimas partes eius.
y Ille uero extraxit linguam, et cor. Deinde precepit
y ei post aliquot dies, ut iterum mactaret ouem, et
y extraheret ab ea duas optimas partes eius. At ille
+ et cor y extraxit similiter linguam. Interrogatus uero
y De hac re, respondit: Hec duo optima sunt cum
y bona sunt: sed sunt pessima cum mala sunt in-
y ter partes ouis. Refert Said filius Mosaiel, il

lum

sum dixisse cuidam nigro, qui de sua nigredine tristabatur: Ne tristeris quia tertia pars hominum melior cum est ea nigris. Fuerunt nomen filij eius fuisse Anam: sed Calebius vocat illum Ascam. Habet etiam tam filium, quam nepotem fuisse infidelis. Sed ipse non cessauit commonere, et hortari eos, donec religionem Islamiticam amplexi sunt. Laurentius Zamcascenus. Ismael Conchy meminit in suo Chronico cuiusdam Locman, qui missus fuit ab Adeis ad Meccam cum aliis supplicaturis pluuie, postulande causa. Fuit tamen

لقمان الحكيم الذى كان على عهد داود

sed hic fuit alius ab illo Locman, cognomento sapienti, qui uixit temporibus Dauid. De hoc eodem refert, uixisse longissimam etatem, nempe septem aquilarum, quarum singule uixerant octoginta annos. Dauidis in sunc suum scribit eum fuisse

ابن باعورا من اولاد آزر بن اخت ايوب او خالته وعاش حتى ادرك داود واخذ منه العلم

filium Baurae filij Azar filij sororis Iob, uel materteræ eius: et uixisse usque ad tempora Dauid, a quo etiam accepit scientiam.

Ex dictis colligitur non obscure Locman Alcoranicum eundem esse ac Aesopus: eadem quippe utrique fere conueniunt. De Aesopo enim scribit Maximus Planudes: Fuisse eum natione Phrygem, corpore nanum, de gressu colloque, praeterea nigro cultu, unde et nomen

*i. cruribus distortis

, Adeptus est (Aesopus enim idem sonat quod Aethiops) uen-
, trosus, * uarius et incuruus. Fortasse uero uocatus in Alcora-
no Locman, idest helluo, uel uorax, quia erat uentre gin-
gluosus. Quumotrem cum a Jeno uenditioni exponeret,
Mercator eum cognouit: Num tibi hęc olla? utrum trun-
cus est arboris, an homo? Aesopi etiam cognomen, teste
Gellio lib. 2. cap. 29. et aliis Scriptoribus, fuit Sapienti
cognomen, quemadmodum Locman. Nec refert quod
Mahumetani faciant Locman coquum Dauidi: omnes
enim eorum quam turpiter hi in Chronologia hallu
cinentur: inter eos tamen non nulli multo Dauide
posteriorem illum faciunt. Porro ea exhortatio
Aesopi ad filium, non multum a studio abest, quo
+ Nomen quo- que ipsius filij fi- lij quoq; aam, similit- er ennos fi- lij Esopi

cerit Locman ad filium suum. + Huc accedit, eam de
Jene fabulam legi apud Arabes Authore Locman,
quę apud Græcos Authore Aesopo legunt: ut
de Jene et morte: de muliere et Gallina, de leo-
ne et mulge. Postremo id quod narrant de Locman,
quod nimirum extraxerit ex cute sua illa uarie-
gata, imo tanquam optima, inde tanquam flexima,
simillimum est illi, quod de Aesopo referunt. Il-
le etiam responsa aliquot Locman, Aesopicum
sapiunt.

22. *iam apprehendit ansam firmissimam*] Quia scilicet adhęret Deo, eiusq; religioni; ducta similitudine ab eo, qui firmiter tenet se, uel aliquam rem, apprehensa ansa illius.

28. *Non est creatio uestra*] Celal: كنفس واحدة خلقا وبعثا كائنة بكلمة

بكلمة كن فيكون: *Juxta animam unam in creatione, et suscitatione, quia utraque fuit per verbum, Esto, et Fit; Ita ut, iuxta animam unam, idem sit, ac eodem modo, et ratione.*

Alphia aliquanto fusius: قال المشركون يا محمد خلقنا الله اطوارا نطفا ثم علقا ثم مضغا ثم عظاما ثم لحما ثم انشاءنا خلقا اخر كما تزعم وتزعم اننا نبعث في ساعة واحدة فانزل الله جوابا لقولهم لاخلقكم ولا بعثكم الا كنفس واحدة انما يقول لشيء كن فيكون *d: Dixerunt Infideles: O Mahumete, Deus creauit nos multiformiter, et quasi per plures vices. Primò per spermà: secundò per sanguinem coagulatum: tertiò per frustum carnium, seu molam: quartò per ossa: quintò per carnem: postremò produxit nos in creaturam aliam, ut tu dicis. Et nunc afferis, nos resuscitandos esse hora una. Deus uerò respondit illis: Non fuit creatio uestra, neq; erit suscitatio, nisi iuxta animam unam. Tamen hæc uerba ita ut dixi, exponit* كن فيكون *illis: sicut fuit creatio eius, ita erit resuscitatio eius: nempe ipse uerbum* كن *Esto. uel uerte: iuxta creationem et suscitationem animæ unius: nempe uelocissimè.*

34. *scientia Horæ*]. Enumerat Alcoranus quinque res, quarum scientia penès Deum tantùm est: nempe: quando futura sit dies supremi Iudicij: quando pluuia uenturo sit: quid sit in utero pregnantis, masculusne, an fœmina (alij addunt, quantum crescant uel decrescant uterq;): quid futurum sit die crastino: in qua terra quis moriturus sit. Hæ uocantur apud Arabes مفاتح الغيب *quinque claues Arcani*. Sed aliquæ harum clauium uidentur esse aliquo modo etiã apud homines.

Refutationes

1. Vide crassi ingenij ostendit se Mahumetus, cum putat Cælum inuisibilibus columnis sustineri, uel saltem miraculum esse, quòd sine columnarum fulcimento non corruat: terram uerò ingentibus montibus sicut immotilem, ne homines circummoueantur eum ea. Risum meretur hic, non refutationem. Iam enim contra est naturam grauis terræ, ascendere sursum in Cælum. Porrò etiam si terra motu circulari ageretur, non tamen hominibus ex hoc incommodi quicquam proueniret, quemadmodum nullum prouenit eis, qui ibi nauigant, uel nauigando, terram ipsam circumgirant. ~~Hic ignorat Philosophiæ erat Mahumetus~~.

2. Cum ex ipso Mahumetanorum testimonio euidenter habeatur, Zoemanem nullum alium esse, quàm Aesopum: gratulandum est Mahumeto, quòd in Alcorani sui scenam tam lepidæ personæ inducat; et quòd inter fœtæ suæ sanctos Aesopum annumeret: quem licet apud omnes constet idolatram fuisse, Mahumetus tamen unius Dei cultorem, neque religionis æmulum, et quidem sanctissimum, ac sapientissimum facit. Libet interim hic Mahumetum stultum contemnere ac relinquere; et Joannem Henricum Hottingerum stultum simul et impium conuenire. Sic in historia sua Orientali, lib. 1. cap. 3. cum de hoc Mahumeti errore disputasset, hæc ipso couonide subiecit: Quisquis in hunc modum

τῶ Θεοπροπίῳ (morari iuuat: quia, quid scirem, facte-
rius (nemini in mentem uenit) adeo inualuerit, et in-
crauerit Machammedismi in Hasyleme cerebrum, ut religionis
collocandis fundamentis fuisse, ut cum serpentum fa-
ciat habeatur fabula. Hebesco. Sed quid miremur hac
insania Grecos fuisse correptos, qui in sensum planè re-
probum datos a Deo τοῖς καὶ τὰ μὴ κοντα
κοντα, quique nec literas norant, nec nare. Hoc
tibi admirationi excidet in nobis, multos inter Chri-
stianos, et quod maius est, inter Doctores eorum ita
caligare, ut absque Ecclesiæ conspicillo non uide-
ant, quid distent era Scripturis: qui iurant, hic
sensu, dici posse, tantum scripturæ ualere, quantum
ualeant fabulæ Aesopi, si detrahuntur auctoritate
Ecclesiæ. Verum et hic et alibi, Ecclesiæ Romanæ cum
Antichristo Orientali conuenire, infra plurimis docebi-
mus. Addit uel ipse Hoctingerus, uel aliquis eius disci-
pulus, in margine libri: Item Turcarum, et Pontifici-
orum de Aesopo iudicium. Has nebulonis Phigurini
impias ac rebellibus impudentiæ, et quam efficto fronte
mentiantur. Quis enim Catholicorum, Aesopi fa-
bulas cum Scripturis sacris unquam comparauit, uel
compararet modo, etiamsi Ecclesia nondum nobis
ea tanquam Dei eloquia credenda proposuisset. Et
tenuis nemo dubitare potest, uereris, nonisque testa-

ebs
mentis libertate quilibet Orthodoxe in tantum
in tantum accipiat
verbum Dei, atque adeo in cultu habeat, in quantum
quod in quantum
Ecclesia universali illi proponuntur. Aliquin esset
in libertate cuiuslibet, sacras Scripturas dignoscere,
atque ad libitum eligere. Verum quid miramur, impium
hunc Haereticorum in rebus sacris ita ingredire, ac ejeuh=
re, qui in Mahumetanorum regij, in quibus se fauit
archimandritam, & quotidie illuminatur? absit hoc loco,
Antoniam * Zigeum, virum pietate, ac doctrina insignem,
toto Cælo abervare, quod dicat in suo Thesauro stratico:
Fuit porro Coeman sapientia superditus fabularum, non
dissimilis Ezopo. Fuit etiam alter apud Arabes prophe=
& loco cultus. Negent hic hisrno Siguinus: Neque
enim fuemanu Prophetæ fuit: ut ipse Beidaui no=
net: neque duo hoc nomine apud Arabes seruarunt
celestes. Hæc strato Siguinus ex tripode. At si ita
in Arabici generis fuisset, qualem se iactat, legisset sa=
ne in Zamhasero, non desse, qui Coeman ueluti Prophe=
tam fuisse. Et apud Ismaelem filium Aby item legis=
set, præter hunc Coeman, fuisse alium insignem eius
nominis virum, quemadmodum superius a nobis comme=
moratum fuit

* Zigeum

سورة

سورة السجدة مكية
ثلاثون اية

SVRA XXXII

ADORATIO.

Meccana: commatum triginta.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. A.L.M.
2. Demissio *Libri Alcorani (non dubitandum de eo) fuit a Domino Seculorum.*
3. *An dicent: Mendaciter confinxit illum Mahumetus? atqui ipse est veritas à Domino suo, ut prædicet eum hominibus, ad quos non venerat ullus prædicator ante se; ut ipsi dirigantur.*
4. *Deus est qui evacuit Cælos, et terram, et quod est inter hæc duo, in sex diebus: deinde a consedit super thronum. Non est vobis præter eum ullus patronus, neque intercessor: An ergo non recogitabitis?* b
5. *Gubernat res à Cælo usque ad terram: deinde revertuntur ad eum in die, cujus mensura est mille annorum ex iis, quos enumeratis.*
6. *Hic est cognitor absconditi, et manifesti: Excelsus Miseri-*

a. adæquavit se

b. reminiscemini

246

Misereor

7. Qui optimè fecit omnem rem, quam creauit: et ex-
orsus est creationem hominis ex luto.
8. Deinde constituit generationem eius ex sanguine
coagulato, ex o aqua tibi.
9 Deinde conformauit eum, et insufflauit in eum de
spiritu suo: et fecit vobis auditum, et visum, et corda.
Quam pauci sunt, qui gratias agant!
10. Et dicunt: An postquam latuerimus in terra sepulti
an nos tunc reducendi sumus in creaturam nouam.
11. Atqui ipsi in occursum Domini sui non credent.
12. Dic: Defungi faciet vos Angelus mortis, qui pres-
titus fuit vobis: tum ad Dominum vestrum reducemini.
13. Et si videres cum sceleratis humiliter demittentes capita
sua coram Domino suo, dicent: Domine noster, vidi-
mus et audiuimus veritatem: fac ergo rursus redire nos
in mundum, ut operemur rectum: nunc certè sumus
firmiter credentes: videres utique rem miram
14. Quod si voluissemus, certè dedissemus omni animæ
directionem eius: sed verificari debet dictum a me:
Profectò implebo gehennam ex genijs, et hominibus si-
mul collectis.
15. Gustate ergo penam ignis: eò quod oblitus fueritis ad-
ventum diei huius; nos quoque obliuiscemur vestri: et
gustate penam æternitatis eò id quod egeritis fuistis.
16. Profectò credunt in signa nostra illi qui cum com-
moniti fuerint de eis, prosternunt adorantes, et celebrant

Laudem

laudem Domini sui: et ipsi non efferuntur in superbiam.

17. Eleuantur latera eorum e' eubilibus [l. surgunt e' stratis suis] ac innocens Dominum suum cum timore, et spe: e' ex eo quod' tribuimus illis in alimentum, dilar=giantur.

18. Nescit autem anima quid abscondirum sit ipsis de sanitate seculorum in mercedem ob id, quod fuerunt opera- 33/551.
vati.

19. An ergo qui fecit fideliter tractabitur vicem ille, qui fal=sis preuaricator? non erunt in pari conditione; etenim ij, qui credidcrint, et fecerint recta, ipsi ferunt honori, receptacu=lum ad hospitium, ob id, quod fuerunt operati.

20. At qui preuaricati fecerint, receptaculum eorum erit ignis. Quotiescunque uoluerint exire ab eo, regredi fient in illum, et dicetur illis: Iustate penam ignis, quem ut mendacium negabatis.

22. Et quidem iustare faciemus eos antea in hoc mundo de pena leuiori, ne penam grauissimam gehennæ; si forte ipsi conuertantur.

23. Quis uero est iniquior, quam' ille, cui sic dicta sunt signa Domini sui, deinde recessit ab eis? nos rare de celestis uisionem sumpsimus sumus.

24. Et iam quidem dedimus Moysi librum: ne forte ij in dubitatione de occursu eius [i. quando occurrit ei Moyses in Oreb in nocte mystica eius]), et posuimus eum directionem filijs Israel: et constitui=mus ex eis Antistites, qui dirigerent reliquos per

imperium

impenium nostrum, postquam patienter sustinuissent, et vi signa nostra firmiter credidissent.

25. Certè Dominus tuus ijsdè decidet inter eos in die resurrectionis circa id, in quo discordes fuerant.

26. An nondum innotuit illis quor ~~cō~~ generationibus plures diderimus ante eos ex generationibus, ambulant nunc ipsi in habitationibus eorum? Certè in hoc sanè sunt signa: an ergo non audiunt?

27. An etiam non vident quod nos adducimus aquam in terram sterilem, et nudam, et educimus ex eam semen, ex quo comedunt pecora eorum, et anime eorum? An ergo non aspiciunt?

28. Et dicunt infideles fidelibus: Quando erit hec decisio Dei inter nos, et vos, si estis veraces?

29. Responde: In die huius decisionis, non proderit ijs qui infideles fuerint fides eorum: neque ipsi a expectabuntur ad penitentiam.

a. aspicientur

30. Recede ergo abeis, et expecta penam eorum; certè ipsi expectãtium sunt malum aliquod de te.

Note

Ex eo quod habetur uers. 16. de Neophytis Mahumetanis audientibus lectionem Alcorani خروا سجدا procidunt adorantes, deducitur hanc huius inscriptionis quam Meccanam esse, et triginta versus continere Scriptores conueniunt. Quisquis enim legerit لم يدخل الشيطان بيته ثلثة ايام, non ingredietur Satanas in domum eius per tres dies. Iamchascerius aliud refert premium

nempe

nempe اعطى من الاجر كانما احيى ليلة القدر. *Addetur ei merces ac*
si uiuificauit fuisset in nocte Alcadar
s. eius mensura erit mille annorum] *Jelal*: وفى سورة
سال خمسين الف سنة وهو يوم القيمة لشدة هوله بالنسبة الى الكافر اما
المومن فيكون اخف عليه. *Et in sura* + ~~alia~~ *ponuntur quinqua-* + que inscribi-
ginta millia annorum. Erit autem hic dies resurrec- tur Intdvro-
tionis, qui adeo prolixus futurus dicitur propter ma- gauil:
gnitudinem terroris respectu infidelium: sed fidelibus
erit leuior. Alibi uidimus Mahumetanos commu-
nitere sententiae, supremum iudicium in dimidio par-
te diei naturali esse absolicendum.

14. *Ne forrò ty in dubitatione de occasu eius*] *Videque dicta sunt circa hunc occursum Sho-*
lis, et Mahumeti Sura 15. in principio. Forrò
uerba illa, et posuimus eum, refert Jelal tam
ad Mogren, quàm ad Lentareuchum: sed recte ty re-
fert ad Lentareuchum.

15. *Quando erit hęc decisio?*] Arabicè الفتح est pro-
priè aperitio: aliquando sumitur pro uictoria. Hoc
loco Jelal uidetur accepisse pro pœna infligenda
infidelibus, quâ decidet Deus litem inter eos, et
fideles. Ita etiam Jahia explicat بعذابهم القضى *deci-*
sionem & supplicium eorum; seu sententia defi- بعذابهم
nitiua pœne eorum. +

Refutationes

1. *Supponit Mahumetus id, quod probare debuisset.*

neinyxé-

nemque: nullam ipse dubitationem, quin Alcoranum demisserit è Cælo à Deo, et omnimodam contineat veritatem. Id de facto secundo assertionis arguitur manifestè falsitatis. Certum est enim, Alcoranum habere multa, quæ Sacrarum Scripturarum veritati, et naturali ipsi lumini repugnant: quamobrem nullo modo posse esse à Deo.

4. Quod diem Judicij mille annorum spatium occupaturum esse pronuncies, vel ipse mendax est, vel Sacri nos omnes mendaces: hi enim unanimi consensu diem dici tantumodò coæternum esse affirmant. Quodo ingenium Belial, dum hanc tantam unius dici longitudinem impiorum timoni ^ et angustijs attribuis. Sed verba Alcorani sunt nimis aperta, nec tam pijs patiuntur interpretationem. Miror verò, quòd cum Moslemi pro impio atque hæretico habeant illum, qui Alcorani verba ad metaphoram detorquent, neque ea prout sonant, accipiunt: hic suam ipsi regulam transgrediantur.

3. Magnam Divinæ Bonitati et Justitiæ infert injuriam Mahumetus, dum asserit, Deum voluisse dirigere omnes homines ad salutem, quia antea promiserat, se impletorum gehennæ Genijs et hominibus: quasi verò Deus necesse sit homines ad peccandum, et impellat eos in gehennam, ut possit promissum suum ~~implere~~ verificare de implenda gehenna damnatis. Repugnat hæc Deo, eiusque Equitati. Quod si dicant Mahumetani, etiam in Evange-

lio

lio reperiri huiusmodi formas loquendi: ut cum Christus loquens cum Patre in Euangelio S. Ioannis cap. 17. dixit de Iuda: Quos dedisti mihi, custodiui: et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, ut Scriptura implcatur. Respondemus, non ideo periisse Iudam, quia Scriptura hoc prædixerat: sed quia suæ culpæ perituros erat, Scriptura hoc prædixisse: neque enim res eueniunt, quia Prophetæ ea vaticinati fuerint; sed Prophetæ res ipsas præuidentes futuras, illas vaticinantur. Quod si in hoc sensu explicentur uerba Alcorani, uidentur posse aliquo modo tolerari. Verùm si recte consideretur, huiusmodi explicationem non admittunt. Cum enim asserunt, Deum non fuisse homines, ut eos damnet ad gehennam, constat manifestè, Deum esse Authorem damnationis eorum: neque ideò Deum prædixisse eorum perditionem, quia uidebat eos propria culpa damnandos, sed quia iam decreuerat eos illos damnare, atque ideò noluisse eos ad salutem dirigere, ut in gehennam detruderentur. Et ita intelligunt uerba Alcorani non pauci inter Mahumetanos Sapientes: imò hæc sententia communis est inter eos, et articulus fidei, dum certò tenent hominem necessitari ad malum ingressi ex ui decreti, seu prædestinationis diuinæ, ut constat ex professione fidei edita à Mohammedo filio Mohammedi patre Hamedi, cognomine Algazelo, ubi agens de Voluntate Dei, asserit: الله يخلق

والملكوت قليل ولا كثير صغير او كبير خير او شر نفع او ضر ايمان او كفر عرفان
او نكر فوز او خسر زيادة او نقصان طاعة او عصيان الا بقضايه وقدره
وحكمه ومشيئته: *Non euenire in regno terrestri et celesti pa-*
rum, aut multum; exiguū aut magnum; bonum, aut malū;
utile, aut noxium; fidem, aut infidelitatem; scientiam,
aut insciitiam; salutem, aut perditionē; augmentū, aut
defectum; obedientiam, aut inobedientiam, nisi per de-
terminationē Dei, & decretum eius, et sententiam seu iu-
dicium eius; & uoluntatem eius.

سورة الاحزاب مدنية
ثلاث وسبعون اية

SVRA XXXIII
CONIVRATI.
Medinensis: commatum
~~trium et~~ septuagīta.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. O *Prophetа: time Deum: et nē obedias infidelibus,*
et impijs: quippe Deus est sciens, sapiens.
2. *Et sequere id, quod reuelatur tibi à Domino tuo:*
nam Deus est de eo, quod facitis perfectē instructus.

3. Et

3. Et innitere super Deum: nam sufficiens est in Deo
procurator
4. Non dedit Deus viro duo corda in interiori eius:
neque fecit uxores uestras (quarum a aliquibus dicitis: a. aliquas uocatis dorsum matrum uestrarum
Tu es apud me sicut dorsum matris (meæ) matres ues-
tras: ita ut non possitis eas repudiare: neque fecit
filios uestros adscititios, filios uestros ueros. Hoc dictum
uestrum in oribus uestris: sed Deus dicit ueritatem; et
ipse dirigit uiam ad illam
5. Adnocate eos [i. adscititios] ad patres eorum: hoc
est iustius ~~eos~~ apud Deum. Quod si non nouentis pa-
tres eorum: sint fratres uestri in Religione, et propin-
qui uestri: neque erit super uos piaculum in eo, quod
erraueritis circa hoc: sed in eo, quod intenderint corda
uestra [i. in eo quod non per errorem, sed mala inten-
tione feceritis]: et erit est Deus Indulgens, Misericors.
6. Propheta [i. Mahumetus] propinquior est fideli-
bus, quam anime eorum [i. quam sint sibi ipsis]: et
uxores eius sunt matres eorum: et consanguinei,
alij eorum sunt propinquiores alijs in libro Dei, quã
sint Fideles, et transmigratores. Verum quod faciatis
erga propinquos uestros iustum, erit hoc in libro scrip-
tum [i. in tabula custodita]
7. Et memento cum accepimus a Prophetis pactum eorum:
et a te, et a Noë, et Abraham, et Moyse, et Iesu filio Ma-
rie: et accepimus ab eis pactum crassum [i. iniuimus cum
illis fœdus firmissimum]

8. Vt intrauerget Deus ueraces de ueracitate eorum: et preparauit infidelibus penam discruciantem.

9. O qui credidistis, mementote gratie Dei erga uos, quando uenerunt ad uos exercitus infidelium, et misimus contra eos uentum, et exercitus Angelorum, quos non uidebatis: et erat Deus in id quod faciebatis inspiciens.

10. Cum uenerunt ad uos a parte superiori uestrum, et a parte que erat inferior uobis: et quando auertebantur aspectus uestri ab omni alia re, intenti tantummodo ad hostes: et peruenichant corda uestra ad timorem usque ad guttura: et cogitabatis de Deo cogitationes uarias

11. Ibi tentati sunt fideles: et exagitati sunt agitatione uehementi.

12. Et cum dicerent imbecilles, et quorum in cordibus erat morbus infidelitatis: Non promisit nobis Deus, et legatus eius, nisi fallaciam.

13. Et cum dixit pars ex illis: O familia Iathred [i. e Medinenses], non erit locus stabilis huic nobis: itaque reuertimini. Et petierunt facultatem redeundi pars ex eis a Prophetâ, dicentes: Sanè domus nostræ sunt debiles: a: dixerunt
sed non erant debiles: si uolebant aliud nisi fugere. b: ipse

14. Quod si intratum fuisset ad eos ab extremis finibus eius, [nempe Medinæ], et rogati fuissent, ut ammitterentur schisma: citiùs accessissent ad illud: sed non

permansi-

permanerisſent in eadem Medina nisi modicum tempus
[quia scilicet Deus perdidisſet eos]

15. Et iam quidem promiſerans illo antea, quod non
retroauerterent pedem: et est promiſcio facta illo exi-
genda. [i. reddenda erit ratio dicta]

16. Dic: Nullatenus prodesit vobis fuga. Si fugeritis
a morte, nec à cede: nihilominus non fruemini vel
toto mundo, nisi parum.

17. Dic: Quis est ille, qui tueatur vos à Deo, si vo-
luerit inferre vobis malum, aut voluerit uti vobiscum
misericordia? et non inuenient sibi iuxta Deum Pa-
tronum, neque defensorem.

18. Iam nouit Deus impedientes ex vobis alios, ne
eant ad proximum, et dicentes fratribus suis: Venite ad
nos [i. ad partem nostram] neque veniunt ad certa-
men, nisi exiguo tempore: pauci

19. Auari erga nos. Cum uero venerit timor: vide-
bis eos respicientes ad te: circumuoluuntur oculi eorum
uelut illius, super quem venit obtenebratio ex morte.
Cum uero abierit timor, mordebunt vos linguis
acutis: auari [i. cupidi] super id, quod melius est in
spoliis, et predis. Hi non crediderunt: ideo irrui-
tia reddidit, Deus opera eorum: et fuit hoc apud Deum
facile.

20. Existimans, Coniuratos non iuisse ad Meccam
ob timorem ipsorum. Quod si venerint Coniurati
alia uice, desiderabunt esse in deserto inter Ara-
bas

bus scenis, ne cogantur pugnare contra eos. Interroga-
bimus, requirendo, nuncia de nobis. Quod si fecerint nobis-
a. pauci cum, non pugnabunt, nisi a parum.

21. Iam quidem fuit nobis in Legato Dei exemplum pul-
cherrimum ei, qui pervenit in Acab, et diem nouissimum, et
memineris Dei plurimum.

22. Cum autem audissent Fideles Coniuratos, dixerunt:
Hoc est quod promiserat nobis Deus, et Legatus eius: et
[illegible] fuit Deus, et Legatus eius. Et non auxit
eis hoc, nisi fidem, et firmitatem.

23. Ex fidelibus uiri quidam uerace, fuerunt in obser-
a. aliquis abstu- uando quod promiserant Deo: et ex eis quidam a [illegible]
runt b metam suam [i. mortui, uel occisi sunt] et ex
b. aliquis expectat eis quidam expectans hoc idem: et non commutauc-
runt commutando promissionem suam.

24. Vt remuneret Deus uerace obseruantiam ipso-
rum; et puniat impios, si uoluerit, uel propitietur eis:
nam Deus est Inductor, Misericors.

25. Et repulit Deus eos, qui fuerunt infideles [illegible]
Coniuratos]: cum furore [illegible] suo non obtinuerunt
bonum ullum: et sufficiens fuit Deus Fidelibus ad pre-
lium: nam et Deus fortis, Preprotens.

c. familia libri 26. Et descendere fecit eos, qui adiuuerant eos ex
Scripturalibus, ex arcibus suis [nempe Coniurantes]:
et coniecit in cordibus eorum terrorem: partem eorum
occidistis, et captiuastis partem eorum: et hereditare
fecit nos Deus terram eorum, et habitacula eorum,

et facultates

et faucibus eorum, et terram, quam nunquam calca=
uerabis : nam est Deus ad omnem uem potens.

27. O Propheta, die uicinibus tuis : Si uultis uitam
mundanam, et ornamentum eius ; uenite, dabo uobis
utensilia, quæ multis ; et dimittam uos dimissione
pulcra [i. repudiabo uos honestè, et sine ui]

28. Sed si multis Deum, et Legatum eius, et Palatium
nouissimum [i. Paradisum] : certè Deus præparauit de=
ne facientibus ex uobis, meritedem indignam.

29. O Vicines Prophetæ ; quicunque perseuerauerit ex
uobis flagitium manifestum : duplicabitur illi pena
duabus duplicationibus : erit hoc apud Deum facile.

30. Qui autem denouerit se ex uicinis Deo, et Legato
eius, et operata fuerit rectum : dabimus illi mere=
dem eius duabus uicibus : et præparauimus illi proue=
tum honorificum in Paradiso

31. O Vicines Prophetæ, non estis sicut una ex ue=
stris mulieribus. Si timetis Deum, ne molliores
sitis in uerbis, ne speret expugnare uos is, in cuius
corde est morbus amoris : sed dicite dictum conue=
niens [i. humaniter, sed non nimis blande] responde=
tis]

32. Et residete in Domibus uestris ; et ne adornetis
uos ornatu ignorantiæ prioris [i. quo iste saeculi tem=
pore idolatriæ] : et persoluite orationem, et facite
eleemosinam ; et obedite Deo, et Legato eius : utique
uult Deus remouere a uobis abominationem [i. mani=
festam]

الجزء الثاني والعشرون

Pars Vige=
sima se=
cunda

ornamentorum], cum sitis familia. Homus [i. è Homo Prophetæ]; et purificaremus purificando.

33. Et memento. illius, quod legitur in domibus ves-tris de signis Dei, et sapientia [i. de Alcorano, et Sonna] quibus Deus est benignè instructus.

34. Estè Morlemi, et Morlemæ, et fideles uiri, et fideles mulieres: et deoti, et deotæ; et uendici, et uendicæ; et patientes uiri, et patientes feminæ; et qui se humiliter demittunt, et quæ se humiliter demittunt: et eleemosynarij, et eleemosynariæ: et ieiunatores, et ieiunatrices: et custodientes mentulas suas, et custodientes cunnos suos ab illicito coitu: et qui mentionè faciunt Dei plurimam, et quæ mentionè faciunt Dei plurimam: præparauit illis Deus indulgentiam, et mercedem magnam.

35. Et non est conueniens uiro fideli, neque mulieri fidelæ, ubi decreuerit Deus, et Legatus eius rem aliquam, ut sit ipsis electio ullius rei ex diuersa ab eo, quod illi decreuerint. Et qui contumax fuerit Deo, et Legato eius, iam pro-rsus erraris errore manifesto.

36. Et memento cum dixisti Zaido filio Harethæ, in quem beneficus fuerat Deus, et tu quoque beneficia contuleras in eum: Bene tibi uxorem tuam, et time Deum in ea repudianda: Et tu ô Mahumete, abscondebas in animo tuo id, quod Deus erat manifestaturus [i. amorem tuum erga illam, et quem duriores ea in uxorem, si Zeidus eam repudiasset]: sed timebas homines, ne obloquerentur de re. propter hoc: et Deus

inuerius

iustius erat ut timeret. Postquam autem decreuit Ieiduy
de ea intentum [i. id quod uidebat, repudiando scilicet eam]
copulauimus tibi eam: ne esset apud fideles priaeulum
in accipiendis uxoribus adoptiuorum suorum, cum deue-
niens de ipsis intentum [i. cum repudiauerint eas]. Et
autem praeceptum Dei exequendum.

37. Non fuit super Prophetam illum piaculum in fa-
ciendo id quod statuit Deus illi, conforme statuto Dei
erga illos, qui praecesserunt antea: est enim praeceptis
Dei mensura prensurata [i. omnino iustum]

38. Qui [nempe Prophetae praecedentes] praedicabant
mandata Dei, et timebant eum, et non timebant ul-
lum, nisi Deum: et Deus sufficiens est in Deo comput-
tator [i. sufficit, ut Deus aliquid probet]

39. Non est Mahumetus pater uillius ex uiris ues-
tris, ita ut non possit ducere uxorem illius: sed est
legatus Dei, et sigillum Prophetarum: et est Deus
in omni re Sciens.

40. O qui credidistis, memenote Dei memoria
alumna, et laudate eum mane, et uespere.

41. Ipse est qui orat super uos, et Angeli eius ideo fa-
ciunt: ut educat uos de tenebris in lucem: et est erga fi-
deles misereor.

42. Salutatio eorum, die, qua occurrent ei [i. die resur-
rectionis], erit: Pax: et praeparauit illis mercedem ho-
norificam.

43. O Prophetes, certe nos misimus te testem, et

fausta

fausta annunciantem, et infausta comminantem, et adu=
cantem ad Deum per voluntatem eius, et lucernam illu=
minantem.

44. Annuncia ergo fidelibus, quod ipse Christ ad Deo ab fun=
dantia magnâ [l. Lavadicus]

45. Et ne obedias infidelibus, et impijs: et omitte no=
vere eis: et innitere super Deum: et sufficiens est eum
Deo [l. Deus] procurator.

46. Et qui credidisti deriunt, cum nupseritis feminis fidelibus,
deinde repudiaueritis eas, antequam tetigeritis eas:
non erit vobis mulieras ex meta progenista, quod tran=
sgrediamini illam [l. non licebit vobis eas retinere ultra
terminum à Lege prafenistum retentionis earum post
repudium]. Itaque date eis utensilia [l. quod debetis
dare iuxta legem]: et dimittite eas dimissione pulera
[l. honorifice, et sine noxa, aut ui]

47. Et Prophetæ, nos scire licitas feminas tibi uxores
tuas, quibus dedisti mercedes [l. dotes] earum; et li=
tas etiam feminas ancillas, quas possedit dextera tua
ex eo quod concessit tibi Deus [l. ex præda hostium]: et
filias patrui tui; et filias Amitarum tuarum; et filias
auunculi tui; et filias matertterarum tuarum, quæ tran=
migrauerunt tecum è Mecca: et quamlibet mulierem
fidelem, si donauerit se tibi Prophetæ, dummodo uelit
Prophetæ ducere eam in uxorem. Hoc est privilegium
concessum tibi præter cæteros Fideles. Iam nouimus
quid sanxerimus ijsdem Fidelibus circa uxores eorum,

et eo

et id, quod possederunt dextere eorum [i. circa ancillas eorum], ne sit super eo piaculum [i. ne reatus ullus angaris in eo, quod concessimus sibi]: et est Deus Indultor, misericors. 46. Expectare facies quam voluerit ex ijsdem uxoribus suis amplexus tuos: et recipies ad te quam voluerit, et quam concupieris ex ijs, quas receperis antea à concubitu tuo: neque erit id piaculum tibi. Hoc enim magis idoneum ad hoc ut exhilarentur oculi eorum, et ipsæ non tristentur, sed contentæ sint eo, quod consulens eis, unaquæque eorum: Et Deus scit id, quod est in cordibus vestris: nam est Deus Sciens, Solers.

47. Non a licitum tibi accipere uxores posthac præter nouem, quas habes: neque commutare eum illis aliàs uxores, etiam si placuerit tibi pulchritudo earum: præter eas, quas possedit dextera tua [i. præter captivas, seu ancillas]: est autem Deus super omnem rem Observator.

48. O qui credidisti, ne ingrediamini domos Prophetæ, nisi annuatur vobis, ad sumendum cibum, non cõpectans tempus illi opportunum: sed cum vocati fueritis, ingredimini. Cum verò cibum sumpseritis, discedite: separatim: neque moremini familiariter, misceamini sermonibus confabulationem: nam hoc offenderet Prophetam: etenim vereretur vos ejicere: sed Deus non vereretur de manifestanda vobis veritate. Cum autem petieritis ab eis [i. ab uxoribus Prophetæ] aliquid ad usum vestrum

a. Non quum licitè tibi + licebit tibi

uestrum, petite a Deo de post uelamen. Hoc erit peculium
[i. seruitus ad puritatem seruandam] cordibus uestris,
et cordibus earum; neque expediens est uobis, ut Dei
Legatum Dei, neque ut nubatis uxoribus eius post eum
[i. post mortem eius, seu postquam ipse accepit eas]
unquam: nam hoc esset apud Deum ingens magnum
si. Si propalauerit quidpiam, aut celauerit illud: pro-
fecto Deus est in omni re uidens.
52. Non erit periculum super eadem uxores, si uideni si-
nant se, et obloquantur sublato uelamine eum patribus
suis, neque filijs suis, neque fratribus suis, neque filijs
fratrum suorum, neque filijs sororum suarum, neque fe-
minis suis fidelibus, neque ijs, quos possederint dextere
earum [i. eum seruis, et ancillis]. Et timete Deum, o
uxores Prophetæ: nam Deus est super omnem rem
testis.
53. Certe Deus, et Angeli eius orant super Prophetam.
O qui credidistis, orate etiam uos super eum: et salu-
te eum salutem appreciando.
54. Porro qui offenderint Deum, et Legatum eius, ma-
ledicet illis Deus in hoc Mundo, et in altero seculo: et pre-
parauit illis pœnam ignominiosam.
55. Et qui fœminis uiros fideles, et fœminas fideles
absque eo, quod id commeruerint: sine causa iaculerit
portabunt mendacium, et delictum manifestum.
56. O Propheta, dic uxoribus tuis, et filiabus tuis,
et mulieribus fidelium, ut laxent super se ex pallijs

suis

suis [i. demittant partem eorum super faciem, quando exeunt foras, relicto tantum foramine unoquoq; oculo] hoc ent facilius, ut cognoscantur esse hostiles, et ingenuę; et ꝺ offendantur acrius, et multo minus honestè. Est autem Deus indulgens, misericors.

57. Certè si non abstinuerint ab iniquitate sua impij, et quorum in cordibus est morbus lasciuię, et tumultum excitantes in medina: profectò ineitabimus te contra eos, ut expugnemus illos: sine non cohabitabunt secum in eâ, nisi parum.

58. Maledicti erunt: ubicunque deprehensi fuerint, capientur, et occidentur interfectione.

59. Statutum Dei fuit hoc contra eos, qui præcesserunt antea: et nequaquam inuenies statuto Dei immutationem.

60. Interrogabunt te homines Meccani de hora [iudicij] dicentes: Quando erit? Respondeo: Profectò scientia eius est penes Deum; et non venit te scire, utrum hora sit propinqua.

61. Certè Deus maledixit infidelibus, et præparauit illis ignem accendendum;

62. Perennem aturi in eo semper: non inuenient patronum, neque adiutorem.

63. Die, qua reuoluentur facies eorum in igne, dicent: Vtinam nos obedissemus Deo, et obedissemus Legato.

64. Et dicent: Domine noster, certè nos obedimus Principibus nostris, et Magnatibus nostris; et erraue-

runt

fecerunt a via recta

65. Domine noster da illis baptism de ffena nostra: et
maledic illij maledictione graui.

66. O qui credidistis, ne sitis sicus illi, qui leserunt Moy=
sem, detrahendo illi: sed iuvgauit eum Deus ab eo, quod dixe=
rant contra illum: et fuit apud Deum illustris.

67. O qui credidistis, timete Deum, et dicite dictum so=
lidum [L. loquimini recta, ac vera]

68. Vt [illegible] nobis Deus opera nostra: et condones
nobis peccata nostra. Et qui obedieris Deo, et Legato eius,
iam procul felicitabitur felicitate magna.

69. Nos sane proposuimus fidem Caliz, et teuge, et mon=
tibus: sed vererunt portare eam, et formidauerunt ab
ea: et portauit eam homo: atqui ipse fuit iniquus, mul=
tus.

70. Vt puniat Deus impios, et impias; et associatos,
et associatas: et propitius sit Deus super fideles viros,
et fideles mulieres: est enim Deus Inductor, misericors.

Nota.

Inscriptio sure desumitur a eo, quod Mahumetus
contra quosdam e suis, qui adversum se coniurare=
rant, reuelatum sibi fuisse confingit: quamuis hoc
non ex professo, sed obiter, et quasi per transennam
in ea tractetur. Delal, et Japhias faciens hanc sura
Medinensem. Meccanam ponit Haringerus: sed

fides

fidescius nihili faciendo. Verius communiter tred
sigura reimaginibus numerantur: sed numerus à me
positus uerior uidetur. De primis lectoris legendo.
مَن قرأ سورة الاحزاب وعلّمها اهله وما ملكت يمينه اعطى الامان من
عذاب القبر *Qui legerit Suram Coniurationum, et docuerit*
eam domesticos suos, et seruos suos, habebit securitatem
à tormento sepulcri: de quo alibi uide à me dicta.

4. *Non dedit Deus uiro duo corda*] *Si credimus Zelali,*
dictum fuit hoc ردّاً على مَن قال مِن الكفار ان له قلبين يعقل بكل منهما
افضل من عقل محمّد: *ad respondendum cuidam ex infi-*
delibus, qui asserebat, se habere duo corda, quorum quolibet
intelligebat melius, quam intelligeret Mahumetus

* *Neque fecit uxores uestras*] *Tempore Idolatriæ ante*
Mahumetum, cum quis nollet uxorem suam repudiare, uel
impedire, ne consanguinei sui eam iam dimissam ducerent,
dicebat ei (inquit Zelal) انت علىّ كظهر امّى *tu es apud*
me sicut dorsum matris mei. Per quod profitebatur
se habere uxorem in eodem gradu, quo matrem suam.
Hoc autem nunc Mahumetes arrogat: quemadmodum
etiam arrogat sibi unum alium, quo filij adscititij, seu adop-
tiui, habebantur tanquam ueri filij; et ex eo eorum adoptio-
ne uiebatur impedimentum dirimens matrimonium.
Huic Mahumetis sanctioni dedit occasionem, quod, ut
ait Zelal, اليهود والمنافقون قالوا لما تزوّج النبىّ زينب بنت جحش التى
كانت امراة زيد بن حارثة الذى تبنّه قالوا تزوّج محمد امراة ابنه فكذبهم الله فى ذلك.
Iudei, et impij Mahumetani, cum Mahumetis duxisset
in uxorem Zeinebam filiam Iahsei, quæ erat uxor Zeidi

filij

filij Harethe, quem Teidum adoptauerat Mahumetus ex liberto in filium: egressum obloqui de Prophetæ, ac dicere: Mahumetus duxit in uxorem coniugem filij sui Zerum mendacij redarguit eos hoc loco.

5. Vocate eos ad patres eorum | Idest, restituite adoptatos à nobis parentibus eorum naturalibus. Quod si eos non inuenietis: habete illos ut fratres, et propinquos in Religione tantum: ita ut nullum inferant maximo nec impedimentum.

6. Propheta propinquior est fidelibus | Hanc maiorem فيما دعاهم Zelal ودعتهم انفسهم الى خلافه: in eo, quod uocauit eos ad fidem, et ijsti sponte amplexi sunt sequelam illius. Ita ut lege propinquitas non impediret eum, quin posset ducere in uxorem quascunque ex asceticis suis. Contra uero cum dicit, uxores suas esse matres fidelium, explicat idem Author, eum significare عليهم نكحتهن prohibitionem coniugij earum cum ijsdem. Sensus uero uerborum illorum: et consanguinei, alij eorum sunt propinquiores, est: Hereditates spectant ad propinquos consanguinitatis, eiusque iuxta gradum suum: non autem ad propinquos in fide, et Religione. Per hoc autem abrogatur id, quod statutum erat in Sura octaua de Manubijs: quod nimirum in hereditatibus, et legatis non haberetur ratio consanguineorum, nisi eorum, qui crediderant, et è Mecca emigrauerant: Ita Zelal, Sahias, et alij Expositores

7. et

7. Et memento eum accepimus à Prophetis] Fingitur Mahumetus fuisse in errore Thalmuditarum, quod nimirum Prophetæ omnes, et ipse etiam, fuerint in monte Sinai una cum Moyse; ubi acceperint à Deo munus propheticum, quod hic pactum appellatur. Attamen Gelal mauult, huiusmodi pactum initum fuisse cum Prophetis omnibus

: حين اخرجوا من صلب ادم كالذر وهى اصغر النمل

cum simul egressi sunt ex lumbis Adæ tanquam formicule minutissimæ.

9. Quando venerunt aduersi exercitus] Quum hoc si euenimus Gelali, في ايام حفر الخندق in diebus, seu pugnis fossæ Candamensis. Vide quæ dicta sunt in vita Mahumeti. Idem censet Tamhasenius. Sed Iaphias id refert ad bellum Bedrense

13. Familia Iathrebi] Rectè. Medinenses. Et end * Iathreb regio, seu territorium Medinæ

* يثرب

21. Exemplum pulcrum] Huiusmodi exemplum Mahumetus exhibuit in strenuè constanterque pugnando. Ita censet Gelal

35. Et non est conueniens uiro fideli] Causam huius reuelationis affert Gelal his uerbis نزلت فى عبد الله بن جحش واخته زينب خطبها النبى وعنى لزيد بن حارثة فكرها ذلك حين علمه لظنهما قبل ان النبى

(Dicta sunt hæc pro Abdallah filio Giahsei, et Zinaba sorore eius, quam sibi uxorem arripuerat Mahumetus, et significauerat Zeido filio Hareth: et ambo moleste tulerant, eo tempore, quo ipse agnouit, quod dam-bo putabant, antequam Prophetæ diceret eam in uxorem. Nolebat itaque Mahumetus Abdallah, et Zeidam

sibi

نسخة خطبها

sibi adulterari in coniugio Zainebe, sed Zenobiæ.

36. At Deum iustius erat, ut timeret] Quia scilicet Deus præceperat ei, ut illam duceret: Deoque debebat obedire, neque hominum dicta curare. Ita Zelal: qui etiam refert, Mahumetum, cum sibi Zeinebam desponsasset دخل عليها بغير اذن واشبع المسلمين خبزا ولحما sine facultate (id est absque eo quod Deus id concederet) et pane, et carne. Mortem satisfe

39. Et sigillum Prophetarum] Ita vocatur Mahumetus apud Arabes, eoque ipsum Mahumetum vocat, quia credunt fuisse ultimum Prophetarum. Quamobrem scribit Zelal: فلم يكون له ابن رجل بعده يكون نبيًا فكان خاتم النبيين اى ختموا به وكان الله بكل شى عليمًا بان لا نبى بعده واذا نزل السيد عيسى يحكم بشريعته Propterea nullum habuit filium masculum post obitum suum, qui esset Propheta. Inde ipse fuit sigillum Prophetarum, quia per eum sigillati sunt quo modo Prophetæ. Dicitur vero hic, Deum omnia scire, nimirum pertinentia ad Mahumetum: quod scilicet nullus foret Propheta post eum. Cum autem è Cælo descendet Dominus Iesus, iudicabit iuxta legem eius. Ipse est, qui erat superuen] Explicat Zelal Ge. misceatur deorsu. Verum eum hoc idem dicatur de Angelis, immo de ipsis Mahumetanis respectu Mahumeti: non videtur admitti posse significatio miscendi. Certe verbum hoc de propriè, ac legitimè significat orare. Sed expositores ad Mahumeti inscitiam excusandam, voluerunt respectu Dei esse miscere: respectu Angelorum

orum

lorum, laudare, seu benedicere: respectu eorū hominum orare, seu benè precari.

48. Ejusdem fasis quam voluerit] Nempe, ut exponit Gelal, عن نوبتها aliis suis: ita ut etiam si noxo conuersari debeatur uni, possis tamen illa vicissim, admittere aliam ad libitum tuum, quamuis eidem antea ndyaueris nocturnos congressus ejusi debitos. Hoc autem magis donum putauit ad omnes illas in pace continendas: ne quæ earum quereres vitiosam iniuriam, si à Propheta suo rejecretur.

49. Non erit licitum tibi aliquem uxore post hac] Versus iste penitus destruit versum quadragesimum septimus precedentem. Quamobrem Expositores reponunt hos duos versus inter eos, qui dicuntur الناسخ Abrogans, et المنسوخ Abrogatus. Et ita recenset eos Abul-Kasem Habat-Allah in hac sura, his verbis: الاية الثانية قوله تعلى لا يحلّ لك النسآء من بعد ولا ان تبدّل بهنّ من ازواج وهى من اعجايب المنسوخ نسخها الله باية قبلها فى النظم وهى قوله يايها النبى انا احللنا لك ازواجك. Secundus versus, qui abrogatur in hac sura: Non erit licitum tibi accipere uxores post hac & est ex iis, qui inter abrogatos afferunt maiorem admirationem: abrogatur enim per versiculum in ordine precedentem, nempe: O Prophete, nos certe licitas fecimus tibi uxores tuas

66. sicut illi, qui dixerunt Moysen]. Commemorantur hic Expositores satis legidam fabellam, quam ita refert Gelal: اذوا موسى بقولهم مثلاً ما يمنعه ان يغتسل معنا الا انه آدر وتبراه الله مما قالوا بان وضع ثوبه على حجر ليغتسل ففرّ الحجر به حتى وقف به بين ملاء من بنى اسرايل

فادركه موسى فاخذ ثوبه واستتر به فراوه لا آدرة به وهى نفخة فى الخصية: و
مما اوذى به نبينا انه قسم قسمًا فقال رجل هذه قسمة لم يُرِد بها وجه الله
فغضب النبى من ذلك وقال يرحم الله اخى موسى لقد اوذى باكثر من هذا فصبر
رواه البخارى - Fecerunt Moysen, proverbiantes eum, ac dicentes:
Non retinet eum, nec lauat se nobiscum (lauabat enim se
seperatim à cæteris) nisi quia hernioses est. Deus autem
liberauit eum à tali opprobrio: quia cum lauaturus se,
posuisset vestimenta sua supra quandam petram; pe-
tra cepit fugere, auferens secum vestimenta. Moyses
et cucurrit cum illis, donec perueniret in medium popu-
li Israelitarum. Moyses etiam cucurrit post eam, donec
aspexisset eam: et acceptis vestibus suis (non aduer-
tens, se nudum esse in medio populi) vestiuit se. Vide-
runt itaque omnes illum non esse herniosum. Inter
ea autem, in quibus Ieus fuit Propheta noster, illud
est, quod cum partiretur quandam prædam; ait quidam
(dolens, sibi obtigisse partem minus exiguam) dicit:
Hac partitione non gessit Mahumetes faciem Dei
(id est placere Deo). Quamobrem iratus Mahumetes
dixit: Deus misereatur Moysis fratris mei: iam
quidem maiorem lesionem accepit, quam vt hic. Ci-
ta patienter sustinuit. Refert hoc Alboehanius.

69. Nos sane proponimus fidem Calij). Nomine
Dei intelligit hic Selal, orationem, et alia opera,
quibus, si fiant acquiritur præmium: si autem omit-
tantur, pœna. Deo autem dicitur Deus proponere
lege Calij, verbo, et promittere بان خلق فيها فهما و نطقا quia

creauerat

creaverat in eij intelligentiam, et locutionem. Cum autē
venuissent ad timorem eam suscipere: proposuit ea: Ade,
qui eum illa aversata fuit, postea develigui, nec prodebito
adimpleuit: ideo sibi ejus iniquus fuisse dicitur

Refutationes.

1. Inter alia, quę manifestè demonstrans Alcoranum
non esse à Deo, illud est præcipuum, quod in eo Mahumetus
omnia ferè ad commodum suum metitur: id, quod in
hac sua maximè apparet, in qua legem à Rege lau-
de, et imitatione dignam, naturęque maximè congruam,
de non ducendis in matrimonium uxoribus adoptivorū,
eas tantummodo ex causa abrogat, quia Zeinebam + uxorē
Zeidi adoptivi sui, quam inidanè deperibat; cum scan-
dalo totius populi, et non sine magna ipsius Zeidi offen-
tione; matrimonio sibi copulaverat. Dicerē, quod vi-
ne horrore audiri non potest, fingebat, Deum suum
esse lenonem, effrenatęque libidinis suę patrocinatorem.
Quia namque Zeidus nolebat Zeinabam dimittere, de
quod iuxta morem laudabilem, qui tunc vigebat, le-
tamquam matrem illam habituurus, semperque veren-
turus promiserat: donec iste Propheta, consuetudine
huiusmodi reprobata, quò unicuique liberis uxoris suę ve-
nerium faciat, ut illa cuicunque voluerit, possit se
prostituere, atque nova huius legis authorem faceret Deus.
Horret tamen suas satis caute custodit, atque in suo
collocat, dum eas Mahumetanorum omnium mater

+ seu Zenobiā

constituit

constituit, ita ut nullus unquam, etiam eo defuncto, posset illas in uxores accipere. Erobant hæc omnia, Mahumetum, non Prophetam, sed ganeonem magnum fuisse, legemque suam ad libidinem propriam exprendam direxisse. Deo conjugio auct ium Zainabe, aliaj vedibit sermo.

2. Non semel in Alcorano commemoratur factum illud chimericum, quod Deus cum Prophetis omnibus iniit. Jam verò notauimus esse hoc commentum Rabbinicum, quod tamen Expositores Mahemi nequo commendo commiscens, ut in Notis apparet. +

+ Vide circa hoc commentum Rabbinicum, eruditissimum P. Raymundum Martini Ordinis Prædicatorum in Pugione fidei p. 3. dist. 1. c. 4

3. Miraculum illud, quo Mahumetani pugnantes in prælio Chandacensi, seu Bedrensi (nam non conueniunt in eo Expositores) adiuti sunt exercitu Angelorum, interpuellę nenia compertum potest. Angelos enim illos à nullo homine uisos fuisse Alcoranus ipse testatur. Porrò si de bello Bedrensi loquamur, Angelorum equos superfluam prorsus fuisse, iam uidimus alibi. In prælio autem Chandacensi, seu Fossæ, facem ita res habuerunt, ut insequentes fugientes Angelorum auxilio Primo enim conflictu victoria stetit pro hostibus, ex quibus tres tantum ceciderunt, Mahumetanij verò interfecti. Acinde nihil aliud gestum legimus in eo prælio. Vide Vitam Mahumeti. Ex ipsis autem Alcorani uerbis manifestè apparet, Mahumetanos nihil in eo certamine prælatè gessisse, sed tantum in animi consternatione, ac trepidatione fuisse. Illud verò, quod uersu nigesimo octauo de victoria

ex

ex Coraidensibus relata innuitur, subsecutum est ad Bellum Chaldaeense: neque aliud in eo factum fuit, nisi quod Mahumetus per dies viginti quinque Coraidenses obsedit. Cum vero illi se dedidissent, eventq; inermes, ab armatis hostibus trucidati sunt ad sexcentos, vel septingentos: feminis, ac pueris duebus in captiuitatem. Ad quid autem hic Angelorum exercitus?

4. In iis Legibus, quas Mahumetus vxoribus suis prescribit, quilibet, qui eas attente perpendat, agnoscere potest, illum auaritiæ potius, ac zelotypiæ suæ, quam earum vtilitati, et honestati consuluisse.

5. Plus nimio indulget sibi, negatque libidini liberaliter est Mahumetus, dum fingit concessam sibi esse à Deo libertatem, accipiendi quascunque vellet in uxores, nulla consanguinitatis, vel affinitatis, vel alienius honi violandi habita ratione. Hanc tantam in se venerea licentiam, quam sibi uni à Deo concessam fuisse mentitur, non solum Prophetico munere, sed etiam omnibus legibus temperantiæ, modestiæ, atque honestatis repugnare quis non videt? Cur tibi aliquis, Mahumetum ipsum conscientia stimulatum hac in re sententiam mutasse: quia videlicet sese immediate post prædictam concessionem, induxit Deum prohibentem sibi, ne in posterum vxores alias, præter nouem, quas habebat, acciperet, vel easdem in alias commutaret: ancillis exceptis, quarum nullus ei

numerus

numerus legendi esset. Hoc ipsum satis esse poterat ad effrenatam cuiuslibet prostibularij libidinem coarctandam. Nihilominus oppositum contigit: nam uersus hic posterior reuocatur, et arrogatur peruersum iniouend: quod merito Adolescentem cuncta monstrum admiratur. Quis enim Legislator, nisi uaecors omnino cerebro sit, legem abrogat, quam nondum tulit, et deinde laturus est? Nequeant Mosemi in Alcorano ordinem uersiculorum, ordini temporum non respondere. Quedam enim prius in eo scripturus, que posterius facta sunt; et quedam posterius reseruntur, que antea contigere. Nulla enim hic peruersionis huius causa apparet, uel potest rationabilis assignari: cum fere immediate uersum anteriorem posterior subsequatur. Tamehaseinus licet admittat abrogationem hic esse propterea: conatur tamen Alcoranum a contradictione saluare, imo nullam hic abrogationem esse demonstrare: ait enim: وقيل لا تحل لك النساء من بعد النساء التى نص احلالهن لك من الاجناس الاربعة من الاعرابيات والغريبات + an الغرايب اومن الكاتبيات اومن الاماء بالنكاح: وقيل فى تحريم التبديل هو من البدل الذى كان فى الجاهلية كان يقول الرجل للرجل بادلنى بامراتك وابادلك بامراتى فينزل + an فينزل كل واحد منهما عن امراته لصاحبه: وعن عايشة رضى الله عنها ما مات رسول الله ص حتى احل له النساء يعنى انه الاية قد نسخت ولا يخلو نسخها اما ان يكون an فيقول بالسنة واما بقوله انا احللنا لك ازواجك وترتيب النزول ليس على ترتيب المصحف. Quidam dicunt, significationem secundi uersus esse hanc: Non erit tibi licitum post hac accipere uxores, neque commutare eum illis alias; posterea, quarum connu-

bio tibi

sic tibi speciatim facta est vnica: quatuor genera: nimi-
rum, Arabicarum, peregrinarum, scripturariarum, et ancilla-
rum. In eo verò quod attinet ad prohibitionem commuta-
tionis uxorum, dicunt hic intelligendum esse de commuta-
tione, quæ fieri consueuerat tempore idolatriæ, quo alii
quis uir dicebat alij uiro: Commuta mecum uxorem tuam,
et ego commutabo tecum uxorem meam: et ita alter
eorum cedebat alteri uxorem suam. Verùm ex dicto Aiss
fel: mem: lex habemus: Non mortuus est legatus Dei
fuisse mem:, donec concessa fuit illi facultas liberas ur-
cas mulieres matrimonio sibi iungendas. Per quod si-
gnificauit, abrogatum fuisse uersiculum illum, quo ipsi
hæc facultas adimebatur. Abrogatio verò, uel est in uer-
ba, uel in uerbi illius: Nos certè licitas fecimus tibi uxo-
res tuas. Quod verò, quo traditi sunt à Deo hi uersus,
non conueniens eum ordini, quo dispositi sunt in Alcora-
no. Sed quocunque se uertant Mahemi in suis locis
explicatione; semper Mahumeti lasciuia, et effrenata
libido se prodit manifestè.

6. Illud verò tolerari minimè potest, quod Mahume-
tes inducat Deum in negotio mulierum Pedagogum sua;
qui nimirum non modo alienas uxores sibi concu-
bat, uerùm etiam ipsum doceat nullum ordinem in-
congressu earum exortibus seruare, sed ad libidinem suã
ubicunq; illi impetrari, quantumcunq; ac debitum, uel pro-
missio aliud requiras. Quod verò sine rubore audiri non
potest, hac ratione se illas subiugare, et contentas face-

suarum

rerum esse sibi proiectum.

7. Non desinit nouus Spicilegus, commodis, ac deliciis suis omni ratione consulere. Hinc perspicis a fletij, ne molestus sibi sint, importune ejusdem interpellando: ne quando rerum absoluto, domi suæ ad confabulandum commoretur: ne sibi meridianam quietem perturbent: ne, si quid a suadoribus suis petendum sit, nisi intermedio uelamine, quod mutuum impediat aspectum id faciant: ne se ullas in res ledant, et super omnia cautant, tamquam maximum periculum, ne oues suas, etiam post mortem suam attingere, et alia huiusmodi, quæ libro tam sancto, qualem iactat Hieronymus, et qui non ad unius hominis commodum, sed ad creaturarum omnium bonum datus fingitur à Deo, indigna omnino existimanda sunt.

8. Quamquis Hieronymus tantumodo innuat fabulam illam de serpente Moysis: nihilominus eum Expositoribus conueniant, eam ad illo comprobari: patet quantæ fidei sit Liber ille, qui huiusmodi commenta, pro sacris historijs recenset.

9. Postremò nisi dignum est illud, quod dicitur, Deum proposuisse Celis, terræ, ac mortibus fidem, seu, ut explicat Selal, exercitia Religionis, tamquam rationi, ac locutioni præditis: quo nihil insulsius dici potuit. Non ignoro, aliquos Expositores hæc allegoricè accipere. sed Mahumetani Orthodoxi allegorias ab Hieronymo tamquam hæreses reijciunt.

سورة سبا مكية
وهي اربع وخمسون اية

SVRA XXXIV.

SABA

Meccana: commatum
quinquaginta quatuor

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Laus Deo, cuius est id quod est in Cælis, et id quod in terra: et ipsi laus in nouissimo sæculo: et ipse est Sapiens, Peritus.

2. Scit id quod intrat in terram, et id, quod egreditur ex ea: et id, quod descendit è Cælo, et id quod ascendit ad illud: et ipse est Misericors, Indultor.

3. Et dicunt qui sunt infideles: Non veniet ad nos Hora. Responde: Imò per Dominum meum certissimè veniet ad vos, cognitorem occulti: non abscondetur ab eo pondus unius formicæ in Cælis, neque in terra: neque est aliquid minutius hoc, neque grandius, nisi scriptum sit in libro manifesto.

4. Vt remuneret eos qui credidernnt, et operati sunt recta: his erit indulgentia, et præmium honorificum

5. Qui

5. Qui uero inducebant in signis nostris infirmantes [i. uanum, et infirmum ostendere. Alcoranum]: his erit pena supplicij debonificij.

6. Et uidentij, quibus data est scientia [i. Scriptura], ea quod deiectum est ad te à Domino tuo esse ueritatem, et dirigere ad uiam potentij, laudati.

7. Et dicunt qui sunt infideles, adinuicem cum irrisione: An ostendemus uobis uirum, qui uaticinatur uobis, quod postquam communuti fueritij omni comminutione [i. in pulueren redacti] uos ecce denuo reducendi estis in creaturam nouam?

8. Confinxit enim de Deo mendacium? an in eo est mania? Verum qui non credunt in nouissimum dieum, erunt in supplicio, et sunt in errore longinquo à ueritate.

P. prima B66/567. 9. Ameno non inspexerunt in id, quod est ante eos, et quod est post eos de Cælo, et terra [i. in Cælum supra se, et in terram sub se]? Si uoluerimus deijcere faciemus sub ij terram, aut cadere faciemus super eos fragmentum Cæli: certè in hoc erit est sanè signum omni uolenti se conuertenti ad Deum

10. Et iam quidem dedimus Dauidi ex nobij excellentiam [i. Prophetiam, et Psalterium, et diximus]: O montes ueniprouocate uoces, Dauidis cum eo: et ad hoc etiam aduocauimus uolucres. Et mollefecimus ei ferrum, et diximus

ei:

11. Fac exedæ lorica, longas, ac latas; et dispone illud ad
coniunctionem anulorum in loricæ: et uos domestici eius,
ostendamini reese: nam ego in id, quod facitis sum in-
tuens.

12. Et Salomoni nascentium uestrum. Nascentium
eius [i. uentri] mensis: et uespertinum eius, mensis [i.
Flabat per mensem mane; et per mensem uespere.] Et
fluere fecimus ei fontem gris. Et ex genijs quidam ope-
ras exercebant coram eo per uoluntatem Domini sui:
et qui declinabat ex eis à præcepto nostro, nolens ei dile-
dere, uel opus suum negligens, gustare faciebamus ed
de pena: incendij.

13. Faciebant ei id quod uolebat de habitaculis excelsis,
et statuis, et pauimentibus, amycly sicut piscini: magni,
et ollis fornacis super pedes suos: et diximus: Opera mi-
ni familiæ Dauid cum gratiarum actione: nam pau-
ci sunt ex seruis mis gratis.

14. Cum autem decreuissemus super eum mortem, et
iam mortuus esset, non ostendit eis mortem eius,
nisi uermis terræ, [i. teredo] qui rosit baculum eius, super
quem corpus eius mortuum innitebatur. Cum uero cada-
uer eius ceciderit, cognouerunt Genij, quod si scirent
arcanum, non morati fuissent in pena uili [i. in opere
seruili]

15. Iam quidem fuit genti Saba in habitationes sedes
signum: nimirum duo horti ad dexteram, et sinistram

eiusdem

eiusdem termini; dicturnque fuit illi: Comedite de
panem Domini nostri, et gratias agite illi. Regio est
bona, et Dominus indulgens.

16. At illi longè recesserunt à gratitudine, et fide.
Quamobrem diminuimus contra eos impetum aquarum
ebullientium: ed eo torrente, qui submerserunt duos tor-
tor: et commutauimus eis duos tortos eorum in duos
tortos alios afferentes ei fructum amen simum, et fama-
rica, et adipem arundinum, quod iam de loco patuit.

17. Hoc reprendimus ei eo quod ingrati fuerunt. An
non remuneramur hoc modo nisi ingratos?

18. Et posuimus inter eosdem Sadeos, et inter ciuitates
Syriæ, quibus benediximus, ciuitates alias notas, et dispo-
suimus per eas iter: et diximus: Ambulate per eas noc-
tibus, et diebus securi.

19. Et dixerunt: Domine noster pone distantiam
maiorem inter itinera nostra. Et iniqui fuerunt in re-
ipsos; et posuimus eos in fabulas: et dispersimus eos om-
ni dispersione. Certè in hoc sunt signa omni
patienti, grato.

20. Et iam quidem uerum comprobauit de eis Diabolus
opinionem suam: omnesque sunt eum, excepto parte
ex fidelibus.

21. Neque fuit illi super eos à nobis aliquid potesta-
tis, nisi ut sciremus quis crederet in nouissimum ex illis,
et discerneremus eum ab eo, qui erat de illo in dubita-
tione.

* est autem, quæ
dignit fructus
suaues

tione: Et Dominus tuus est super omnem rem observator.

22. Die. Necanij: Invocate eos, quos existimatis esse Deos præter Deum. a Non possunt iuuare, aut nocere quantum est pondus unius formicule in Cælo, neque in terra: neque est illis in eis* ulla participatio. Neque est illi [i. Deo] ab illis [i. diis] vllus adiutor. a. Non possident * [nempe ea- lis et terra]

23. Neque proderit intercessio apud eum, nisi cui ipse annuerit. Quando sublatus fuerit timor a cordibus eorum quod Deus annuerit intercessioni pro eis, dicent adinuicem gratulantes: Quid dixit Dominus noster? responderunt: Veritatem: et ipse est Excelsus, Magnus.

24. Die: Quis alit vos de Cælis, et terra? responde: Deus. Et certè nos, aut vos vanè: sumus in directione, aut in errore manifesto.

25. Die: Non interrogabimini de eo, quod nos deliquerimus: neque interrogabimini de eo, quod vos fecistis.

26. Die: Congregabit nos Dominus noster: deinde iudicabit inter nos cum æquitate: et ipse est Iudicator, Cognitor.

27. Die: Ostendite mihi illos, quos agnouistis ei socios. Vah! quin potius ipse est Deus Potens, Sapiens.

28. Et non misimus te, nisi ut omnibus hominibus fausti nuncium, et pœnarum comminatorem: sed plerique hominum nesciunt.

29. Et dicunt: Quando completur hæc promissio pœne à Deo infligendæ, si estis veraces.

30. Responde

852

P. 2
B 66/508

30. Respondc: Vobis stat certa promissio diei, quem
non differetis unam horam, neque pauciorem.
31. Et dicunt qui sunt infidelis: Nunquam credemus
in hunc Alcoranum, neque in illud, quod traditum fuit
ante illum [i. in Pentateuchum, et Euangelium]. At
si videres, cum iniqui distendicunt a nos Dominum sud?
reflectentes alij eorum in alios sermonem. Dicent illi, qui
fuerunt imbecilles [i. homines viles, et ignari] illis, qui
in superbiam efferebantur [i. magistris errorum, qui
ipsos decipiebant]: ~~Nunquam~~ Nisi nos, certè fuissemus
decepissetis nos, fideles.
32. Respondebunt illi, qui in superbiam se extollebant
illis, qui imbecilles estimati fuerant: An nos auertimus
nos à directione unquam, quando illa uenit ad nos? atqui
fuisti ~~ignauia~~ rebelles ipsi nos
33. Et dicent ij, qui imbecilles habiti erant illis, qui
cum fastu se gesserant: Imò dolosa machinatio noc-
tis, et diei, quia nos studebatis nos deijcere, fuit causa
nostri mali: cum praecipieretis nobis, ut non crederemus
in Deum, et poneremus illi similes ipsi. Et celabunt
poenitentiam [i. postri uolent ostendere se poenituisse
fuisse sui, nec alteri alteris causam mali improperent]:
postquam uidebunt poenam instare. Et conijciemus
catenas in colla eorum, qui fuerunt infideles. An-
nonbuntur ei nisi quod fecint operati.
34. Et non misimus in ullam Ciuitatem aliquem
comminatorem, quin dicerent Opulenti eius: Nos
certè

cere in id, quoque mihi cæci non sumus credentes.
35. Et dixerunt: Nos cogniti sumus opibus, et filij: neque nos sumus puniendi pœna, quam comminami=
ni.
36. Respondit: Profectò Dominus meus ampliabit provent̃um cui voluerit, et avertabit illum cui voluerit: sed plerique hominum nesciunt.
37. Et non sunt opes nostræ, neque filij nostri ex rebus quæ propinquos faciant nos apud nos ullæ vicinitatis.
Verum qui credidit, et operatus fuerit rectum, his pro=
vò ejus merces duplex quod operati sunt: et ipsi in cœnaculis Paradisi erunt securi. * Qui autem co= * 38.
nati fuerint in signis nostris infirmantes [i. infir=
mare Deorantem]: hi ad supplicium Gehenna sunt
præsentandi.
39. Hic: Cere Dominus meus ampliabit provent=
tum cui voluerit de servis suis, et avertabit eum illi:
et quidquid ex rebus nostris erogaverit pro Deo: ipse sanè reppen=
det illud: et ipse est Optimus providentium victua=
lia.
40 Et die quadam congregabit eos universos. Tum
dicet Angelis: Isti nè nos coluerunt.
41. Respondebunt Angeli: Laus tua: tu es Deus
noster sine istis. Verùm adoraverunt Genios: plerique
eorum in eos erant credentes. Tunc dicet Deus:
42. Hodie porrò non potent afferre alter alteri iuvamen, neque noxam. Et dicemus illis, qui

iniqui

iniqui fuerunt: Fustate ignem ignis, quam inficiabamini
43. Cum autem legantur illis signa nostra evidentia, dicunt:
Non est hic nisi vir Como, qui vult abducere nos ab eo, quod
coluerunt Patres nostri. Et dicunt de Alcorano: Non est
nisi mendacium blasphemè confictum. Et dicunt qui-
cunque infideles, Veritas [i Alcorano] postquam venit ad eos:
Si hoc est nisi prestigium manifestum. * At non vidimus
* 44. a. ex libris quos
a ullum librum, quem studiosè legerens: neque missi=
mus ad eos ante te ullum Prædicatorem: quo ergo testi=
monio probant, te esse mendacem?
45. Et mendacij insimulaverunt Prophetas suos ijqui
fuerunt ante eos: et isti non pervenerunt ad decimam
partem illius, quod debebamus illij: et mendacij insimu=
laverunt Legatos meos: et quomodo fuit punitio mea!
[i. quam vehemens]
46. Die: Certè adhortor vos ad unum: nimirum, ne
stetis coram Deo bini, et bini singuli: deinde recogitetis
non esse in solo vestro Mahumeto ullam maniam:
a. si a non est ille nisi comminator vobis ante quam adve=
niat supplicium terribile.
47. Die: Non petij à vobis pro prædicatione mea
aliquid mercedis. Sit porrò ipsa merces vobis [i. ha=
bebote illam vobis] b non est merces mea, nisi apud
b. si Deum: et ipse est super omnem rem testis.
48. Die: Certè Dominus meus mittit veritatem
ad Prophetas suos: cognitor arcanorum
49. Die: Venit Veritas: et ultra non apparet vanitas,

et deinde

et deinde non venerarentur.

50. Hic: Si errauero, profecto erraro contra animam meam: si autem directus fuero, certè id erit ob id, quod reuelat mihi Dominus meus: quisque ipse est au-diens, proximus.

51. Et si videres, quando infideles conremiscere, fient: neque erit illis effugium: et tollentur de loco uicino [i. de sepulcris]: et dicent: Credimus in eum [i. Mahumetum, seu Alcoranum]. Sed unde nam esse poterit ipsis approximatio ad fidem è loco longinquo? [quia scilicet fides est in hoc mundo, et ipsi tunc erunt in alterò seculo]

52. Et iam abnegauerant eum [i. Mahumetum, seu Alcoranum antea] et irridebant Israelem [i. mysteria fidei] de loco longinquo.

53. Et posita erit distantia inter eos, et inter id, quod desiderabunt [i. fidem]

54. Quemadmodum factum fuit cum similibus eorum antea; ita fiet cum eis: quippe ipsi fuerunt in dubitatione relinquere faciente eos.

Note

Saba est Regio, seu tribus quædam in Arabia felici, unde uenit Regina Balcaisa ad Salomonem. Hinc sortita est hæc Sura epigraphem, quia scilicet de Sabæi mentio fit versu decimo quinto. Censetur autem Meccana:

quamuis

quamuis Selah, et alij versum dicunt sextum, qui incipit:
Etuident ij, quibus data est scientia: scilicet esse Medinen=
sem. De numero versuum non videtur esse controversia:
Nonnulli tamen unum addunt supra iam enumeratos. Lec=
mium Lectoris erit, quod القيمة يوم الا كان له نبي ولا رسول
رفيقا و مصافحا: nullus erit legatus, neque Propheta, qui
in die resurrectionis non sit socius illi, et propitius.
io. Et monte veniprocate voce laudis eum eo] idest, al=
ternatim canite laudes Dei cum Dauid, seu vestre echo
facta repetite voce laudis illius. Ita communiter In=
terpretes, et presertim Tamharenius, qui hic audit: ومعنى
تسبيح الجبال ان الله يخلق فيها تسبيحا كما خلق الكلام في الشجرة فيسمع منها ما يسمع من
التسبيح معجزة لداود وكانت الجبال تسعده على نوحه باصدائها والطير باصواتها
Et pro laudationem monetium significatur, Deum crea=
re in illis voces laudis, quemadmodum creauit sermones
in arboribus: ita ut audiretur ex his id quod audiebatur
de laudatione Dei cum admiratione: ipsius Dauid. Itaq;
montes adiuuabant illum dum psallebat, echo suo, et suis
canticis suis.

Et molle fecimus ei ferrum] Tamehareius: جعلنا له
لينا كالطين والعجين والشمع يصرفه كما يشاء من غير نار ولا ضرب بالمطرقة: وقيل
لان الحديد في يده لما اوتي من شدة القوة
Reddidimus ei illud molle, sicut lutum, aut pastam,
siue ceram: ita ut operaret illud, quemadmodum ce=
ram sine ope ignis, aut malei. Quidam uero dicunt,
molle factum fuisse in manu eius, ob magnum vota=

quo

que ingeditus erat

12. Mauuinum eius, mensis] Audi expositionem Gelalij غدوها سيرها من الغدوة بمعنى الصباح الى الزوال شهر ورواحها من الزوال الى الغروب شهر اى مسيرته: Mauuinum eius, id est spiratio= nis eius ab aurora usque ad declinationem diei erat per uias mensem: et uespertinum eius, seu spiratio à declinatione diei usque ad occasum solis, item erat per cursum unius mensis. Sta ut uno mense spirares à mane usque ad meridiem: altero uero à meridie usque ad occasum so= lis, seu usque ad noctem.

Et fluuere faciemus ei fontem æris.] Tamehareni Vocitatur hunc fontem fluuium وقيل كان يسيل فى الشهر ثلثة ايام باذن ربه tres dies per menses singulos ex uoluntate Domini sui. Eodem modo Gelal.

Gustare faciebamus eum de pœna inferni] Gelal تذوقه النار فى الاخرة وقيل فى الدنيا duplicem affert explicationem: بان يضربه ملك بسوط ضربة تحرقه Gustare facturi eva= mus eum ignem Gehenny in futuro seculo: uel gustare faciebamus eum in mundo incendium perueršum, quę Angelus nostrica infligebat illi.

13. Faciebant ei id quod uolebat] Exponit Gelal hęc omnia opera, quę Genij Salomoni conficiebant; محاريب ابنية مرتفعة يصعد اليها بدرج: تماثيل اى صورا من نحاس وزجاج ورخام ولم يكن اتخاذ الصور حراما فى شريعتهٔ وجفان كالجوابى هى حوض كبير يجتمع عليه الجفنة الف رجل ياكلون منها وقدور راسيات ثابتات لها قوايم لا تحرك عن اماكنها تتخذ Habitacula erecta, erant quędam ędificia sublimia ad quę per gradus ascendebatur. Statuę autem erant

figuræ

figure exeve, albuitro, aut marmore candido. Non erant
aucun figure ex gémeve earum, quæ à lege prohibebantur.
Lacrymales vero erant ollæ pisceæ, aut amplissima
vasa aquarum, quarum singulæ erant tam amplæ, ut
mille homines ex una quaque cibum simul sumerent.
Quæ vero formatæ erant super pedes, ne moveri possent è
loco suo: et erant exciste è montibus Arabiæ Felicis, et
ad eas perveha/ebatur

14. Cum autem decreuissemus super eum mortem] فلما
اي مات ومكث قايمًا على عصاه حولًا ميتًا والجن تعمل تلك الاعمال الشاقاة على
عادتها لا تشعر بموته حتى اكلت الارضة عصاه فخر ميتًا

Mortuus est Salomon, et remansit stans innixus super
baculum suum ita mortuus per annum: et interim
Genij faciebant opera illa difficilia, ut consueuerant:
nec cognouerunt illum esse mortuum, donec tandem corro=
sit oculum eius, et ita ecidit mortuus.

15. Regio est bona]. Nimirum, ut scribit Gelal. ليس فيها
سباخ ولا بعوضة ولا ذبابة ولا برغوث ولا عقرب ولا حية ومن الغريب بها
Nimirum, ut scribit Gelal وفي تيابه قمل فيموت لطيب هواها
Non reperitur in hac regione terra salsuginosa, neque
culices, neque muscæ, neque pulices, neque scorpiones,
neque serpentes. Si peregrinus per eam transeat,
et habeat in vestibus pediculos, statim moriuntur ob
aeris fragrantiam

16. Et pomaria], et quidquid de horto parum]. Dest ex
parcas arbores sori. Est autem pomarium, seu prini=
ca arbor salsuginosa, gignitque fructus ingrati
sapores

sa sovis, et vocatur hic Arabice أثل Athlus. Latine autem
(vt quo exponitur hoc loco nam à quibusdam vox Arabica
سدر, Sedrus) gignit fructus dulces ac suaves: propterea
inter arbores Paradisi collocatur. Homerus etiam
fingit, Lotum Dcorum voluptati inservire.

18. Et disposuimus per eas iter | Selal: ut in una tem= *حيث يقيلون في واحدة ويبيتون في اخرى الى انتهاء سفرهم ولا يحتاجون فيه الى حمل زاد وماء
pore meridiano requiescerent: et in alia nocte dormi=
rent usque ad terminum itineris sui: neque cogerent
ferre secum in itinere viaticum, aut aquam. Per
quod notatur non multa distantia harum urbium
inter se ad commoditatem itinerantium. Quamobrem
indigenæ voluissent has urbes inter se magis distare,
ex motivo avaritiæ, ut quilibet earum posset maius
lucrum à viatoribus auferre.

20. Verum comprobauit de eis Diabolus opinionem suam
Quia scilicet, ut ait Selal, Diabolus ansolatus fuerat
ipsos ingratos fore Deo, et se ventores

Refutationes.

1. Non cessat Impostor mentiri, dum asserit, Scripturas
(Judæos scilicet, et Christianos) agnoscere, ac fatetur,
Alcoranum continere veritatem, et dirigere ad viam
salutis. Et quamuis Expositores nituantur hoc aliquibus
tantum Scripturalibus: hoc ipsum nihilominus falsum existimandum
est, nisi Scripturales illi crassissima ineptia laborarent
ac insanirent; vel impie mentiri, ac Mahumeto assentarentur
voluerint.

2. Redit ad priorem errorem suum, quo visi persuasi, posse Eglum in frusta confractum cadere super terram: non secus, ac si ex vitro, vel creta confectum esset, et violenter, contraque propriam naturam super terram sustineretur.

3. Quod fabulatur de montibus, ac voluentibus Ruinas laudes alternatim cum Davide canentibus: quod Deus eidem Davidi ferrum ad faciendas loricas, quasi hic ferrarium exercuerit, mollefecerit: quod Salomoni ventos subjecerit, absque quo fontem effluere fecerit, et Geniorum operam fugerit: quod idem Salomon, licet mortuus esset, per annum tamen integrum baculo suo innixus steterit, non secus, ac si viveret, neque id Genij unquam senserint, neque hominum ullus animadverterit, et alia huiusmodi nugæ, seu veteris monstra; adeo per se vana sunt, et absurda, ut nullius confutationij indigeant +. Porro iam supra ostendimus, non sine magna Salomonij inuidia, dici deo, quod Geniorum, idest Dæmonum opera, et ope usus fuerit, et assiduam cum illis consuetudinem habuerit

+ Sunt enim fere hæc omnia erudite Thalmud, ut alibi indicauimus.

4. Non est prætereundum, Gelalem concedere statuas, seu simulacra, quæ Genij fabricabant Salomoni, non fuisse ex prohibitij à lege. Sed quare? Nihil aliud respondere possem, quia non fiebant, ut cultui illis tanquam dijs, exhiberentur, sed vel ad ornamentum, vel ad memoriam Maiorum conseruandam, vel ad aliud honestum finem. Hoc autem probat usum simulacrorum, vel imaginum non esse per se illicitum, nisi ex prauo fine talis reddatur

سورة الملايكة مكية
وهي خمس واربعون آية

SVRA XXXV.

ANGELI.

Meccana: commatum quadraginta quinque.

In Nomine Dei Misericordis.

1 Laus Deo conditori Cœlorum, et terræ, facienti Angelos Legatos suos, prædito alis binis, et ternis, et quaternis. Augebit in creatura quod voluerit: nam Deus est ad omnem rem potens.

2 Quod aperit Deus hominibus de misericordia, non est retinens illud: et quod retinet, non est qui aperiat illud post eum: et ipse est Potens, Sapiens.

3. O homines; mementote gratiæ Dei erga vos. An est ullus creans præter Deum, qui alat vos è Cælo, et terra? non est Deus nisi ipse: quomodo ergo avertimini à veritate?

4 Quod si mendacij arguent te: iam porrò mendacij insimulati sunt Legati ante te. Sed ad Deum redibunt res.

5. O homines

+ 2. nullus impedire potest Deum si voluerit beneficere alicui: neque ullus potest ea beneficia alicui obtinere, quæ ipse voluerit

5. O homines certè promissio Dei nova est: ne ergo
deijciat nos vita mundana, neque deijciat nos circa
dum [i. circa miseriordiam, et iustitiam eius] Deceptor
tor [i Satanas]

6. Cujus Satanas est nobis hostis: itaque habe-
bote cum hostem. Profectò inuitat affectas suos, ut
sint ex habitatoribus Saturni.

7 Qui infideles faerint, erit ijsis pœna dolemens.
Qui verò credidernt, et fecerint recta: erit ijsis indul-
gentia, et merces grandis.

8. An ergo ille, cui adornatum fuerit malum operis
sui, et profuerit visum fuerit illi vtilissum; erit sicut
ille, quem Deus direxerit? profectò Deus errare faciet
quem voluerit, et diriget quem voluerit. Ne ergo fabeat
anima tua pro ei in suspinia [i. te affligas propter
in credulitatem eorum]: nam Deus est Cognitor illius,
quod faciunt.

9. Et Deus est qui mittit ventos, et agitat nubes;
et adducimus eas ad regionem mortuam [i. indam, et
sterilem], et vivificamus illis terram post mortem
eius. Sic erit Resurrectio.

10. Qui desideraverit excellentiam: Dei est excellen-
tia omnis. Ad eum ascendit sermo bonus: et opus
bonum ipse exaltat. Qui verò dolosè machinatur
mala, ijsis erit pœna dolemens: et dolus eorum...
erit irritus.

11. Et Deus

11. Et Deus eruuit uos è puteo? deinde eos iuermate:
deinde fecit uos coniuges [i. masculos et feminas] et uos
gestat in utero uitta femina, neque parit, nisi cum scien-
tia eius. Neque[a] producitur in etate ullus, cui in longum
uita protrahatur, neque minuitur aliquid de etate eius,
nisi scriptum sit in libro, qui est apud Deum. Porro hoc
apud Deum est facile.

a. prorogatur-
etate ullus
longum.

12. Et non coequabuntur due mane: [b]alterum enim dulce,
admodum suaue, facile potus eius: alterum uero[c] salsum,
ualde amarum. Et[d] utroque comeditis carnem recentem
[i. pisces] et extrahitis margaritas, quibus adornamini. Et uidebis
naues in eo utroque currentes, ut exquiratis
ex mercaturam de abundantia eius [i. Dei]; et[e] uos
gratias agitis.

b. hoc
c. hoc
d. omni
e. B66/574

13. Immittit noctem in diem, et immittit diem in noctem:
et seruire fecit gratis solem, et Lunam. Quodlibet ex his
duobus currit ad metam determinatam. Hic est Deus
Dominus uester: ipsius est Regnum. Illi autem, quos
inuocatis preter eum, [e]non habent potestatem neque[f] quidem
putaminis unius dactyli.

e. Non possi-
dent putamen
unius dactyli.

14. Si inuocaueritis eos, non audient inuocationem
uestram: et etiamsi audirent, non exaudirent uos:
et die resurrectionis negabunt associationem uestram
[i. se cultos fuisse a uobis tanquam socios Dei]: et nS
enarrabit tibi ultus res futuri sicuti, sicut peritus
[i. sicut Deus]

15. O homines uos estis pauperes prece Dei: Deus

autem

autem est Vitus, laudatus.

16. Si voluerit, auferet nos, et producet creaturam nouam.

17. Neque erit hoc apud Deum aliquid arduum.

18. Et non portabit anima portans iniquitatem alienam, ponous alterius. Quod si inuocauerit ea, quæ est grauata, aliam ad portandum onus suum, non portabitur de eo quicquam, etiamsi sit habens cognationem cum ea. Sic porrò communebit eos, qui timent Dominum suum in occulto [i. absque eo quod alij videant eum]: et petitionem orationem; et qui eleemosynam erogauerit peccatis, utique eleemosynam erogabit sibi ipsi. Et ad Deum erit professio [i. reditus in die Judicij].

a. neque 19. Et non equiparabitur equus, et videns:

20. Neque tenebræ, neque lux.

21. Neque umbra, neque imber solis.

22. Neque equiparabuntur viui, neque mortui. Porrò Deus audire faciet quem voluerit: neque tu audire facere poterit eos, qui sunt in sepulcris.

b. si 23 b Non es tu nisi commonitor.

24. Nos certè misimus te cum veritate annunciatorem boni, et comminatorem mali. c Et non est gens ulla, quin præcesserit in ea prædicator.

25. Quod si mendacij insimulauerint te, iam porrò ut mendaces redarguerunt legatos suos ij, qui fuerunt ante eos. Venerunt adeos legati eorum cum demonstrationibus miraculorum, et cum codicibus præsertim Sibrale, et cum libro illuminante [i. Pentateucho, et Euangelio].

26. Deinde

26. Deinde sustuli eos, qui erant infideles: et cuius modi fuit punitio mea! [1. quam magna.]

27. An non considerasti, quòd Deus demittat è cælo aquas: tum educamus & eam fructus, quorum varij sunt colores? Et in montibus sint tramites albi et rubei, differentibus coloribus eorum. Corui uero sunt nigri tori.

28. Et in hominibus, et bestijs et pecoribus uarij sunt colores eorum eodem modo. Quocirca timent Deum è seruij eius scientiæ prediti. Quippe Deus est potens, indulgens.

29. Certè qui legunt librum Dei, et persoluunt orationem, et erogant in eleemosynam ex eo quod invenerunt dedimus eis, occultè, et palam: sperant mercaturam, quæ nunquam peribit [i. gaudium]

30. Vt tribuat illis Deus mercedes eorum; et augeat eos de liberalitate sua: quippe ipse est indulgens, gratus.

31. Illud autem quod reuelauimus tibi de libro Alcorani, est ueritas, confirmans id quod traditum fuit a Deo ante illum: quippe Deus in seruis suis est sanè instructus, intuens.

32. Deinde in hereditatem dedimus libru Alcorani illis quos elegimus de seruis nostris. Porrò ex his est iniquè agens in animam suam: et ex his est benè gerens operans: et ex his est præueniens in bonis operibus alios & uoluntate

a Ezechielis

Dei. Hec est abundantia magna.
33. Horti eden: ingredientur eos: ornabuntur in illis armilli ex aur, et margaritis: et amicti eorum in illis erit vericum.
34. Et dicent: Laus Deo, qui abstulit a nobis me-
rorem: profectò Dominus noster uerè est indul-
gens, gratus.
35. Qui collocauit nos in palatio stabilitatis
ac liberalitate sua: non tanget nos in eo la-
bor: neque tanget nos in eo lassitudo.
36. Qui autem infideles fuerint, ipsis erit igni
sc. sibi. gehenne: non ponetur finis super eos, ita ut
a. remunera- moriantur: neque alleviabitur ab eis quidquid
bimus. De pena illius. Ita remunerabit Deus omnem
infidelem.
37. Et ipsi valide clamabunt in eadem gehenna:
Domine noster, due nos hinc: operabimur recte
diuersimode ab eo quod operati sumus. Sed respon-
debitur illis: Non ne protraximus et tarendo vobis
quantum opus erat, ut commoneficeret in ea, qui
commonefaciendus erat? et uenit ad vos predicator?
Gustate ergo ignem, neque erit iniquis ullus adiu-
tor.
38. Profectò Deus est cognitor arcani celorum
et terre: quippe ipse est cognitor essentie pecto-
rum [i. illius quod latet in cordibus]

366/578

39. Ipse

39. Ipse est qui posuit nos successores alios aliis in terra.
Porrò qui infidelis fuerit, sciat ejusdem erit infidelitas ejus:
neque augebit infidelibus infidelitas sua apud Dominum
suum, nisi indignationem: neque augebit infidelibus
infidelitas sua, nisi ruinam.

40. Die: Quid vobis videtur de sociis vestris [i. de diis
vestris], quos invocatis praeter Deum? ostendite mihi
quid evaluerint a in terra? Et an fuit illis participatio a. ex terra
cum Deo in Cœlis evadendi? An tradidimus ipsis librum [i. dest, ex re-
ita ut ipsi b habeant probationem opinionis suæ exdo? bus terræ]
atque non promittunt iniqui, alii eorum alijs, nisi fal- b. sint in
laciam. probatione
c. si

41. Certè Deus tenet firmiter Cœlos, et terram,
ne deficiant. Et profectò si deficerent [i. corruerent]:
d non retineret ipsos ullus post eum [i. præterea]: quip- d. si
pe ipse est Clemens, Indulgens.

42. Et invaluerunt per Deum toto conatu iuramen-
torum suorum, quod certè si venisset ad eos prædica-
tor, omnino forent directiores, quam ulla gentium.
Sed post quam venit ad eos prædicator [i. Mahumetes],
non adhæsit illi nisi fugam;

43. Propter superbiam eorum in terra, et dolosam
machinationem mali. Sed non circumdabit dolosa-
machinatio mali, nisi auctorem suum. An verò
expectant nisi statutum Gentium [i. pœnam statu-
tam à Deo Gentibus infidelibus]: nullasenus autem
inuenies statuto Dei immutationem

44. Neque quid,

44. Nequaquam, inquam, inuenies, statuto Dei uaniatio=
nem.

45. An nondum peragrauerunt terram, et uiderunt
cuiusmodi fuerit exitus eorum, qui fuerunt ante eos?
et fuerunt ualentiores illis robore. Sed non est Deus
talis, ut infirmi imbecillitet eum ulla res in Cœlis, neque
in terra: quippe ipse est Sciens, Potens.

46. Quod si puniret Deus homines ob id, quod operati
sunt, non relinqueret super dorsum eius [i. terræ] ullam
bestiam. Verum differt eos ad metam determinatam.
Cum autem ueneris meta eorum, profectò Deus erit in
seruos suos intuens

Note

Duplicem habet sura hęc epigraphen, utramq; ex primo illius
uersu desumptam: alteram الملئكة Angeli: alteram الفاطر
Conditor. Meccę traditam fuisse, omnes consentiunt. Versus
alij quinque, alij sex supra quadraginta recensent. Lectori's pre-
mium: من قراء سورة الفاطر تفتح له ثمانية ابواب الجنة يدخلها بباب يشاء
منها. Illi, qui legerit suram Conditoris, aperientur octo portæ
Paradisi, et ingredietur per quam uoluerit ex eis. Vel, ut ha-
bet Zamchagerius: من اي باب شيت ادخل ثمانية ابواب الجنة ان
Inuitabunt eum octo portæ Paradisi, dicentes ei: Ingredere
per quam portam uoluerit.

19. [Et non equiparabitur eius, et uidens]. Antithesis qua-
tuor positę in his uersiculis, applicantur ab Expositoribus
infidelitati, et fidei: uel infidelibus, et fidelibus.

36. Verum.

Bc. Plerumque bene operans]. Vox Arabica مقتصد, exponitur à Selale: مَن يعمل به فى اغلب الاوقات: Qui operatur illud (scilicet bonum opus) plerumque. Alij explicant: Qui mediocriter se habet in bono opere exercendo. Sed simplicius videtur exponi posse: Qui bona intentione operatur, seu opus rectum intendit, et aggreditur.

4o. An tradidimus ipsis Libros]? Refertur hoc non ad socios, nec ad deos, sed ad homines cultores eorum.

Refutationes

1. Quamuis in Sacris Libris non semel Angelis alæ tribuantur: non tamen censendum est, illos reuera alas habere. Cum enim sint purissimi spiritus, ac simplicissimæ intelligentiæ, non possunt illis materiales huiusmodi res conuenire. Sed ideo alæ illis tribuuntur, quia in corporibus aëreis assumptis alati aliquando apparuisse in Sacris Libris leguntur: unde etiam ueteres Dololatræ Genios suos alatos effingebant. Ideo autem Beatis illis Spiritibus, aut etiam Demonibus alæ tribuuntur, ut pedes eorundem uelocitas, et agilitas exprimatur. At Mahumetus, et Mahumetani, erratica Thalmudistarum disciplina imbuti, uelut, ac materiales alas Angelis attribuunt: quemadmodum etiam ex loco Aleorani ex=
positè asseruere.

2. Adeo effrœta fronte est Mahumetus, ut non semel, sed multoties (uelut etiam in hac Sura) affirmet, Aleoranum suum conformem esse Sacris Libris à Deo

tradi=

traditis, nempe Pentateuche, et Euangelio, seu uetéri, nouoque Testamento. Id uero impudentissimum esse mendacium, et iam ostendimus, et per se res ipsa demonstrat

3. Hic etiam probibetur Mehumetes se non eum ni prædicatorem, et commonitorem: quia scilicet non dum ciuibus persuadebat ad cogendos homines, ut susciperent fidem suam.

4. Comparationes prædecessorum prophetarum, qui merito a populis suis habebantur: uelut ipse etiam propheta esse cupiebat. Sed illi habebantur, merito, cum tales non essent: at Mahumetes et habebatur, et erat mendax.

سورة يٰسٓ مكية
ثلاث وثمانون آية

SVRA XXXVI.

IAS.

Meccana: communium octoginta trium.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1 IAS.

2. Per Alcoranum sapientem, iuro,

3. Quod tu certe es ex Missis à Deo, et es.

4. In uia recta.

5. Et demissio huius Alcorani est Potentis, Misericordis

6. Vt commoneas homines dei eo, de quo non fuerunt commoniti Patres eorum: et ipsi sunt in socordia uiuentes.

7 Iam quidem competit dictum nostrum de punitione. in fi-
a. remora plerosq. delium a plerisque eorum: ideo ipsi non credunt.

8. Nos porro posuimus in collis eorum catenas: et ipsi

perringunt

pertinguns usque ad fauces : ipsi uero conantes sunt
capiat exigere, nec possunt.

9. Et posuimus ante eos reticulum, et post eos reticulum, ne moueri possint : et cooperuimus eos : atque ideo ipsi non uiderunt.

10. Et unum idemque est apud eos, siue prædicauerit illis, æquale siue non prædicauerit illis : non euadent.

11. Porrò prædicatio ea, qui secundus fuerit commonitionem [l. Alcoranum], et timuerit obliuionem in occulto [l. quamuis non uiderit eum]. Annuncia sanè huic indulgentiam, et præcedem honorificam.

12. Nos sanè uiuificauimus mortuos, et scribimus, id quod præmiserunt, dum uiuerent, bonorum operum, et uestigia eorum : et omnem rem computauimus eam in libro manifesto.

13. Et propone illis in parabolam, ciues urbis Antiochiæ, cum uenerunt adeam legati, Discipuli Jesu.

14. Cum misimus ad eos duos ex illis : sed mendacij insimulauerunt utrumque : atque roborauimus eos per tertium. Dixerunt itaque : Nos certè ad uos missi sumus.

15. Responderunt ciues : Vos non estis, nisi homines, sicut nos : neque demisit Misericors quicquam [l. nihil] uobis Deus reuelauit : sed uos tantummodo mentimini. a si uos non-nisi

16. Dixerunt legati : Dominus noster scit, quòd nos ad uos sanè missi sumus.

17. Et non incumbit nobis, nisi prædicatio manifesta.

18. Responderunt

18. Responderunt eiues: Nos ecce malum auguramur
nobis. Profectò si non abstinueritis à prædicando, omni-
nò lapidabimus vos: et ecce, sanguis vos à nobis pœna
19 doloribus. Dixerunt Legati: Sanguinem vestrum sit
vobiscum. Ancerò si commoniti fueritis, perseveretis
in errore vestro? aequi vos estis homines exorbitantes.
20. Venit autem ad extremi partibus ciuitatis vir
a. qui curebat quidam a curvens, qui dixit: O populus meus
, sequimini le-
gatos.
21. Sequimini eum, qui non petit à vobis ullam mercedem:
nam hi sunt directi. *Neque mihi est ulla ratio, ut
*22. non eclam eum, qui creauit me: et ad eum reducemini.
23. An suscipiam preces eum deos alios? Si voluerit mihi
Misericors nocere, non prodest mihi interecessio eorum
b. quidquam, neque liberabunt me.
c. 579. 24. Ego igitur sanè essem in errore manifesto, si illos
adorarem.
25. Certè ego credidi in Dominum vestrum: itaque
audite me. At illi lapidauerunt eum, et dum morere-
26. Dictum fuit illi à Deo: Ingredere in Paradisum.
Ille verò dixit: Vtinam gens mea sciret quid indulse-
rit mihi Dominus meus! dum constituit me inter
Honorados
27. Et non demisimus super gentem eius post eum
[i. post mortem eius] vllum exercitum è Cœlo, nec
perdecemus eos: neque fuimus demittentes [i. consueti
demittere]

28. Non fuit

28. [a]Non fuit pœna eorum, nisi vociferatio una Gabrielis è cœlo: et ecce ipsi ceciderunt carnieti.

29. Et editum super servos [i. o infelicitas hominum] non venit ad eos ullus Legatus, nisi sint de eo nisum cupientes.

a. Si

30. Nonne viderunt, quot perdidimus ante eos ex generationibus? certè ipsæ ad eos non revertentur.

31. Et quidem omnes profectò universi coram nobis sunt percrutandi.

32. Et signum [i. argumentum resurrectionis] est ipsis terra mortua: vivificavimus eam pluviâ, et eduximus ex ea granum, et ex eo comedunt.

33. Et posuimus in ea hortos ex palmis, et vitibus: et erumpere fecimus in ea [b]fontes.

b. de fontibus

34. Ut comedant ex fructibus eius, et quod operatæ sunt manus eorum. An ergo non agent gratias?

35. Laus illi, qui creavit species omnes ex eo, quod producit terra, et ex animabus eorum [i. mascŭlos, et fœminas]: et ex eo quod ipsi non noverunt.

36. Et signum divinæ potentiæ est ipsis, nox: subtrahimus ex ea diem, et ecce ipsi vemanent obtenebrati.

37. Et Sol currit ad locum quietis sibi assignatum. Hæc est dispositio Potentis, Scientis.

38. Et Lunam disposuimus eam in mansiones viginti et octo, donec redeat sicut spadix palmarum vetustus.

39. Non est Sol, ut competat ei, ut assequatur Lunam in cursu suo: neque nox est præcurrens

diem

diem; et omnia sic in gyrum decurrunt.

40 Et signum est ipsis, quod nos portauerimus progenie-
41 niem eorum in Area scinde.* Et euenerimus eis aliquid
a. de similitudine eius similе ipsi [i. naues], quod conscenderent ad nauigandum
42. Quod si noluerimus, demergemus eos, neque eis
adiuuans eos: neque ipsi liberabuntur.

43. Misi per misericordiam ex nobis, et ad fruendum
uita usque ad tempus destinatum.

44 Cum uero dicitur illis: Timete id, quod est ante
nos, et id quod est post nos [i. regnum presentis, et futuri
seculi], ut nos misericordiam consequamini: fugaciter-
tunt, et longius recedunt.

45. Et non refert eis ullum signum ex signis Domini
ni, nisi a b eo sint longe recedentes.

46. Et cum dicitur illis: Rogate clementiam ex eo,
quo dignatus est eos Deus: respondent ij, qui sunt infideles,
illis, qui credunt: An cibabimus eum, quem si uoluerit
b. Si uos Deus cibare illum? b Vos non estis nisi in errore manifesto.

47. Et dicunt: Quando completur hec promissio
de resurrectione, si estis ueraces?

48. Non expectant, dum ita loquantur, nisi clamorem
unum [i. unicum sonitum tube Israfelis] qui è me-
dio tollat eos: et ipsi interim inter se disceptant [i. stolide
confabulantur]

49. Et non poterunt condere testamentum: neque
ad familiam suam reuertentur.

50 49. Et insufflabitur in tubam secundam: et ecce
ipsi è

ipsi è sepulcris ad Dominum suum properantes egredien-
si. Dicent: O vah! nobis quis excitauit nos à cubili nostro?
hoc est, quod permisit Miserator: et vere sic erunt in hoc
legati.

5i. a Non erit, nisi clamor unicus, qui excitabit eos: et ecce a. Si
ipsi omnes ante nos progredi.

5ii. Hodie ergo non tractabitur iniuste anima in ulla re: neque reprendetur vestis, nisi quos faciet operari.

5iii. Corvi habitatores Paradisi hodie erunt in occupa-
tione voluptuosa se se delitiantes:

5iv. Ipsi, et uxores eorum morabuntur in umbraculis super lectulos recumbentes.

5v. Ipsis erunt in eis poma: et ipsis erit quod postula-
bunt.

5vi. Lex: dictum [i. dicetur illis] à Domino misericordi.

5vii. Et dicetur peccatoribus: Separamini hodie à sancti-
ficatis à vobis.

5viii. Non ne contestatus sum vos à filiis Adam, ne colo-
retis Satanam; qui per ipse est vobis hostis manifestus.

5ix. Et dixi: Colite me: hæc est via recta.

5x. Et iam quidem Satanas eduxit ex vobis ver-
tam multam: an ergo non intellexistis.

6i. Hæc est Gehenna, quæ vobis promittebatur.

6ii. Ingredimini illam, comburendi hodie, propterea
quod fuistis increduli.

6iii. Hodie sigillum imprimemus vestris oris eorum,
ne possint se excusare: et alloquentur nostræ manus

eorum

eorum, et testificabuntur fides eorum illud quod per petra-
verunt.

64. Quod si vellemus, cerè deleremus oculos eorum.
Et quidem properantes current per viam. Sed quomodo
videbunt.

65. Et si vellemus, cerè transformaremus eos in simias,
sues, aut lapides in [illegible] eorum: neque possent abire,
neque verentarentur*. Cui autem longam concessimus
vitam, inclinabimus eum in creatione [i. ad senilem, et
imbecillem statem reducemus]. An ergo non intelli-
gunt.

66. Neque docuimus eum [i. Mahumetum] artem
a. Si verificatoriam: neque competebat ei hoc. a Non est
id, quod predicat, nisi commonitio, et lectio manifesta.

67. Ut commorari faciat eum, qui est vivus [i. fidelis]:
et iuste competat Dictum [i. condemnatio] in fidelibus.

70 68. Nonne vident, quod nos creavimus illis, inter ea,
que fecerunt manus nostre, pecora: et ipsi illa posi-
dentes sunt

7 69. Et subiecimus ea illis: et ex eis quedam sunt
ad equitationem eorum: et ex eis, quibusdam vescuntur.

71 70. Et ipsis in eis sunt utilitates multorum, et potationes
lactis: an ergo non erunt grati.

71 71. Et acceperunt preter Deum alios deos, ut ipsi
adiuventur abillis.

72 72. Non poterunt adiuvare eos: et ipsis [nempe dijs]
sunt exercitus presentandi simul cum illis in

Gehenna

in Ichnaam.

74. Ne ergo contristet te dictum eorum: nos quippe scimus id, quod occultans, * et id, quod manifestans. * 76

77. An nondum cognouit homo, quod nos creauerimus illum ex spermate? et ecce iste est disceptator manifestus, negando resurrectionem:

78. Et proponit nobis similitudinem [i. obijcit argumentum in contrarium]: et obliuiscitur creationis suæ. Dicit: Quis viuificabit ossa, a eum sint putres comminuti? a. et ipsa

79. Respondet: Viuificabit ea qui produxit ea prima vice: et ipse est in omni creatione sciens:

80. Qui posuit vobis ex arbore viridi ignem: et ecce vos ex ea ignem excipitis.

81. An etiam ergo non erit qui creauit Cælos, et terram, potens ad hoc, ut creet similia ipsis [i. alios homines] similes ipsis? utique erit potens: nam ipse est Creator sciens.

82. Verbum eius, cum voluerit aliquid efficere, est ut dicat ei: Esto: et erit.

83. Laus ergo illi, cuius in manu est Regnum omnis rei: et ad eum in die Judicij reducemini.

Note.

Compendium duorum primorum characterum ٱلٓمٓ IAS, dedit sure titulum. Quid autem hi significent, incertum. Sut alij similes; nisi quod ex traditione Ebn-Abbasi, ut scribit Zamchascrius,

opponunt nonnulli, يا انسان O Homo. sed ineptè: prima enim
Alcorani verba dirigunter ad Mahumetum, non ad hominem.
Versus illius ter supra octoginta à pleris enumerantur:
Mecca habetur. Meccana censetur. Vocabatur hæc sura
à Mahumete قلب القران Cor Alcorani. Utuntur ea Mahume-
tani maximè in funere suorum mortuorum: quamobrem
Zamchascerius agens de primo illam legentis, ita scribit:
مَن قرأ يس يريد بها وجه الله غفر الله له واعطى له من الاجر كانما قرأ القران
اثنى وعشرين مرة وانما مسلم قرى عنده اذا نزل به ملك الموت سورة يس
نزل بكل حرف منها عشرة الملك يقومون بين يديه صفوفا يصلون عليه ويستغفرون
ويشهدون غسله ويتبعون جنازته ويصلون عليه ويشهدون دفنه وانما مسلم
قرأ يس وهو فى سكرات الموت لم يقبض ملك الموت روحه حتى يجيبه رضوان خازن
الجنة بشربة من شراب الجنة فيشربها وهو على فراشه فيقبض ملك الموت روحه
وهو ريان ويمكث فى قبره ولا يحتاج الى حوض من حياض الانبياء حتى يدخل الجنة
وهو ريان: وقال عليه السلام ان فى القران سورة تشفع قاريها ويغفر لمستمعها
الا وهى سورة يس. Qui legerit suram Yas, exquirens per eam
cultum Dei: Deus parcet illi peccata, et dabit illi mercedem, ac si legisset Alcoranum viginti duabus vicibus.
Porrò Mostemus, cui Lecta fuerit sura hæc in adventu
ad eum Angeli mortis, prò qualibet litera eius, descendent decem Angeli, qui stabunt dispositi in ordines ante
eum, orantes pro eo, et veniam pro illo deprecantes: et
assistent Lotioni cadaveris eius, et assecta sunter
funus eius, et orabunt pro eo, et assistent sepultioni
eius. Porrò si Mostemus legerit suram Yas eum ent
in angustijs mortis, non accipiet Angelus mortis ani-
mam eius, donec acquieverit cum beneplacitum Creatoris

Paradisi

Paradisi cum portione ex portionibus Paradisi. Ipse
vero liber illam stans super stratum suum: et tunc
Angelus mortis accipiet animam eius: et ipse erit
satur videndo: et movebitur in sepulcro suo: et non
indigebit piscina ulla ex piscinis Prophetarum, ut
ingrediatur Paradisum: iam enim portu expletus est.
Et dixit Mahumetus: Non est in Alcorano ista
alia, que intercedat pro Lectore suo, et ignoscat peccata
auditori suo, nisi sura Jas.

14. Cum misimus ad eos duos ex illis]. Totam hanc histo-
riam, seu fabulam refert Author quidam Mahumeta-
nus ex authoritate Amrui, Alambati, Alsaddij, et alio-
rum in Libello Arabico, qui apud me manuscriptus
asservatur, his verbis, que ex Arabicis fideliter trans-
tuli: Misit Jesus filius Marie felicis memorie, Lau-
lum, et Biean ad urbem Antiochiam, ut ibi prædica-
rent. Verum Antiocheni eos comprehensos, et cruciatos
carceri inclusserunt, et raserunt meditatem capitis eorum.
Cum hoc audisset Jesus, misit eò Simonem Cephan, qui
ignotus urbem ingressus est: capitque intrare in Delubra
eorum, quos colebant, et ea ~~frequentare~~ inhabitare, et capolive Dola
eorum, et orare in ipsis Delubris. Putabant illi, eum
quoque ex ipsis esse: sed preces eius dirigebantur ad
Deum. Cum autem viderent eum adeo pium, et
ac religiosum, significaverunt id Regi, qui vocavit
eum! At ille placuit ei religionem ipsius, et amo-
rem eius erga eum: ita ut Rex admiratus dixerit

ei

ei, se habere duos uiros carceri inclusos, quia uoluissent
praedicare ei aliam religionem meliorem sua: segue
de illij accidendij cogitasse. Tunc Simon: Vota, inquit,
utrumque, ut uideamus, utrum uelint resipiscere. Jus-
sit igitur Rex, eos adduciantur. ve. Misérat autem
antea Simon ad Paulum, et Briam in carcere nuncium,
qui praemoneret eos, ne ostenderent se illum agnoscere,
uel ab eo se ipsos cognosci. Cum autem coram Rege
uterque adesset, dixit illis Simon Cepha: Quam
religionem praedicatis? at illi dixerunt: Religionem
Jesu filij Mariæ. Atuerò Simon eos redarguens, dixit:
Quam probationem afferetis huius uestræ Religionis?
At illi dixerunt: Habemus nobiscum collyrium, quo
si cæcum linuerimus, statim uidebit. Hoc audito, ex-
timuit Rex cum hominibus, qui aderant, et ait illis:
Si demonstrauerint aliquid, edi nihil simile apud nos
reperiatur, sequemur nos. Cum autem cæcum adu-
cassent, et cum linuissent, statim uidit. Quod cum
uidisset Rex, et adstantes, timuerunt. Dixit autem
illi Simon Cepha: Nete terreat hoc: ego tibi ali-
quid simile huic ostendam. Deducatumque alium
cæcum linuit, qui eodem modo uidit. Admiratus
autem Rex, magis confirmatus in secta sua:
et male fauorans Simoni, uoluit occidere Paulus,
Briam. Cui Simon: Nescidas, inquit, eos: forta sse
enim resipiscent, et conuertentur. Remisit igitur
utrumque Rex. carceri: eumque iterum cos adu-
cassent

aduocasset ad se, dixit ei: Vos nisi feceritis, quod ego
quod nos non fiat. At illi responderunt: Nos curabi-
mus leprosos. Adductum igitur leprosum, medicami-
ne suo mundauerunt. Tunc Simon ait Regi: Ego
quoque idem faciam. Adduxerunt igitur alium lepro-
sum, quem Simon mundatum emundauit. Deue-
nit itaque Rex occidere Saulum, et Beam, nisi
ad sectam suam conuersi fuissent. Sed illi hoc recu-
sauerunt: suasu tamen Simonis, cum ipse resipi-
scentiæ, carceri restituti sunt. Simon uero eruit
in existimatione apud Regem, et populum. Deinde
cum Rex iterum eos aduocasset, dixit illis Simon:
Vtquoque persistitis in obstinatione uestra? nisi aliquod
miraculum diuersum ab iis, quæ fecisti, effeceris;
Rex interficiet uos. Illi uero responderunt: Nos susci-
tabimus mortuos. Tunc Simon: Si prodigium fe-
ceritis, iuro, me fore primum, qui uos sequatur.
Rex etiam promisit, se idem facturum: et ad exem-
plum Regis etiam cæteri. Forte autem fortuna acci-
derunt hominem mortuum deferri ad sepulturam; hu-
quem cum inuocassent Deum in nomine Iesu, statim
surrexit uiuus. Tunc Simon accepta fiducia, cucurrit
ad Idola, quæ colebant, et confregit ea, et populus
in hoc secutus est eum. Dixit Alsaddius: Prima
ciuitas, quæ amplexa est Religionem Iesu, fuit
Antiochia, sed ciuitas illa, ad quam dicitur in Alcom-
no, Deum misisse duos, et robora sue eos tertio, non

fuit

fuit Antiochia, sed alia ciuitas. Nam Antiochenj
crediderunt: illa autem ciuitas ob incredulitatem
suam, punita fuit à Deo. Hactenus Fabulas Histo-
rij Mahumetani, ex qua Alcorani uerba facilius
intelliguntur. Eadem fere habet Tamerlanes: sed
contra Hiaddium, mult, urbem fuisse Antiochiam
(ut etiam mult Iudæi). Et illius obiectioni respon-
det: Non ciuitatem totam, sed eos tantum, qui credere
noluerunt, Gabrielis uoce exitiosos fuisse.

20. *Venit autem ab extremis partibus ciuitatis uir quidam*] Celal: هو حبيب النجار كان قد امن بالرسل ومنزله باقصى البلد
Hic uocabatur Habib faber lignarius: iamque credideras
in Legatos, Habitabat autem in extremis partibus ciui-
tatis. De hoc plura Tamerlanes. Pertinet autem illud,
quo Deus duos Legatos roborasse fingitur, idem Author
Simonem Cephan fuisse pronunciat.

38. *Donec redeat sicut gradix palmarum uetustus*] Quia scilicet, ut ait Celal, huiusmodi gradix, seu ramus
اذا عتق فانه يدق ويتقوس ويصفر, ubi ad ultimatum per-
uenit, attenuatur, et in arcum curuatus, flaueseit.

49. *Et insufflabitur in tubam secundam*]. Notat hic,
ut etiam alibi, Celal بين النفختين اربعون سنة, inter utrum-
que tubarum sonitum, intercessurum spatium quadraginta
annorum. Videtur Mahumetes duplicem hanc tubam
ad supremum iudicium uocantem, ex uerbis S. Pauli
epist: 1. c. 15. ad Cor; et in epist. 1. ad Thessal: desumpsisse:
quibus ea uerba de sonitu tubæ, et de nouissima tuba,

quæ

qua mortui è sepulcris excitandi sunt, fit mentio. Verum Mahumetani nimis erasè, et praeposterè Apostoli verba accipiunt, et recentij fabulis permiscent.

50. Quis nos excitauit à sueto nostro? Jelal: كانوا لانهم بين النفختين نائمين لم يعتبروا intercedet inter sonum vnumquemque tubæ, semper dormiunt: neque signa vlla animaduertunt.

77. Cujus est in omni creatione scientia. Dest, scit omnia creare: vel, vt explicat Jelal: nouit quidquid pertinet ad creaturas tam ante, quam post creationem earum.

Refutationes

1. Est omnino visu dignum, quod Deus iuret per Alcoranum, Mahumetum esse Prophetam: et Alcoranum ipsum à se missum fuisse. Quis enim adeo hebes est, vt iuret rem aliquam veram esse, per ipsam rem, quam iurat. Præterea nemo conueniens iurat per id, quod est se inferius. Atque ideo in sacris Litteris non legimus, Deum iurare, nisi per semetipsum, quia scilicet nullum habet se ipso maiorem, per quem iuret; et ipse est prima summa, et infallibilis Veritas, est sufficiens certis omnis veritatis. Quod si quis obijcias + vel iuxta vulgatam: in superbiam locum illum Amos cap. 6: Iurauit Dominus per excellentiam Jacob, ibi videtur Deus iurare per creaturam: Respondeo, ibi excellentiam accipi pro altitudine seu amplitudine, et significare ipsam Deitatis Maiestatem, iuxta consuetam

Sacram

Sacravum Scripturarum morem, quo Deus appellatur
gloria, Honor, et celsitudo populi sui. *

* Sed de hoc et alijs iuramentis Dei in sequentibus suis, uide que dixi in Prodr. §. 4. cap. ult. pag. 714. et dicam infra suis locis. (Verum, etiam apud scriptores profanos, sublimia et sublimia in hac significatu accipuntur; Vel dicendum est, si per prius accipiatur, Deum ibi à Deo detestari, ut idem dixit, ac contra superbiam.

C. Quod hic, quemadmodum a Deo, dicas Mahumetus, quondam non recipere fidem, quia ita Deus decreuit, qui posuit cathenas in collis eorum, ne possint caput erigere, neque se mouere, additis ante, et retro repagulis, seu obstaculis: et undique tenebris offusis, ne possint uidere: confirmat errorem suum, et suorum, dum eredunt homines ex necessitate peccare, et impossibile esse illis fidem suscipere.

B. Falsum prorsus est, Christum Dominum misisse legatos ullos Antiochiam, uel in aliam Idololatrarum ciuitatem. Quandiu enim uixit, nullis, nisi Israelitis, uel unius Dei cultoribus legem suam promulgauit. * Nec minus falsè censendę sunt collusiones illę Simonis Cyrenæi cum Rege, et duobus Discipulis Christi, quibus se non solum indicium, sed etiam impium ostendisset: nemo enim tam mentis suę obliuiscetur, sponte sine summa impietate, et rerum Idololatriam, falsamque religionem amplectatur, dum in corde fides uera retineatur, etiam si ore cum intentione, et cum animo eius religionis propagandę, fiat. Quamobrem si Alcoranicum illud significent, quod Expositores eius affirmant: falsus est Alcoranus: insanus, et impius Mahumetus.

4. Si Alcorani Author ganeam aliquam, uel mercedem domum describere uoluisset, aprionibus uerbis uti non poterat, quam ijs, quibus suę Paradisum

suum

* Addi, S. Paulum nonnisi post Christi ad cœlos ascensum fuisse illius appellatum et constitutum; Dicam uero nusquam, et apud nos fuisse Christi Christi discipulum reperturum fuisse.

suum describit: dum illius incolis nullam aliam, quam
eum seminis luxuriandi, et inter meretrices delitiandi
occupationem assignat. Philosophi ipsi Ethnici, naturæ
lumine ducti, agnoverunt non posse in corporeis voluptatibus,
hominis felicitatem, præsertim summam consistere, sed in ani-
mi dotibus animæ operationibus esse collocandam. Sed hinc
quæ alibi diximus, et infra dicemus.

سورة الصافات مكية
مائة واثنتان وثمانون اية

SURA XXXVII.

ORDINATRICES

Meccana: commatum centum octoginta duorum.

In Nomine Dei Misericordis.

1 Per [a] Ordinantes ordinando:
2. Et [b] Agitantes agitando:
3. Et [c] Legentes commonendo:
4 Certè Deus noster sanè est unus.
5. Dominus Cælorum, et terræ, et illius quæ inter
hæc duo: et Dominus Orientium. Nos certè
6. Nos certè adornavimus Cælum propinquum

ornam.

a. Ordinatrices
b. Agitatrices
c. Lectrices

ornamento stellarum.

7 Et custodiam possumus in eo, ut stellarum sit ab
omni Satana rebelli.

8. Non audient Satanę & proceres excelsos [i. collocutio-
nem Angelorum], nam agyeruntur flammis ab omni
latere, repulsione [i. quibus repelluntur ab orbitis
Cęlestibus:]

9. Et ipsis erit pęna perseverans in Gehenna.

10. Ergo ille, qui subsipuit subrepsionem [i. furtim
audiuit voces Angelorum] sed secuta est cum flamma
penetrans, et ideo statim fugit.

11. Interroga igitur Mecanos, utrum ipsi sint va-
lentiores natura: an ij, quos evasimus [i. Angeli, et
Cęli]. Certè nos evasimus illos ex luto tenaci.

12. Atqui tu admiraris perfidiam eorum: et ipsi irri-
dent admirationem suam.

13. Cum verò commoniti fuerint, commonitionem
non recipient.

x. non commo-
nefiunt

14. Et cum viderint aliquod signum, subsannabunt
illud.

15. Et dicent: Si hoc est nisi vestigium manifestum.

16. An postquam morui erimus occubuerimus, et fuerimus pulvis,
et ossa?

17. An utique nos surgemus vere resuscitandi?

18. An etiam Patres nostri priores? Respon-
de-

19. Respondebis: Ita: et vos eritis humiliandi.

20 Et juro secundo hoc erit vociferatio una: et ecce ipsi inde-

Deus

videbunt se resuscitari

21. Et dicent: Ecce nos! hæc est dies Judicij.
22. Hæc est dies divisionis, quam ut fabulam negabatis
23. Congregate eos, qui iniqui fecerunt, et coniungite eorum [i. Diabolos], et quos coluerunt præter Deum:
et dirigite eos in viam Inferni.
24. Et justificate eos: quisque ipsi sunt examinandi.
25. Quid est vobis, quod non defendistis vos manifestè?
26. Atqui ipsi hodie humiliati adducentur.
27. Et accedent alij eorum ad alios, inter se iurgia
disceptantes.
28. Dicent: Seduci seductoribus suis: Vos certè veniebatis
ad nos à parte dextera [i. ostentantes veritatem, quam non-
vidistis dextera invadabis]
29. Respondebunt seductores: Atqui non eratis vere
credentes.
30. Neque erat nobis super vos ulla potestas ad vos co-
gendos.
31. Verùm eratis homines transgressores, sicut nos.
32. Quamobrem justè, comprehendit super nos omnes
dictum Domini nostri, quo destinavit nos ad pœnam,
quam certè nos vanè gustaturi sumus
33. Certè in errorem induximus nos: sed nos certè
eramus errantes.
34. Vtique omnes hi dic. illa in pœna sunt associandi
35. Certè nos ita agimus cum reclamatij.

36. Quisque

36. Quisque ipsi, cum dicitur illis: Non est deus, nisi Deus, insuperbiam efferuntur.

37. Et dicunt: An uero nos ecimus deserores deorum nostrorum propter poetam demoniacum.

38. Atqui hic uenit cum ueritate, et confirmauit lega= tos [i. id, quod prædicauerant legati antecessores].

39. Vos sanè gustatum estis pœnam dolorificam.

40. Neque remunerabitur uobis, nisi quod fecistis operati.

41. Sed serui Dei sinceri diuerso modo remunerabuntur.

42. His erit cibus constitutus [mane, et uespere in Paradiso.]

43. Bona: et ipsi honorati erunt

44. In sortis celsitudinis.

45. Super lectulos sese inuicem requiescentes.

46. Circumsertur illis calix ex fonte.

47. a Limpidus claritatem tribuentium.

48. Non erit in eo offuscatio intellectus: neque ipsi ex eo inebriabuntur.

49. Et circa eos accubabunt pueri cohibentes obtutum, ne alios respiciant, quam amasios suos, amplij oculij præditi.

50. Quasi gratia sint auro cooperti.

51. Et conuertentur alij eorum ad alios, et sese mutuò interrogabunt.

52. Quid dicens ex illis: Equidem fuit mihi in Mundo quidam conuictus.

53. Dicebat

a Albus

53. Dicetur mihi: An verè tu ex astruentibus veritatem resurrectionis?

54. An postquam obiimus, et fecimus pulvis, et ossa, an certè nos iudicandi sumus?

55. Sunè dicet socijs: Num nos multis meum advenire prospectui illum in Gehenna.

56. Sed respondebit illi, prospiciet ipse solus è fenestra quadam Paradisi: et videbit eum in medio Inferni.

57. Dicet illi: Per Deum propè fuisti, ut in ruinam traheres me.

58. Et nisi fuisset gratia Domini mei, certè fuisset ex presentatus Gehenne.

59. Dicent habitatores Paradisi: Ergo nos non sumus mortui?

60. Sumus sanè: sed mors nostra fuit mors prima [i. naturalis]: neque nos sumus in Gehenna cruciandi.

61. Sanè hæc est certè beatitudo magna.

62. Propter huiusmodi felicitatem operentur sanè operantes.

63. Vtrum hoc quod diximus melius est ad hospitandum, an arbor Zacum.

64. Nos certè posuimus eam [i. mentionem fecimus de ea in Alcorano], ad contemptionem iniquorum.

65. Porrò ipsa est arbor, quæ egreditur in imo Inferni

66. Radicis [i. fructus] eius sunt oculi capitum Diabolorum.

67. Porrò ipsi [i. damnati], certè comesturi sunt ex eis,

et

de impietuni exeby uentres.

68. Deinde sanè patriur illij super eos [i. post comes-
tionem eorum] a fotus exo aqua feruentissima.

a certè potus impurus

69. Cum certè reditus eorum exit in Infernum.

70. Profectò ijsti inuenient patres suos, qui fuerunt
errantes.

71 Ipsi uerò super uestigia eorum ad euercendum inui-
tabuntur.

72. Et iam quidem errauerunt ante eos plerique
Emorum.

73. Et iam quidem minimus inter eos commenitores.

74. Fide porrò cuiusmodi fuerit finis eorum, qui fue-
runt commeniti.

75. Præter seruos Dei sinceros.

76. Et iam quidem inuocauit nos Noe: et sanè euge exaudito-
res [i. promptè exaudiuimus illum]

77. Et liberauimus eum, et familiam eius ex angus-
tia magna.

78. Et posuimus generationem eius, ut ipsi essent
residui.

79. Et reliquimus super eum celebrem famam apud
posteros.

b ultimos

80. Ex super Noe in omnibus c seculis.

c Mundis

81. Nos certè ita remuneramus benefacientes.

82. Quippeipse fuit ex seruis nostris fidelibus.

83. Deinde demersimus reliquos.

84. Et quidem e Sem eius sanè fuit Abraham.

85. Cum

85. Cum accessit ad Dominum suum cum corde ferro.
86. Cum dixit Cani suo, et genti suæ: Quid est quod colitis.
87. An mendacium deos præter Deum cultis.
88. Quæ porrò est opinio vestra de Domino Mundo?
89. Aspexit intuitu in stellas.
90 Et dixit suis: Certè ego sum infirmus [i. cognosco ex aspectu stellarum mox me ægrotaturum: quare non possum venire ad sacrificia vestra].
91. At illi discesserunt ab eo tergа vertentes, profecturi ad festivitatem quandam.
92. Abraham verò perrexit etiam ad deos eorum ante quos erat mensa cum cibis: et dicebat illis, per iocum: An non comeditis?
93. Quid est vobis, quod non loquimini.
94. Et irruit in eos verberando manu dextera.
95. Et reversi sunt ad eum festinantes post festum suum.
96. Dixit illis Abraham: An nec colitis id quod sculpitis?
97. Deus verò creavit vos, et id quod sculpendo fecistis.
98. Dixerunt illi inter se cum videssent idola sua ab eo confracta: Construite illi ædificium [i. fornacem]: et projicite eum in Infernum [i. in ignem profundum]
99. Voluerunt igitur in eum struere dolum: sed nos possumus eos infimos [i. victos, et confusos] liberando Abraham a vobis.

100. Et

a uadens

100. Et dixit illis Abraham: Ego sanè a abibo ad Domi-
num meum, qui diriget me.
101. Domine mi da mihi filium, qui sit ex Probis
102. Annuntiauimus igitur ei adolescentem prudentē
103. Cum igitur peruenisset eum eo ad ætatem, cui com-
petit operandi studium; Dixit ei Pater: O filiole mi,
certè ego uideram in somnio, quod te facerem te.
Vide ergo quid sentias. Respondit: O Pater mi, fac
quod iussus es: Inuenies me, si uoluerit Deus, ex patien-
tibus.
104. Cum autem ambo subiecissent se Diuino imperio:
et prostrauit eum pater in frontem [i. fronte ad terram
conuersa, cum sacrificaturus];
105. Et clamauimus ad eum ò Abraham.
106. Iam uerificasti uisionem. Nos sanè ita remunera-
mus benefacientes.
107. Certè hæc sanè fuit probatio tentatio manifesta.
108. Et redemimus eum [meuze Ismael, siue Isaac Pecia
magna.
b. ultimos 109. Et reliquimus super eum apud posteros b nomen
celebre.
110. Pax sit Abraham. Ita remuneramus bene-
facientes.
111. Quippe ipse fuit ex seruis nostris fidelibus.
112. Et annuntiauimus ei Isaac Prophetam ex Probis.
113. Et benediximus super eum, et super Isaac: et
ex progenie utriusque fuit benefaciens, et male
faciens

faciens animę tuę manifestus.

114. Et iam quidem beneficii fuimus erga Moysen, et Aaron.

115. Et liberauimus utrumque, et populum utriusque ab angustiâ magnâ.

116. Et adiuuimus eos contra Ægyptios, ita ut fuerint ipsi uictores.

117. Et dedimus utique librum apertissimi manifestantem Diuinas Leges.

118. Et direximus utrumque in uiam rectam.

119. Et reliquimus utique apud posteros gloriam

120. Pax super Moysem, et Aaron.

121. Nos sanè ita remuneramur benefacientes.

122. Quippe ambo fuerunt ex seruis nostris fidelibus.

123. Et quidem Elias certè fuit ex missis à nobis.

124. Cum dixit genti suę: An non timebitis Deum?

125. An inuocatis Baal, et relinquitis optimum creantis?

126. Deus est Dominus uester, et Dominus patrum uestrorum primorum.

127. Et Mendacij insimulauerunt eum: quippe ipsi erunt sanè pręsentandi in Gehennam:

128. Præter seruos Dei sinceros.

129. Et reliquimus super eum apud posteros gloriam.

130. Pax super Elias [i. super Eliam, et similes illi]

131. Nos certè ita remuneramur benefacientes.

132. Quippe ipse fuit ex seruis nostris fidelibus.

133. Et profectò Lot fuit sanè ex missis à nobis

134. Cum

134. Cum liberauimus eum, et familiam eius uniuersam.
135. Præter Petulam, quę periit cum remanentibus ad fęnam.
136. Deinde perdidimus cęteros.
137. Et uos cæte transiistis per eos [i. per regiones eorum] mare
suo ficientes.
138. Et in nocte: an ergo non intelligitis?
139. Et quidem Jonas sanè fuit ex missis à nobis.
140. Cum fugit ad nauem plenam.
141. Et iecerunt Nautæ sortes, et fuit ex a uictis per sortem
a. rdictis
142. Et deglutiuit eum piscis: nam ipse erat reus.
143. Quod si ipse non fuisset ex laudantibus Deum.
144. Profectò mansisset in uentre eius usque ad diem, qua
homines suscitabuntur.
145. Et eiecimus eum è uentre piscis in littus: et ipse erat
malè uocatus.
146. Et produximus super eum plantam ex cucurbita.
147. Et misimus eum ad centum millia hominum Ninui-
tarum, aut etiam erant plures.
148. Crediderunt igitur: propterea uitam fruendam dedimus
eis usque ad tempus.
149. Nec potuò ab illis [i. Mecanis], an Domino suo sint
fœlices, ipsis uerò infœlix: dicunt enim Angelos esse filias Dei
150. An ne ex ecimus Angelos fœminas; et ipsi sunt hujus
rei testes.
151. Non ne ipsi ex mendacio suo sanè dicunt:
152. Genuit Deus: et profectò ipsi sanè sunt mendaces.
153. An elegit Deus filias pro filijs?

154. Nonest

154 Non est uobis ratio cur ita iudicetis.
155. An ergo non commonefiebis [i. non agnoscetis hanc ueritatem]
156. An est uobis aliqua authoritas manifesta de eo, quod dicitis?
157. Afferte ergo librum uestrum, si estis ueraces.
158. Et posuerunt inter eum [i. Deum], et inter Genios, [i. Angelos] affinitatem: et iam quidem norunt Genij, quod ij, qui hæc dicunt sanè purgentandi sunt in Gehennam
159. Laus Deo [i. procul abest Deus] ab eo, quod purgicant de illo.
160. Præter seruos Dei sinceros.
161. Vos porrò, et id, quod colitis.
162. Nequaquam uos ad illud colendum estis reducturi.
163. Nisi eum, qui est combuendus in Inferno.
164. Et non est ex nobis ullus, nisi ipsi sit locus destinatus in Cælo
165. Et nos sanè, certè nos sumus Ordinantes choros Cælestes ad laudandum Deum.
166. Et nos sanè, nos certè sumus Laudantes Deum.
167. Et quidem sanè dicebant antea Meccani.
168. Siquidem fuisset apud nos commonitio ex Libris [i. Liber datus à Deo Patribus nostris.]
169. Certè fuissemus serui Dei sinceri. At datus fuit illij Alcoranus.
170 Verum noluerunt credere in illum. Sed mox scient, quid sibi propterea euenturum sit.

171. Etiam

171. Etiamquidem accessit dictum nostrum ad seruos
nostros missos à nobis.
172. Quod ipsi sanè [a] forent adiuuandi à nobis contra
infideles.
173. Et quod certè exercitus nostri, sanè forent uictores
174. Recede ergo ab eij usque ad tempus.
175. Et aspice eos: mox porrò aspicient ipsi quid mali
sibi sit eventurum.
176. An ergo [c] pœnam nostram cupiunt sibi accelerari.
177. Atqui cum descendent in aras eorum, malum sanè
erit auorum commonefactis.
178. Sed recede ab eij usque ad tempus.
179. Et aspice: mox porrò ipsi aspicient quid sibi even-
turum sit.
180 Laus Domino tuo, Domino potentię [b. procul abest]
ab eo quod prædicant falsò de illo.
181. Et pax super Legatos.
182. Et laus Deo Domino seculorum

a. ipsi

b. ipsi

c. in pœna nostra cupiunt accelerationē

Notę

Inscribitur, sura Arabicè à prima sui dictione الصافات Ordi-
natrices, seu Ordinantes in genere fœminas. Perpetuum Hotin-
gerus uertit Ordines. Est Meccana. Versus habet, iuxta com-
muniorem computum, centum octoginta trés, omnes fere breues-
simos + Ad lectoris præmio hęc habe: من قراء سورة الصافات اعطی
عشر حسنات بعدد کل جنیّ و شیطان و تباعدت عنه مردة الشیاطین و بُرئ

+ Mihi unus defuit, uel non aduerti

من

من الشرك وشهد له حافظاه يوم القيمة انه كان مؤمنًا بالمرسلين

Qui Legerit Suram Trinantium, dabuntur ei decem bona in ato numerum omnis geny et sathane, et elongabitur ab eo ebellio sathanarum, et furia seruabitur a phytoneia: et testes erunt ei mo custodes eius die resurrectionis, quod ipse crediderit in legatos.

1. Ber ordinantes.] Jelal: الملايكة تصف نفوسها فى العباده واجنحتها فى الهوى تنتظر ما تؤمر به Ber Angelos, qui ordinant se ipsos in cultu Dei: uel qui disponunt alas suas in aëre, expectantes quid sibi a Deo precipiatur.

2. Et agitantes.] Jelal: الملايكة تزجر السحاب اى تسوقه Ber Angelos qui agitant nubes: idest agunt, seu adducunt eas

3. Ber Legentes.] Jelal: جماعة قرّاء القران تتلوه: Ber cetum Angelorum, qui Legunt Alcoranum. Sahiay الملايكه تتلوا الوحى الذى تاتى به الانبياء Ber Angelos qui legunt [idest audiunt a Deo] reuelationem, quam communicant Prophetis.

5. Dominus Orientium] Sahiay iuxta expositionem Ottrade: هى ثلاثة مايةٍ وستون مشرقا وثلاثة مايةٍ وستون مغربا Orientes sunt trecenti sexaginta: et totidem occidentes. Erat in pluralitate Mundorum cum suo Prophete.

5. Et custodiam fecimus in eo] Videque de hoc figmento fusius alibi dixi fingunt stilicet Mohemi, ita docente Alcorano, auro Machumen aduentum signasse conuenisse in orbibus celestibus

spidere, unde auriculis ad eorum foramina admotis, furtiuè accipiebant ea, que uel Deus Angelis reuelaret, uel Angeli ipsi inter se colloquerentur: et hæc deinde magis, aut ali, ac diuinis manifestabant; ut ea ratione facilius homines decipierent.

Exorto autem Alhumeto, Deus flammis iniectis, dæmonas curiosius Angelorum sermones auribus accipientes, ex ergo inuasit, atque ex cælestibus orbibus eliminauit.

10. Lector illum qui subintuit subreptionem] Explicat Jelal اى لا يسمع الا الشيطان الذى يسمع الكلمة من الملايكه فاخذها بسرعة: Dicit, non audient Angelicos sermones, nisi Satanas, qui audiuit nescio quid ex colloquio Angelorum, et accepit illud cum velocitate. Hoc igitur est, subintuit subreptionem, ac furtiuè semel festinanter audiuit. Hic obiter repeto quod alibi ex professo dixi: nempe Alhumeranos putare flammas illas, quibus dæmones a cælis arcentur, esse stellas, seu exhalationes ignitas, quas sæpè uidemus in aere cum flammas uelociter discurrere.

14. Et cum uideris aliquod signum] Accipit hic Jelal signum pro miraculo: et putat huiusmodi miraculum fuisse انشقاق القمر scissionem Lunæ, de qua fit mentio in Alcorano. Verum manifestè patet ex contextu, non agi hic de ullo miraculo, sed de signis, seu uestigiis Alcorani.

20. Vociferatio

40. Vociferatio una] Sic hæc vociferatio, iuxta Jahiam
النغمة الاخرة ultimus clangor tubæ vocatus ad iudicium.
43. Poma] Hæ scilicet erunt cibus illis constitutus ad
grandium, et eman: de quibus ita Zelal وهو ما يوكل
تلذذا لا لحفظ صحة لان اهل الجنة مستغنون عن حفظها لخلق اجسادهم للابد
Hæc autem comedent ad delectationem, non ad conservan=
dam sanitatem. Nam habitatores Paradisi non indige=
unt præservatiuis ad sanitatem, cum habeant corpora
æterna, et immortalia
45. Se se invicem respicientes] ita ut, iuxta Zelal, بعضهم
non videant alij præputia aliorum.
seu non vertant sibi terga.
46. Circumferetur illis calix ex fonte]. Notat Zelal
acumine ejusmodi fontem fore من خمر تجري
وجه الارض كانهار الماء: ex vino, defluente super faciem terræ, veluti
flumina aquarum
47. Limpidus] Arabice بيضاء candidus. Zel. اشد بياضا
من اللبن magis candidus, quam sit Lac. Zamchascerius videtur
referre ad calicem, non ad fontem.
50. Quasi ipsæ sint ovum coopertum] Zelal: كانهن في اللون
بيض النعام مستور بريشه لا يصل اليه غبار ولونه وهو البياض في صفرة احسن
الوان النسا Quasi ipsæ in colore sint ovum Struthionis coo=
pertum plumis eius; ita ut non perveniat ad eum pulvis: et
color eius est albus mixtus flauedine, qui est color in fœminis
Laudatissimus
63. Utrum hoc melius est ad hospitandum] Fit hic compa=
ratio inter cibos, seu xenia hospitalia Paradisi, et Jehennæ,

in qua damnati uescuntur fructib. arborib الزقوم Zacum
quæ erat ad Selal: المعدّة لاهل النار وهي من اخبث الشجر المرّ بتهامة ينبتها
الله في الجحيم كما سياتي : praeparata est damnatis, genima om-
nium arborum deserti & amaritudine: quam Deus nasci fecit
in Tartaro, ut mox sequitur in Alcorano

64. ad contentionem iniquorum]. idest, ut de ea inter se
contenderent ac disceptarent Infidelis: Selal: اذ قالوا النار
حرق الشجر فكيف تنبت : dum dicebant: Ignis combuxit arbo-
res: quomodo ergo nasci potest arbor in illo?

66. uelut capita Diabolorum] Sel. اى الحيات القبيحة المنظر
idest: serpentes, turpissimi aspectu

69. Tum certè reditus eorum] Selal: يفيد انهم يخرجون منها
لشرب الحميم. Prodest ipsis, quod egrédiantur ex Gehenna
ad bibendam aquam feruentem

75. Præter seruos Dei sinceros]. Nimirum, horum finis,
seu successus erit diuersus. Quidam hic et alibi legunt
المخلصين saluatos: quidam uerò المخلَصين sinceros; sed
utrumq. recidit in idem.

104. et prostrauit eum pater in frontem]. uidelicet super
struem lignorū facié ad terram conuersa: deinde, inquit
Selal; امرّ السكين على حلقه فلم يعمل شيئا بمنع من القدرة الالهية
applicuit gladium gutturi eius: sed nihil potuit efficere,
impediente eum diuina potentia

108. Et redemimus eum hostia magna]. Loquens Selal de
hoc Abrahę facto, ita habet وهو اسمعيل او اسحق: قولان: بذبح
عظيم بكبش من الجنة وهو الذى قربه هابيل جاء به جبرايل فذبحه السيد
ابراهيم مكبّرا. Ille, quem uoluit offerre Abraham, fuit Ismaël.

el, uel Isaac: nam duplex est sententia. Hostia uero magna fuit aries Paradisi, quem obtulerat Habel Gen. Adduxit autem eum Gabriel, et Dominus Abraham immolacuit eum, magnificans Deum. Suspicor, Mahumetum usum hic fuisse ea forma loquendi, quam audierat à Christianis usurpari; scilicet nempe Isaac redemptum fuisse hostia magna, nempe Christo: sed nihil tale hominem insanum cogitasse.

113. Et annuntiauimus ei Isaac]. Notanda explicatio Gelali, qua clarè asseritur error Mahumetanorum: استدل بذلك على ان الذبيح غير Mahumet. Voluit (inquit) per hoc ostendere eum, qui immolari iussus fuerat, fuisse alium ab Isaac: nempe Ismaelem. Quia scilicet post commemoratam immolationi gaudium annunciatis Natiuitatis Isaac. Verum hoc ipsum ostendit ostentantiam Mahumeti, et falsitatem Alcorani

123. Et quidem Elias]. Ita ignorant sapientes Moslemi in rebus etiam notissimis, ut de Elia ita scribat Gelal: قيل هو ابن اخى موسى وقيل غيره ارسل الى قوم ببعلبك ونواحيها * هرون اخى
Dicitur fuisse filius fratris Aaron fratris Moysi: alii tamen aliter sentiunt. Missus fuit ad populos, qui erant in Baalbec (est urbs Mesopotamiæ), et uicinos eius.

143. Quod si ipse non fuisset ex laudantibus] Gelal: بقوله كثيرا فى بطن الحوت لا اله الا انت سبحانك انى كنت من الظالمين
Ego enim, dum esset in uentre piscis, dicebat: Non est alius Deus præter te. Laus tibi. Certè ego iniquè egi

146.

i46 Jahias تظله بورقها ويشرب من لبنها فاظلته فنام واستيقظ وقد
اللہ الیہ ببست فخرن عليها فاوحى

Et produximus super eum plantam ex cucurbita
Vmbra foliorum suorum tege-
bat eum, et bibebat de lacte eius: cumque subumbra-
ret quieseret, obdormiuit. Sed cum vigilasset, inuidit eam
exarusisse. Cumque propterea mistaretur, dixit ei
Deus per reuelationem. In eo, quod senserit Jahias, illud
arbore de lacte cucurbite, videtur addendum id, quod
habet Jelal وكانت تاتيه وعلة صباحا ومساء يشرب من لبنها حتى قوى
et veniebat ad eum capra siluestris mane, et vespere,
et bibebat de lacte eius, donec conualesceret, ac uires
resumeret. Cum autem dicat Aleoranus, piscem eum-
meisse Jonam in nudo, uel in nuditate, Arabice بالعرى
quod communiter exponitur, in littore: Jahias tamen
ait Aleorani sensum esse, quod Jonas nudus e
piscis ieetus fuerit: Ita enim senserit: قد بكر لحمه وكل شى
منه مثل صبى المولود وهو سقيم يريد الصبى المولود وقال محمد هو المكان الخالى وانما قيل
له عراء لانه لا شجر فيه ولا شى يغطيه وكانه من عرا الشى
Innouatus est
cauo eius, et quidquid erat in eo, erat ueluti puer recens
nati: et hoc significat, in nudo, Sed Mohamed ait signi-
ficare locum uacuum, qui ideo dicitur nudus, quia in eo
nulla erat arbor, uel alia res, quę cooperiret eum: quasi
igre Jonas nudus esset ab omni re. Notandum autem,
Aleoranum posse cucurbitam producere, ex uersione
septuaginta Interpretum, quę Christiani in Oriente
Ecclesia utebantur.

x videt. corrigendū بالعراء

175. Et

175. Et ipsi ecclesiæ est Vesi attende finem illorum. Ita infra
v. 179.

177. Atqui cum descendent] Ninivum cum flagellum
Dei aduenit super domos eorum, miserum experientur
illum diem, de quo antea commonefacti fuerant.

Refutationes

1. Inducitur hic statim primis verbis Deus iurare
per tres ordines Angelorum, se esse Deum unum. Ignosci
potest antiquis Græcis, si asserebant Iouem, ac cæteros
deos, per Stygiam paludem, et per infernas flumina, iura-
menta sua concipere: quandoquidem Mahumetus
tam frequenter Deum per res creatas iurare confingit;
quantumuis absurdissimum sit, aliquem per Summam
Veritatem in testimonium veri per iuramentum adducere.
De quo iam supra. Illud uero mirabile, seu potius ri-
diculum est, Deum ad electionem Meorum Angelorum
ordinem destinasse.

2. Figmentum illud de eiectione Dæmonum ab orbibus
cælestibus post aduentum Mahumeti, nec correctis auriculis
ab Angelorum sermocinationes, et cælicolarum arcana
curiosius excipiendi, iam supra ex parte est, præsertim
quo ad eam partem, in qua huiusmodi eiectionis, seu
expulsionis non alios testes, quam stellæ, seu flammæ
illæ uolantes, quas ipse per cælum æreum discurrere
uidemus, adducuntur.

3. Cambem decepit, dum a cælicolis suis, Paradisi
loco

loco canonam, seu uenus gancam proponit, in qua aliud nihil, quam de epulando, crapulando, et scortando cogitetur. Modestius certe Homerus lib. 1. iliad. induxit deos in Cœlo, seipsos, quos Vulcanus singulis mero spumantes porrigebat, exhauientes, et in profusos risus erumpentes. Vinum uero, quod cum Mahumetus uinum, ut prote Diaboli inuentum, et rem abominabilem proijcit, atque adeo suis rigide interdicat: illud nihilominus in Paradiso suo adeo largiter, benigne concedat. At enim, uinum illud neque inebriabit, neque mentem perturbabit. Esto: sed neque hic quodlibet uinum inebriat, uel mentem perturbat: quedam enim uina sunt suauissima quidem, sed nullam in mente, uel cerebro perturbationem gignunt. Quin et ea ipsa, que generosiora sunt, si moderate, temperateque sumantur, corpus, et animum recreant, non fatiunt. Non solum autem in uino, sed etiam, multoque magis, in uenere excessus nocet, quemadmodum in quolibet alia re, quamuis optima. Uidebat igitur Mahumetus, non uinum, sed immoderatum illius usum prohibere, quantumuis illum non prohibuerit in seminis: quas necio cur singulas singulis Mahumetanis in Paradiso coniuges assignet? Cum enim nunquam eas picturas, aut potius effigies apud Mahumetanos inducibitatum sit, ad uolam libidinem explanam, et alienam explendam deseruiens. Ille uero mirandum est, feminas hasce Paradisi, itidem uelatas, fuisse,

Quamobrem

Quamobrem uxores, quas hic in terris Mahumetani habuerunt, uel à Paradiso excludentur, uel in eo morantur quidem, sed perpetuo nidore, et earum assidua zelotypia, ac rabie, dum uidebunt antiquos maritos suos, singulos cum sua puella delitiari, et se ipsas minimè curare. Si hæc mulieres Mahumetanæ attentius animaduerterent, non dubito, quin Prophetæ suo quantocyus uel Vale, uel Male dicerent.

4. Quantum se in suo Paradiso iucundum; tantum in Inferno suo ridiculum se Mahumetus ostendit: dum et in eo arbores uerè germinare, et earum fructus Diabolorum capitibus similes esse pronunciat: potum uerò aquæ feruidæ damnatis propinandum extra Gehennam: cibum autem ex fructibus arboris Zaccum intra ipsam Gehennam ministrandum fabulatur. Quæ si metaphoricè, uel allegoricè dicerentur, aliquo modo possent excusari. Verum ut iam monuimus, hæreticum est apud Mahumetanos, ea, quæ in Alcorano dicuntur, non litteraliter, et ut uerba sonant, sed mysticè, figuratèque intelligere.

5. Ea, quæ de Abraham narrantur, cum nisu explodenda Lectori relinquo +. Non possum tamen dissimulare inscitiam tam erassam Mahumeti, et Mahumetanorum, dum non solum dubitant, uter filiorum Abrahæ, Ismael ne scilicet, an Isaac, ad sacrificium destinatus fuerit: sed in Ismaelem plerique propendent

+ Omnia sunt Thalmudica figmenta.

propendent: quasi aevo de hoc in Pentateucho dubium
nel minimum esse possit. Porrò ex Alcorano mani=
festè colligitur, ut notat etiam Selah, Mahumetum
in hoc errore fuisse, dum jussit ovium Isaac post
historiam sacrificij. Illud verò prorsus novum, et inve=
dibile: Angelum Gabrielem adduxisse è Paradiso,
ubi in pascuis ~~nutriebatur~~ spatiabatur, arietem, quem olim Habel
immolaverat, ut Abraham illum pro filio suo sa=
crificaret. Ita enim explicant Mahumetani verba illa
Alcorani, Hostiam magnam. + Et profectò non erat
cur Mahumetus communem arietem hostiam magnam
vocaret: nec dubitandum est, quin novum aliquid ac
mirabile innuere voluerit: nisi forte, ut in Notis
indicavi, cum Christianis, quid diceret ignorans, loqui
voluerit.

+. Et nihilominus certò credunt Mahumetani, hunc arietem sicut etiam camelam Mahumeti, et camelam Saleh, et vitulum Christi, et canem septem dormientium hodie gaudere in Paradiso reperiri.

6. Postremò notandum est hic, et alibi, quanta
sit Mahumeti calliditas: dum, ut se Prophetam ven=
ditet, insligendam à Dea Meccanis plagam prædixit.
Illud scilicet prædicebat, quod igne animo mollie batur:
et non solum sperabat, sed fere certò eventurum
sciebat, cum quotidie partes suas augeri, et Mahume=
tanorum imminui videret

سورة

سورة ص مكية
ثمان وثمانون آية

SVRA XXXVIII.

S A D.

Meccana: commatum octo supra octoginta:

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. SAD.

2. Per Alcoranum continentem commonitionem.

3. At uerò Mecani, qui sunt incredouli, uiuunt cum fastu, et schismate contra Mahumetum:

4. Quot perdidimus ante eos ex generationibus: et inclamauerunt parentes auxilium: sed non fuit tempus fugę ab ira Dei.

5. Et admirati sunt Mecani, quòd uenerit ad eos commonitor ex ipsis: et dixerunt infideles: Hic est magus, mendaciorum architectus.

6. An fecit deos Deum unum? certè hęc est res mirabilis.* Et abierunt Primates ex illis, dicentes mutuò: Pergite, et constanter estote erga deos uestros. Profectò hęc res est, quę intenditur

ab illo *7

ab illo [nempe ut relinquatis deos vestros, et adoretis Deum unum]

8. Nihil audivimus de hoc in religione ultima [i in Evangelio]. Non est hoc, nisi commentum.

9. An demissa est super eum commonitio inter nos? Atqui ipsi sunt in dubitatione de commonitione mea: sed nondum gustaverunt poenam meam.

10. An sunt apud eos promptuaria misericordiæ Domini tui, Excelsi, Potentis, Donatoris?

11. An est ipsis Regnum Cœlorum, et terræ, et eorum, quæ sunt inter hæc duo? Ascendant potiùs per funes in Cœlum.

12. Exercitus eorum quicunque sit, ibi dissipandus est ex coniuratis [i. sicut exercitus coniuratorum]

13. Mendacij insimulaverunt ante eos Legatos suos populus Noe, et Adici, et Thamud, Pharaonis proceres.

14. Et Themudei, et populus Lot, et habitatores Silvæ [i. Madianitæ]. Isti fuerunt coniurati contra Legatos suos

15. Omnes isti non nisi mendacij insimulaverunt Legatos: quamobrem iustè competijt illis pœna mea.

16. Et non expectant hi Meccani, nisi clamorem unum nouissimæ tubæ, nullum habebit a eo effugium.

17. Et dixerunt Meccani: Domine noster, accelera nobis portionem nostram ante diem Rationis [i. iustissimi Iudicij]

18. Patiens esto super id, quod dicunt: et memento servi

a Si

Adej
Alaicæ

a. Si omnes

b. non dicit ab eo ullum

* Notat Gelal, hæc ipsa inuisionalia dicta fuisse

seruii nostri Dauid prædicti uirtute: quique ipse erat legé a. manibus
conuertens se ad Deum.
19. Nos uerò adegimus montes, ut cum illo laudes ca-
nerent uespere, et manè.
20. Et uias congregatas cum eo ad laudandum Deum.
Omnia hæc ad ipsum erant se frequenter conuertentia
ut ei obsequerentur.
21. Et roborauimus Regnum eius, et dedimus ei sa-
pientiam, et distinctionem sermonis, ut sapiens solo Deo
qui posset de omni re.
22. An uerò peruenit ad te [i. ad notitiam tuam] histo-
ria litigantium, cum ascenderunt per murum in * Notat Delal, eos ascendisse per murum, quia probabat. intrare per ianuã in Oratoriũ, nõ extuerant Dauid orante
Oratorium Dauid.*
23. Cum intrauerunt ad Dauid, et ipse extimuit ab eis.
Dixerunt ei: Ne timeas: iudex duo litigantes sumus.
24. Iniustè insurrexit alter nostrum aduersus alterum.
Iudica ergo inter nos cum ueritate: et ne iniquè
agas: et dirige nos in equitatem uię [i. decerne quid
conueniat unicuique nostrum]
25. Porrò huic fratri meo erant nouem, ac nona-
ginta oues: mihi uerò ouis una: et dixit mihi:
Da mihi eam custodiendam, et preualuit contra me
in sermone.
26. Respondit Dauid: Iam porrò iniquus fuis
erga te in petitione ouis tuæ, ut adiungeres eam
ad oues tuas. Et quidem multi ex ineuntibus socie-

tatem.

tatem in negotijs, sanè violenter aquint alij eorum aduersarios, fugiens eos, qui credidevant, et operantur recta. Sed quam pauci sunt hi! Et censuit David [i. cognouit] quod profectò nos tentaueramus eum per uxorem Vriæ: et uenian petijt à Domino suo; et prodeidit in genua prostratus, et veneratus est ad Deum.

27. Ignouimus itaque illi hoc: et quidem fuit illi apud nos sanè augumentum bonorum temporalium: et pulchritudo reditus [illegible], [i. felicitas paradisi].

a. successorem 28. O David: nos sanè constituimus te Imperatorem in terra: iudica ergo inter homines cum uenitate: et ne sequaris concupiscentiam, ne errare faciat te à uiâ Dei: nam qui errauerint à uiâ Dei, ipsis erit gena uehemens, eò quòd obliti fuerint diem Rationis.

29. Et non erequimus Cælum, et terram, et quæ sunt inter hæc duo, frustrà. Hæc est opinio eorum, qui non credunt. Sed ach illis, qui non credunt, ac Igne.

30. An tractabimus eos, qui credidenint, et operati fuerint, sicut corrumpentes in terra? Aut tractabimus Pios, sicut scelestos?

b Liber quem c. et benedictus. 31. b Librum misimus ad te, benedictum; ut sedulò pertractent signa eius: et ut commonefians predicti cordibus.

32. Et donauimus Dauidi Salomonem. Euge servus! [i. probum seruum nostrum]: quippe iure erat Deo conuertens ad Laudandum Deum.

33. Cum expositi fuissent coram eo uespere equi, qui transsessa sua.

superiores pedes, extrema quarti pedis ungula terram tangebant; cursu velocissimi.

34. Dixit: Certè ego amavi amorem boni terreni [l. equos] plusquam memoriam Domini mei, non prosequendo orationem meam vespertinam donec absconderetur sol in vespertinae noctis, ut curiosius equos inspicerem.

35. Reduxite eosdem equos ad me. Cumque reduxissent, egit praeidere crura, et colla eorum.

36. Et iam quidem tentavimus Salomonem: et posuimus supra thronum eius corpus [l. daemonem sub figura corporea]. Deinde convertit se ad regnum suum [scil. ad Deum].

37. Dixit: Domine mi, parce mihi, et da mihi regnum, quod non competat alii post me: tu quippe es Donator.

38. Et subegimus illi ventum, qui curreret ad imperium eius leniter, quocunque ipse Salomon impulisset.

39. Et subegimus illi Satanas ad omne aedificium construendum, et piscationem margaritarum in mari.

40. Et alios ex illis tradidimus ei vinctos in compedibus.

41. Et diximus ei: Hoc est donum nostrum: elargire ergo, vel retine: sine computatione [l. quantum tibi placuerit].

42. Et quidem fuit illi apud nos sane incrementa bonorum mundanorum: et pulchritudo regressus [l. Laudabilis]

[diuus]

43. Et memento serui nostri Iob, cum inuocauit Domi=
num suum, dicens: Equidem redegit me Satanas
calamitate, et pena.

44. Respondit illi Deus: Leuate pedetuo terram:
et emanabit fons: hic erit in lauacrum, refrigerato=
rium, et potum.

45. Et donauimus ei familiam suam, et sicut ipsam
eum ea [i. restituimus et duplicatos domesticos eius]
per misericordiam ex nobis: et ad commonitionem
eorum, qui prediti sunt cordibus.

a. habentium corda"

46. Et diximus ei: Cape manu tua fasciculum
virgarum, et percute eo uxorem tuam: et ne uidea
iusiurandum. Certè nos inuenimus eum patientem.
Euge seruum [i. ô bonum seruum]. Quippe ipse erat
sæpè conuertens se ad nos.

47. Memento cham seruorum nostrorum Abraham,
et Isaac, et Jacob, præditorum manibus, et oculis
[i. fortis operibus, et prudentia]

48. Nos certè puros fecimus eos cum sincera religione
per b commonitionem Domus [i. Paradisi]

b b. recordationem"

49. Et quidem ipsi apud nos fuerunt sanè ex electis,
optimis.

50. Et memento Ismaelis, et Elisei, et Dhulkephli
Omnes hi fuerunt ex optimis.

51. Hæc est memoria eorum in hoc mundo: et quid
timentibus Deum eis sanè pulcritudo regressus [i.

Paradisus]

Paradisus!

52. Houri eden, quorum agenda sunt illis porte. Dd / 59 b.

53. Discumbentes in illis pascent in ijs poma multa, et potum: et iuxta illos puelle continentes oculos "a" re respiciant alios, quam amasios suos; eoque illis [i. trigin= ta, ae hium annorum]

54. Hoc est quod nobis promittitur ad diem Rationis.

55. Certè hoc est sanè alimentum nostrum [i. id, quo ale= mur illos]: non erit illi ullus finis.

56. Hoc erit pro pijs. Sed profectò iniquis erit sanè pes= simum regressûs [i. pessimus finis]

57. Gehenna: descendent comburendi in illam: et miserum erit cubile.

58. Hoc erit alimentum eorum (gustent porrò illud): aqua feruens, et sanies.

59. Et alia ex genere huius, uana.

60. Hæc caterua detrudenda est uobiscum in Gehen= nam: *non erit illis benigna excegitò: quippe ipsi ingredientur comburendi in Ignem.

61. Dicent reducti reductoribus: Imò uos, non con= uenit benigna excegitò. Vos preiuistis in do [scilicet errore] nobis. Atqui infelix habitatio uestra, et nostra.

62. Dicent: Dominc noster, qui præiuit nobis in hoc [i. in peccato infidelitatis], auge illi pœnam duplicatam in igne;

63. Et dicent. Meccani infideles in Gehenna: Quid est

nobis

*Italicè: Non sarà detto il Conuenuto.

nobis, quos non uidemus uiros, quos numerabamus
inter malos, cum tamen uere essent boni?
64. Exigiebamus eos cum denisu. An aberrarunt ab ej
oculi nostri?
65. Certè hæc sanè est ueritas: nempe disceptatio
habitatorum Ignis.
66. Hic Mecænis: Profectò ego sum commonitor: et
non est ullus deus præter Deum Vnum, Victorem.
67. Dominum Cælorum, et terræ, et eorum, quæ sunt
inter hæc duo: Præualentem, Indultorem.
68. Hic: Hæc est narratio magna [i. hui Heoranus].
69. Vos autem estis abea longè recedentes.
70 Non erat mihi ulla scientia de Præcentibus excelsi
[i. de Angelis] quando disceptauerunt inter se de crea-
tione Adæ.
71.ª "Non" fuit reuelatum mihi, nisi quod ego certè sum Præ-
a. Si" dicator manifestus.
72. Memento cum dixit Dominus suus Angelis: Ego
sanè creaturus sum hominem de luto.
73. Cum ergo conformauero eum, et insufflauero in eum
de spiritu meo, procidite illum adorantes.
74. Adorauerunt ergo eum Angeli omnes ipsi uniuersi.
75. Sed Ebelis [i Diabolus] in superbiam elatus est
nolens eum adorare, et fuit ex infidelibus.
76. Dixit illi Deus: O Ebelis, quid prohibuit te
ne adorares id, quod creaueram manibus meis? an
superbè dedignatus es illum adorare? an fuisti
[i. putasti

[l. quam si ex esse] ex excelsis?

77. Respondit: Ego sum prestantior illo: creasti enim
me ex igne: et creasti eum ex luto.

78. Dixit illi Deus: Egredere ergo ex eo [l. Paradiso,
vel Cælo]: nam tu profecto' eris lapidatus [l. ejectus
hinc, vel maledictus]

79. Et quidem super te erit maledictio mea usque
ad diem iudicij.

80. Respondit ille: Domine mi: Expecta porrò me usque ad diem,
in qua homines resuscitabuntur.

81. Dixit illi Deus: Vique tu eris ex expectandis.

82. Vique ad diem temporis determinati [l. usque ad
tonitrum prime tube].

83. Respondit Elis: Atqui per potentiam tuam
juro, quod certè decipiam illos universos.

84. Præter servos tuos ex ijsis sinceros.

85. Dixit illi Deus: Ego autem sum Veritas: et veritate
dico, quod certè implebo Gehennam ex te, et
ex ijs, qui secuti fuerint te ex illis universis.

86. Hic o' Mahumetes Meccanis: Non peto à vobis
pro eo, quod vobis prædico ullam mercedem: nam
non ego sum ex studiosè laborantibus [l. non prædico ali-
quid comparatum ex labore, et industria ingenij mei]

87. a Non est hic Meoranus nisi commonitio ad om- a. Si
nes creaturas. b. Mundis

88. Et sanè cognoscetis narrationem eius ex eventu
post aliquod tempus

Note

Character solitarius sure prefixus, nempe ص Sad, qui est in Arabico Alphabeto decimus quartus, et respondet טֵ Hebraico, dedit titulum ipsi Sure, quæ Meccana est, et versiculis octoginta et octo constare communiter censetur. Quid autem Character huiusmodi significet, Interpretes doctiores se nescire fatentur. quidam delinant significare صدق, Veritatem. alij الصادات, Resistentias. Sed absque ullo fundamento. Qui Suram hanc legerit, كان له من الاجر بوزن كل جبل سخر الله للداود الاعشر حسنات وعصمه الله ان يصير على ذنب كبير او صغير habebit pro mercede, iuxta pondus uniuscuiusque montis, quem Deus Davidj imperio subegit, decem bona: et custodiet eum Deus ne incidat in peccatum magnum, uel paruum.

2. Per Alcoranum] Iurat Deus per Alcoranum: sed nescitur quid iuret. Zelal supplet ex suo cerebro. وجواب هذا القسم محذوف اى لا الامر كما قال كما كفار مكة من تعدد الالهة Deus respondeat huius iuramenti faciat. Sed subaudiri non est res, sicut dicunt infideles Meccani, quòd scilicet sint plures dei. Iahias, et Tamchaserius conantur Prophetæ sui osciantiam sexcentis ineptijs defendere.

13. Et Pharao author paxillorum] Zelal: كان يشد لكل من يغضب عليه اربعة اوتاد يشد اليه يديه ورجليه ويعذبه Figebat Pharao, si quando alicui iratus fuisset, quatuor paxillos in terra: et alligabat illis manus, et pedes eius, et ita eum discruciabat.

18. prædixi. uirtute] Arabice ذا الايد habentis manus

manus. Explicat Selal: ايْ العبْ في العبادة كان يصوم يومًا ويفطر يومًا ويقوم نصف الليل وينام ثلثه. Dest uirtutem, et constantiam in operibus pijs. Ieiunabat enim alternis diebus: et stabat orans per medietatem noctis, et dormiebat tertiam partem eius.

22. Historia litigantium] Ita conuertit, et figmentis permiscet nebulo Iraeam Historiam, quae habetur lib. 2. Regum cap. 11. et 12. Obiucidat Selal uerba Alcorani, وهما ملاكان جاءا في صورة خاصمني وقع لها ما ذكر على سبيل العرض ليتنبه داود على ما وقع منه وكان له تسع وتسعون امراة وطلب امراة شخص ليس له غيرها وتزوجها ودخل بها. et auget figmentum: Erant autem hi duo litigantes duo Angeli, qui uenerunt ad Dauid in huiusmodi figura, fingentes sibi accidisse id, quod hic narratur, per modum parabolae: ut excitaretur Dauid ad poenitentiam pro peccato suo. Cum enim haberet nonagintanouem uxores, appetiuit uxorem cuiusdam uiri, qui habebat eam solam, et concubuit cum ea, postquam sibi in uxorem copulasset. Imò uerò prius concubuit, et deinde uxorem accepit.

28. Constituimus te Imperatorem] Arabice خليفة, quae uox propriè significat Successorem: et hoc nomine appellati sunt Principes, qui Mahumeto in imperio successerunt, quos etiam nos uulgò Chaliphas uocamus

33. Cum exposuit fuissent coram eo]: Idest, coram Salomone, ut exponunt Iudaei, et Tamchazedrius, qui hoc habet: وروى ان سليمن غزا اهل دمشق ونصيبين واصاب الف فرس وقيل ورثها من ابيه واصابها ابوه من العمالقة وقيل خرجت من البحر لها اجنحة فقعد يومًا بعد ما صلى الاولى على كرسيه واستعرضها.

واستعرضها فلم يزل تعرض عليه حتى غربت الشمس وغفل عن العصر او عن وردة من الذكر كان له وقت العشي وتهيوه فلم يعلموه فاغتم لما فاته واستردها وعقرها مقربا لله وبقى مائة فما في ايدي الناس من الجياد فمن نسلها وقيل لما عقرها ابدل الله خيرا منها وهو الريح تجري بامره *Ferunt, Salomonem, exqui=gnata Damasco, et Nisibi, retulisse inde mille equos. Alij dicunt, illum accepisse eos à Patre suo, qui eperat eos ab Amalecitis. Alij uolunt, eos è mari egressos fuisse. aliis præditos. Sedens igitur die quadam Salomon in throno suo post orationem matutinam, iussit eos equos produci in cursu coram se: nec cessauit transitus eorum, donec occubuit Sol: et neglexit Orationem uespertinam, seu preces, quas uespere persoluere solebat, neque de hoc commonuerunt eum. Id igitur egrè ferens, iussit, equos illos, qui iam transierant in cursu, coram se reduci, et immolauit eos Deo. Remanserunt autem eorum ex generosissimis eorum equorum. Deus uerò compensauit eum maiori bono, quam essent equi illi, quos immolauerat, dum illius imperio uentos subegit.*

36. *Et iam quidem tentauimus Salomonem*] Eamij uerbij longam fabulam innuit, quę apud Mahumetanos hoc præsertim loco fusius refertur, et magna ex parte ex Thalmud in Libro עין יעקב parte 2. Tractatu גיטין cap. פרק שא חזו: et in libro ילקוט sayer Libros Regũ cap. 165. desumpta est. Ego illam prout apud Ismaelem filium Alj + Arabicè legitur, hic latinè fideliter referam. *Hasebas* (inquit) *Salomon quendam, cui inuadebas annulum suum, cum ingrediebatur in secessu,*

+ et alios et-positos

seu

seu, ut alij dicunt, in balneum. Tradiditque illi die quadam, et ingressus est in laminam. Venit autem ad eam Demon quidam, seu Genius nomine Sachar in figura Salomonij: et accepto ab ea anulum, proiecitque eum in mare. Et sedit Sachar super sedem Salomonij, assumpta figura eius: et mutata iuris statuta, ac iudicia eius iuxta filios Israel. Cum Salomon exijt quærens anulum suum (in eo quippe sita erat stabilitas Regni eius) et non inuenit eum. Et cognouit, quod Deus Excelsus ipsum punire voluisset: cœpitque circumire terram, ac dicere: Ego sum Salomon. At ipsi negabant eum esse usque quo dies quadraginta (alij maius spatium ponunt) pertransissent: et ipse interea non comedit quidquam. Deinde transiens, incidit in quosdam piscatores, et petijt ab eis cibum. Illi uero piscem dederunt: cuius uentrem cum aperuisset, inuenit in eo anulum suum. Recupera= to igitur hoc modo Regno, comprehendit Dæmonem Sachar, et alligatum cum magno lapide, proiecit in lacum Tyberiadis. Hactenus Ismaël in suo Chronico. Alij fabulam corollarijs augent, quę non est hic operæ pretium referre. Solum noto, causam, ob quam Deus ita Salomonem Regno priuauit, hanc afferri à Delabe

Vide in Prolegom. p. 4. cap. ult. pag. 737.

لتزوّجه بامرأة هواها وكانت تعبد الصنم فى داره من غير علمه وكان ملكه فى خاتمه فنزعه مرّة عند ارادة الخلاء ووضعه عند امراته المسمّاة بالامينة على عادته فجاءها جنّى فى صورة سليمان فاخذه منها: quia muneratus eo quadam muliere à se ceneupiba, quę colebat Idola in Palatio Salomonij, ipso inscio. Erat autem Regnum

eius

eius alligatum anulo prædicto, quem quondam digito detraxit eo, quod vellet in latrinam intrare, dedit seruandum uni ex fœminis suis, nomine Hamina, ut alias consueuerat. Venit autem ad eam Zenias quidam in figura Salomonis, et recepit illum ab ea. Vult autem Iahias, Saetar dedisse pro Salomone in throno eius dies quadraginta.

40. *Vinctos in compeditibus*]. Addit Zelal بجمع ايديهم الى اعناقهم alligatis manibus iunctis ad colla eorum

46. *Cape manu tua fasciculum uirgarum*]. Hieronem exponit Zelal: حزمة من حشيش او قضبان fasciculum stipularum, seu uirgarum. Ivyva autem consuerat, ramos palmarum: ubi etiam dixit, Iob iurasse, se insuper uxori sue centum ictus, ob culpam ab ea admissam: et ut seruaret iusiurandum, ubi conualuisset, semel tantum percussisse (ita Deo consulente) ramo palme, in quo erant centum foliola: uel, ut hic scribitur, fasciculo centum uirgarum من الاذخر اوغيره ex iunco odorato, uel alia re. Causam autem, ob quam Iob ita iurauerit, ait Zelal, fuisse quia per diem unam لايطايها عليه يوما aliis rebus occupata, morata fuisset ad eum uenire. Iahias autem ex Alhasan causam affert, quia امراة ايوب كانت قاربت الشيطان في بعض الامر ودعت ايوب الى قاربته uxor Iob in quibusdam rebus adhærebat Satanæ, et hortata est maritum, ut ipse etiam illi adhæreret

48. *Nos certè puros fecimus eos*]. Locus perobscurus. Arabice legitur: انا اخلصناهم بخالصة ذكرى الدار. Verior expositio interpretatio uidetur esse: Nos peculiari gratia, ni-

mirū

minirum, monimento idest dono, Domus; idest, Paradisi. Jta uidetur probare Gelal, qui ذكرا الدار accipit tanquá appositionem معناه اخلصناهم بسبب هذه الخلصة و: Camchaseerius: خالصة ه باتهم من اهلها او اخلصناهم بتوفيقهم لها واللطف بهم فى اختيارها sensus est: peculiarizauimus, seu sinacerizauimus propter hoc, ut scilicet ipsi essent ex habitatoribus eius (nempe Paradisi). Vel, sanificauimus eos agendo illos adeò, et benignè agendo cum eis, ut eligerent illum.

50. Et Elisei] Arabicè اليسع: Aliasao. Gelal: هو نبى والالف زايدة. Hic fuit Propheta: et littera Lam est superflua. Nimirum legendum est iuxta eum, Aiasa. Camchaseerius habet similia. Sed fusse utrumque falli: et hic agi de Propheta Eliseo. Aliqui erit propheta alicuius fictitius.

60. Hæc caterua detrudenda est uobiscum] Hæc uerba, iuxta Gelal dicuntur magistris errorum in ingressu Gehennæ, quia cum ipsis detrudabitur in eam etiam discipulorum eorum caterua

85. Ego autem sum Veritas, et uerè dico]. Arabicè legitur فالحق والحق اقول: et Veritas, et Veritatem dico. Quidam legunt utrobique cum raphe: et Veritas; et Veritas dico. Alij cum Nasbe: et Veritatem, et ueritatem dico: quæ uidetur esse uera lectio; quemadmodum etiam in Euangelio Arabicè sæpe legimus الحق الحق اقول لكم Veritatem, Veritatem (seu Amen Amen) dico uobis.

98. post aliquod tempus] Arabicè بعد حين. Gelal: اى يوم القيامة: idest, die Resurrectionis. Sed potius uidetur significare, post breue tempus.

Refutationes

1. Impiè induxit Deum iurantem per Alcoranum: ridiculè adeò obliuiscitur commemorare, quid iuret. Deum itaque, seu potius se ipsum eodem tempore, et impium, et risibilem, stultumque facit Mahumetus.

2. Iterum redit ad fabulas de subiectione, et obedientia animantium, et auium imperio Dauidis. Et præterea fabulas miscet mendacijs, et peruersa historiarum sacrarum narratione. Cum enim ex sacris Literis lib. 2. Regum cap. 12. habeamus, Deum misisse Nathan Prophetam, ut commoneret Regem Dauid de peccato suo, proposita parabola duorum uirorum; alterius diuitis, qui habebat oues, et boues plurimos: alterius, qui nihil habebat præter unam ouem: quam diues, ut exhiberet conuiuium cuidam hospiti, parcens sumere de ouibus, et de bobus suis, à paupere rapuit, et mactauit, ut hospiti comedendam apponeret: fingit nebulo impudentissimus commentum; duos scilicet Angelos, litigantium hominum forma assumpta, introisse per fenestras consceso muro in Oratorium Dauid, eumque de peccato suo commonuisse.

3. Fingit nouum commentum, nullius uenustatis, aut uerosimilitudinij. Refert, Salomonem immolasse circa nongentos equos, eo quod, ut in cursu transeuntes illos aspiceret, uespertinas preces neglexisset. Cum equi iuxta Diuinam Legem, animalia immunda: nec licebat Salomoni ea offerre. Deo, neque pauperibus

in cibum

in cibum eorum carnes distribuere, quemadmodum illos distribuisse refert Gelal. Quod verò huiusmodi equos duxerit Salomon in prædam expugnata Damasco: vel ijdem equi alis præditi, ueluti totidem Dædali è mari prodierint, quemadmodum referunt expositores, inter ineptissimas nugas reponendum est: præsertim quia Salomon fuit Rex pacificus, nec ullum bellum contra Damascum, uel alias urbes gessisse legitur.

4 Illud, quod Mahumetus tantumodo innuit obscuris uerbis; expositores verò Aleorani diffusius referunt: nimirum Salomonem à Deo spoliatum Regno fuisse, eo quod anulum, cui Regia illius potestas, ac dignitas alligata erat, amisisset: et interim dum Salomon exul, et mendicus uagaretur, Æmonem uices illius in administrando Regno explesisse, et alia huiusmodi monstra: totum, ut diximus è Thalmudica cloaca eructum est: neque in Sacris Literis ullum uel leuissimum uestigium illius apparet. Quam brem non est, quòd in huiusmodi ineptijs confutandis tempus teramus; quemadmodum neque in alijs, quæ addit, de traditis à Deo Æmonibus Salomoni in fabros, uinatores, et maneipia manicis, et compedibus alligata. Vide Prodr. p. 4. cap. ult. pag. 736.

5. Ea etiam, quæ de Iob commemorat, fere omnia fabulosa sunt, neque ullum in Sacris Literis habent fundamentum. Illud verò insignem Dei iniuriam continet, et quodammodo illum uerijs blem, ac nugato-

rem

rem facit, dum fingitur præcepisse eidem Job, ut ad complendum iusiurandum, quo is iuraverat, se inflictuum ouoi centum ictus, seu plagas, obcutpam nescioquam ab ea admissam, si convaluisset: præcepisse, inquam, ei ut stipularum fasciculo, vel vano palmæ centum stipulas, seu centum folia continente, eorem semel tantum verberaret. Hoccine est iuramentum complere? an non est hoc ridiculum subterfugium? et securibis equivocatio, et quod Ægyptiæ fabulæ persimile videatur, in qua rusticus quidam, cui unicus bos erat, egrotans, vovit Ioui Hecatombem si deus centum boues, si convaluisset. Ubi vero convaluit, centum exiguos boues è creta compactos, eidem Ioui obtulit, ac per hoc se voto satisfecisse sibi persuasit.

6. Iterum Laradium suum in scenam reduxit, quales hactenus repræsentauit: nimirum, cuius summa felicitas in conuiuijs, ac libidinibus sita sit. Vide quæ supra dicta sunt.

7 Concludit Iuram obsoleto, ridiculoque figmento, toties decantato, de creatione Adæ, et de Angelorum adoratione, qua illum Dei instar venerati sunt: itemq; de Eblisi, seu Diaboli protervia, dum eundem adorare recusauit: quæ omnia se per specialissimã Dei reuelationem cognouisse (quippe ante eã tam arcani misterij inscijs) affirmat. Vide quæ alibi de huiusmodi commento dicta sunt in prima sura 2ª.

سورة

سورة الزمر مكّية
وهي خمس وسبعون آية

SVRA XXXIX.

CATERVAE.

Meccana: commatum LXXV.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1 Demissio libri huius est à Deo Prepotente, sapiente
2. Nos quidem demisimus ad te hunc Librum cum veritate:
itaque cole Deum, purè exhibens illi religionem.
3. Nonne comperis Deo religio sincera? sed qui acce=
perunt pretèr eum patronos, dicentes: Non colimus illos,
nisi ut appropinquare faciant nos ad Deum cum inve=
nendo [i. propius]: certè Deus iudicabit inter eos, et
inter Fideles circa id, in quo ipsi fuerunt discrepantes
4. Profectò Deus non diriget eum, qui fuens mendax,
infidelis.
5. Si voluisset Deus habere sobolem: profectò elegis=
set ex eo quod creat, id quod voluisset. Laus eius. Ipse
est Deus Unus, Predominator.
6. Creauit Cœlos, et terram cum veritate. Immittit noc=
tem in diem: et immittit diem in noctem [i. succedere

Sauis

[fait alteram alteri seruire] : et seruire facit Solem, et Lunam : quodlibet horum cavrit ad metam determinandam. An non ignoratis, o gentes, Indultor?

7. Creauit nos ex anima una [i. ex Adam], deinde fecit ex ea coniugem eius [i. Euam] : et demisit nobis ex pectoribus costas. Creatus in utero matrum uestrarum, creatione post creationem [i. in uarias formas commutando, ut in molam, carnem &c.], in tenebris latibus [i. in uentre, in matrice, et in secundinis]. Iste est Deus Dominus noster : ipsius est Regnum : non est Deus nisi ipse. Quomodo ergo auertimini à seruitute eius?

8. Si ingrati fueritis, certè Deus est diues sine uobis : sed non placet illi in seruis suis ingratitudo, Si autem grati fueritis, complacebit sibi de uobis : et non portabit portabit onus alterius [i. una anima non portabit peccata alterius]. Deinde ad Dominum uestrum erit reditus uester : et enarrabis uobis id, quod fueritis operati.

9. Ipse enim est Cognitor essentiæ cordium [ita ea nostra animi]

10. Cum autem retigerit hominem aliquod damnum, inuocabis Dominum suum reuersus ad eum. Deinde ubi compotem fecerit eum alicuius beneficij ex se : obliuiscetur illius, quem precabus fuerat antea, et ponet Deo alios Deos similes, ut errare faciat homines à semitis eius. Die homini huiusmodi : Fruere in infidelitate tua modicum; namque tueris ex habitatoribus Ignis.

11. An qui est sedulo devotus in horis noctis, adorans, et stans: et metuit novissimum seculum, et speras misericordiam Domini sui, estimabitur apud Deum sicut ille, qui est infidelis, et transgressor? dic: an adequabantur qui seiunt, et qui nesciunt. Profecto commoniens suscitet cordibus. 317 2 Ccc/604

12. Die: Servi mei, qui credidistis, timete Dominum vestrum. Illis, qui benefecerint in hoc mundo, erit bonum: et merces Dei est spatiosa. Profecto retribuetur patienter sustinentibus merces eorum sine computatione [i. sine mensura].

13. Die: Equidem iussus sum colere Deum, puram exhibens illi religionem.

14. Et iussus sum esse primus Mortalium.

15. Die: Equidem timeo, si inobediens fuero Domino meo, poenam diei magnae.

16. Die: Deum colo, puram exhibens illi religionem meam. Colite vero quod multis praeter eum. Die: Certe pereuntes, qui perdunt animas suas, et familias suas in die resurrectionis: non ne haec est perditio manifesta?

17. His erunt designati ipsi umbracula [exigne; et designatus ipsos umbracula exigne. Per hoc detervebit Deus servos suos, dicens: Servi mei, timete ergo me.

18. Qui autem declinaverint Dolum ne colant eum, et convertent faciem ad Deum: his erit faustum nuncium. Evangeliza ergo servis meis: Qui obedient dicto

meo

mdo et secuti fuerint optimum eius, hi sunt, quos direxit Deus: et hi sunt mundi corditus.

19. An ergo cui incidit cognitio verbum pene [i. damnatio ad Gehennam], an, inquam, tu liberabis eum, qui est in igne Gehenne?

20. Verum qui timuerint Dominum suum, ipsi erunt egnaeata, supra quę erunt alia egnaeata fabricata: currens subtus ipsa fluuij: promissio Dei: non aduertitur Deus promissioni suę.

21. Non ne uides quod Deus demittit è Elo aquam, et immittit eam per riuos in terram: deinde educit per eam semen diuersum coloribus suis. Deinde arefacit illud: quamobrem uidebis illud flauefactum? Deinde redigit illud in frustra. Profectò in hoc [certe] est [n] eruditio puncta corditus.

22. An ergo ille, cuius dilatauerit Deus pectus ad religionem Islamiticam, ac proinde [ipse] fuerit super lucem à Domino suo: erit sicut ille, cuius indurauit est cor? atqui ueh duris cordibus suis à memoria Dei: hi sunt in errore manifesto.

23. Deus demisit pulcherrimum narrationis [i. Alcorani] librum inuerse similem [i. in quo omnia sibi optimè respondent, et conueniunt]: iterata continentem [horrore] horrent percellantur exte, dum legitur, pelles eorum, qui timent Dominum suum. Deinde molleseunt pelles eorum, et cor ea eorum ad commemorationem Dei. Hęc est directio Dei; diriget per eam quem uoluerit: quem autem errare fecerit Deus, non erit ei ullus director.

24. An ergo

24. An ergo qui timuerit in facie sua malum geret in die
Iudicij, resurrectionis, erit sicut ille, qui securus fuerit ab
eodem malo? Et dicetur iniquis: Gustate, quod fuistis
luerati.

25. Mendacij arguerunt legatos suos ij, qui fuerunt ante
eos [scilicet Meccanos]: quamobrem venit ad eos gena de unde
non animadvertebant.

26. Et gustare fecit eos Deus ignominiam in vita
mundana: sed certè gena altioris vitæ erit gravior.
Si scirent hoc, non ita agerent

27. Etiam quidem proposuimus hominibus in hoc Alco-
rano de omni similitudine, ut ipsi commonefiant.

28. Lectione Arabica, non habente distortionem [i. sine
errore, vel centrarietate]: ut ipsi timeant Deum.

29. Proposuit Deus parabolam: virum, cui sint
socij [i. plures domini] inter se dissidentes: et virum
addictum uni tantum viro [i. uni domino]. An equabunt
hi duo in similitudine? Laus Deo. Verum plerique eorum
nesciunt.

30. Profectò tu moriturus es, et illi sanè morituri sunt:

31. Deinde vos sanè die resurrectionis apud Dominum vestrum
disceptabitis.

32. Quis porrò est iniquior quam qui mendacium
profert de Deo, et mendacij (ved.) arguit veritatem cum venit
ad eum? non ne est in Gehenna receptaculum infidelibus.

33. Qui autem venit cum veritate, et credit in eam: hi sunt
timorati.

الجزء الرابع والعشرون

Pars vigesima quarta

33. Quis

34. Ipsi enim quod iustum est apud Dominum suum. Hæc
erit vetitus dubio vereſaciendum.

35. Vt expiet Deus ab eis *peccatum, quod fecerunt: et
reddent eis mercedem eorum propter optimum, quod
fecerint operati.

36. Non re^ Deus sufficiens est servo suo? sed perter-
rebunt se metu eorum, qui sunt præter eum [i. deorum
suorum]. Et quem errare fecerit Deus, non erit illi ullus
director.

37. Quem verò direxerit Deus, non erit illi ullus errare
faciens eum. An non est Deus Præpotens, habens vim
ulciscendi?

p. 3 38. Et profectò, si interrogaveris eos, quis creavit Cælos,
Cœlos et terram, certè respondebunt: Deus. Dic: An ergo puta-
tis, ea Numina, quæ invocatis præter Deum, si velint mi-
hi Deus nocere: utrum ipsa relevatura sint nocumento
eius? vel si velint mihi misereri, utrum ipsa impedi-
tura sint misericordiam eius? Dic: Sufficientia mea
Deus: in quo eum confidant Confidentes.

39. Dic: O populo meus, operamini secundum statum
vestrum: certè ego operaturus sum iuxta statum meum:
mox porrò scietis,

40. Quem veniat pœna ignominiæ perfundens eum,
et descendat super eum pœna stabilis [i. Gehennæ]

41. Nos certè demisimus super te Librum ad commo-
nendos homines cum veritate. Porrò qui directus
fuerit, sibi ipsi erit directus. Qui verò erraverit: utique
erra-

erra-

evadis contra se ipsum. (Negatu ~~[illegible]~~ ei super eos pro=
curator.

42. Deus facio fungi faciet animas tempore mortis earum:
et quę nondum mortuę sunt, fato fungi faciet eas in somno
earum: et [a]receptet ad se quas decreuit super eas mortem: a. reuindicit
et mittet alias ad mecam determinatam [i. relinquet eas
in corpore usque ad ueram mortem]. Certè in hoc sunt
sanè signa [i. argumenta resurrectionis] hominibus,
qui reflectant.

43. An suscepimus super Deum intercessores? Die: An
feci[s]sis hoc, etiam si non [b]possint obtinere quidquam, neq. b. potuerant
intelligant?

44. Die: Deo compete intercessio uniuersa [i. concedere
alijs facultatem intercedendi]. Ipsius est Regnum Cęlorum,
ac terręe. Deinde ad eum reducemini.

45. Cum uerò commemoratus fuerit Deus unus ipse,
coarctantur corda horrorem eorum, qui non credunt
in alterum sęculum. Cum uerò commemorantur
ij, qui sunt preter eum; ecce isti lętitia perfunduntur.

46. Die: O Deus Conditor Cęlorum, et terręe, Cogni=
tor Arcani, et Manifesti: tu iudicabis inter seruos
tuos circa id, in quo erant inter se dissidentes.

47. Quod si porrò ij, qui sunt iniqui, esset id, quod
est in terra totum, et tantundem eum eo: profectò
redimerent se ipsos eo à malo pręe die resurrectionis:
et apparebit illis à Deo id, quod nunquam fuerant
opinati.

47. Et

48. Et gaudebant illi mala illius, quod fuerint operati; et circundabit eos id, quod irridebant.

49. Cum autem tetigerit hominem damnum; invocabit nos. Deinde eum compotem fecerimus eum a sieuius beneficij ex nobis, dicet: Profectò datum fuit mihi hoc propter scientiam [i. quia Deus sciebat me esse dignum eo]. Verum hæc est tentatio, qua Deus homines exper=itur: verumtamen plerique eorum ne sciunt.

50. Jam dixerunt hoc illi, qui fuerunt ante eos: sed non profuit illis id, quod fuerant locuti.

51. Ineiderunt itaque eis mala illius, quod operati fuerant. Qui autem & iniquè egerint ex illis [i. Mec=canij] ineident illis mala illius, quod operati fuerint: neque ipsi evunt infirmantes Deum, ne puniat illos

52. An nondum noverunt, quod Deus dilatat [illegible] cui vult, et coarctat? certè in hoc sunt sanè signa hominibus, qui credunt.

53. Die: O servi mei, qui prævaricati estis contra animas [b] nostras, ne desperetis de misericordia Dei: quippe Deus ignoscit delictis omnibus: nam ipse est Indultor, Misericors.

54. Et revertimini ad Dominum vestrum, et laudate eos illi, antequam adveniat vobis pœna: deinde non adjuvabimini.

55. Et sectamini optimum illius, quod demissum est ad vos à Domino vestro [i. Alcoranum] antequam adveniat vobis pœna repente, et vos non animadvertatis

55. Et

a sunt
b. Suis

55. Et antequam dicat anima: O dolor, miserrimum fui
eo quod negligens fuerim Legem Dei [i. inobediendo ei, 7
quasi cum lateri existens]: et profecto fuisti nunc ex
istudentibus.

56. Vel dicat: Si quidem Deus direxisset me, certe fu-
issem ex timoratis.

57. Vel dicat, cum videbit penam: Si forte misi fo-
cer fecerim in mundum, ejsem ex benefacientibus.

58. Atqui iam venerunt ad te signa mea [i. Alle-
luia], et ut mendacia insimulasti ea, et in superbiam elatus es non credens in ea, et fuisti ex infidelibus.

59. Et die resurrectionis videbis eos, qui mendacium protu-
lerunt de Deo: facies eorum nigre. An non erit in gehe-
na receptaculum efferentium se in superbiam.

60. Et liberabis Deus eos qui timorati fuerint, gone-
que eos in loca felicitatis eorum: non tanget eos
malum, neque ipsi contristabuntur.

62. Deus est creator omnis rei: et ipse super omnem
rem est procurator.

63. Ipsius sunt claves celorum et terre: qui autem
non crediderit in signa Dei, ii erunt pereuntes.

64. Dic: An ergo preter Deum precipitis mihi,
ut colam alios deos, o stulti.

65. Et iam quidem dictum fuit & revelationem
ad te, et ad eos, qui fuerunt ante te: certe si fuerit
in eis Deo alios deos, erit omnino inutile actuum
opus tuum, et omnino eris ex perditis.

a.. Ne dicat anima

fuisti

℣. Quia timuit Deum cole, et ero ex agentibus gratias.
℟. Sed non mensurauerunt Deum ueritate mentis eius: et terra uniuersa erit pugillus eius in
die resurrectionis: et Celi erunt conuoluti in dextera
eius. Laus eius, et exaltetur ab eo quod associant illi.
℣. Et insufflabitur in tubam prima uice: et corruent
a. cadent mortui examines qui sunt in Celis, et qui sunt in terra, preter
eos quos uoluerit Deus. Deinde insufflabitur in eam
secunda uice: et ecce ipsi qui erant mortui surgentes
respicient, expectantes quid futurum sit.
℣. Et coruscabit terra ex luce Domini sui: et pa-
* martyres ternum Liber: et adducentur Prophete, et *testes: et in-
dicabitur inter eos cum ueritate: et ipsi non tractabun-
tur inique.
℣. Et satisfiet omni anime pro eo quod operata fue-
rit: et ipse erit scientissimus de eo quod fecerint.
℣. Et dicetur qui infideles fuerint in gelennam
catenas, donec ubi peruenerint ad eam aperiantur eis por-
te eius. Et dicent illis custodes illius: Non ne uene-
runt ad uos legati ex uobis, qui recitabant uobis si-
gna Domini uestri, et comminabantur uobis aduen-
tum diei huius. Respondebunt: Utique: sed com-
pleuit uerbum gene [i. predestinatio ad gelennam] su-
per infideles.
℣. Dicetur illis: Ingredimini portas gelenne, per-
petuo commoraturi in ea. Miserum porro erit ce-
naculum superbe cogitantium

℣.

)3. Et ducentur illi qui ſibi fuer rimaueint Dominum
ſuum, in Paradiſum ſi caterua, donec ſeruenient ad eum,
et aperientur portæ eius, et dicent illis cuſtodes eius: Pax
ſuper uos: felices estis: ingredimini ergo in eum, per-
petuò commorantes.

)4. Et respondebunt: Laus Deo, qui uerificauit no-
bis promiſſionem ſuam, et tradidit nobis in hereditа-
tem terram, ut habitemus in Paradiſo, ubi uolueri-
mus. Et cuius merces operantium.

)5. Et uidebis Angelos circudatos sedibus in circu-
itu Throni celebrantes laudem Domini ſui: et deci-
ſum erit inter eos [ſcilicet homines] carnuentibus:
et dicetur: Laus Deo Domino a Æquorum.

a. Mundorum?

Note

Inscribitur Sura Arabicè الزمر Caterue; quia uersu 70, et
72. inducuntur impij in Gehennam, pij autem in Paradiſu
cateruatim introire. Meccanam facit Gelal, præter uersu
52. qui incipit: Dic: O serui mei: cui nonnulli addunt duos
subsequentes. Cur uerò hos præ cæteris? Casu hæc mihi ac te-
merè uidentur à Moslemis asseri. Certè Jahias notat: في
مكيّة: et hæc est tota Meccana. Quinam fides habenda?
Versus septuagintaquinq; ubique ponuntur: alij pauci-
ores enumerant. Nihil in hoc certum, aut constans. Præmia
Lectoris
من قراء سورة الزمر لم يقطع الله رجاه يوم القيمة واعطاه الله
ثواب الخائفين وعنه انه عليه السلام كان يقرء كل ليلة بني اسرايل و الزمر:

Qui legerit Suram Caterinarum, & non precider Deus spem
eius in die resurrectionis, et dabit illi premium Timora-
torum. Referunt autem, Mahumetum consuesse
singulis noctibus legere Suram, que inscribitur, Filij
Israel, et hanc de Caterua.

1. Et demisit uobis ex pecudibus octo paria.] Ita explicat hec uerba Zamchascerius: قيل خلقها في الجنة ثم انزلها ثمانية ازواج ذكرا وانثى من الابل والبقر والضان والمعز والزوج اسم الواحد معه اخر واذا انفرد فهو فرد وتر
Dicitur Deus creasse eas in Paradiso, deinde descendere
fecisse eadem earundem octo paria, masculum & femi-
nam: nimirum par camelorum, par boum, par ouium,
et par caprarum: ita ut hic, par, dicat singula,
quatenus accipiuntur cum alio pari, seu referuntur ad
illud, cum alioqui sint singularia et individua. Ni-
mirum ut sint octo relatiue coniuncta seu coniugata.

13. Iterata continente]. Arabice مثاني est nume-
ri pluralis, et significat Iterata, seu duplicata, uel se-
pius repetita. Hoc autem nomine uocatur Alcora-
nus, ut ait Jelal, quia ——— يثنى فيه الوعد والوعيد وغيرهما
repetuntur sepe in eo, promissa, et minæ, et alia, que
in eo continentur. Nullo alio nomine aptius appellatur
pietatissimus Alcorani liber, quam hoc. Tertia enim in
eo repetuntur, ac recoquuntur que semel dicta sunt, ut
uomitum pedum mauearum excitent legentibus. Alio-
qui si ea que Alcoranus continet, semel tantum dicerentur, uix tres aut quatuor pagellas implerent

24. An ergo qui timuerit in facie sua malum.] Jelal.
اي اشدّه

اي اشتده بان يلقى بوجهه فى النار مغلولة يداه الى عنقه *Est summa*
illius uelementiam, eoquod proiciendus sit obuerso facie
in ignem, manibus ad collum alligatis

47 ~~Et~~ *Et profecto redimerent se ipsos.*] *Et argumentum ab*
impossibili: impossibilis enim est proposita conditio

56. *Et profecto fuisti ex illudentibus.*] *Rotunda hic sub-*
latio et integra mutatio personæ, quæ inde secundam: qua-
si uero hæc ultima uerba exprobrentur homini a Deo uel
ab Angelis: uel ab ipso homine animæ suæ.

~~66. Et ponetur liber, et~~

67. *Præter eos, quos uoluerit Deus*] *Selal* من الحور و
الولدان وغيرهما *præter puellas nigrioculas, pueros, et alios*
huiusmodi. Jahias: تفسير الحسن استثنى طوائف اهل السماء يموتون بين
النفختين: قال يحيى وبلغنى ان اخر من يبقى منهم جبريل وميكايل واسرافيل وملك
الموت ثم يموت جبرايل وميكايل واسرافيل ثم يقول الله لملك الموت مت فيموت
ثم نفخ فيه اخرى فاذا هم قيام ينظرون وبين النفختين اربعون يوما: *Expositio Alhasani*:
Excipit quosdam ex Celitibus, qui morientur inter spatium
soni utriusque tubæ. Dixit Jahias: Et pervenit ad meam
notitiam, remansuros unos ex eis, Gabrielem, Michaelem,
Araphielem, et Angelum mortis. Deinde morientur
Gabriel, et Michael, et Israphel. Cum dicet Deus Angelo
mortis: Morere: et morietur. Deinde dabitur secun-
dum signum tubæ, et resurgens. Erit autem inter
utrumque sonum spatium quadraginta annorum.

~~68.~~ *Et ponetur liber, et adducentur Prophetæ, et testes*]
Hic liber intelligitur ab expositoribus esse ille, in quo
earumque opera descripta erunt. Ponetur autem in

manu

manu amiciuiusque liber sum. Quod autem dicitur adducendos esse Prophetas, et testes: uidetur nomine testium intelligendos esse Legatos. Porrò uox Arabica شهداء et testes, et Martyres significat

Refutationes

1. Quòd totiès Deus affirmet se authorem esse Alcorani, ut hic in principio huius Surę; et hoc præterea iuret per eundem Alcoranum: nimis suspiciosum est. Ne uiro quidem bono conuenit fidem suam præsertim cum iuramento in eadem re sæpius exhibere: quanto minus Deo, qui de seipso ait: Semel iurauí in sancto meo, uel, per sanctitatem meam? Si Deo semel iuranti non credimus; neq. si millies iuret credemus. Nullos magis mendaces, aut periuros experimur, quàm eos qui asserta ac iuramenta sua nimis frequenter, atq. importune ingerunt. Puerorum hoc et mulierculavum uitium est; quę enim maximè mentiuntur, maximè iurant se uera proferre.

2. Incusat eos, qui patronos præter Deum accipiunt ad hoc, ut se se apud ipsum Deum adiuuent intercessionibus suis: Sed iam supra ostendi, nullum esse errorem, quòd aliquis intercessione Sanctorum uiuorum tanquam patronorum apud Deum utatur. Hoc fecerunt Fideles Israelitæ ante Christum: hoc faciunt Christiani: hoc Mahumetani ipsi facere consueuerunt. In eo situs est error, quòd quis patronos malos, uel inepros adhibeat:

et in

et in hoc Mecœani veuerà errabant. Quòd uerò deinde pronuncient, Deo intercessionem omnem conuenire: insuls, ne dicam blasphemè, impiéque loquitur. Deo enim repugnat pro aliquo intercedere, cum (nullum habeat superiorem, quem mediatione sua pro aliquo possit interpellare. Hanc Prophetæ sui crassitiem agnoscens Gelal, uiolenta interpretatione, ut uidimus, nititur excusare. Dei faciem Æthiopis lauas.

3. Iniquissimè asseritur in Alcorano, et præsertim hic uersu quarto, Deum non dirigere infideles, aliosque homines malos. Quod quàm falsum sit, experientia ipsa perpetuò docuit. Quotquot enim inter mortales à Deo directi sunt, pleriquè antea fuere infideles, uel mali. Mahumetus ipse fatetur, se infidelem, et errantem, à Deo directum fuisse. Quòd si respondeant Mosleni, infideles non dirigi à Deo, dum in infidelitate sua obstinatè perseuerant: frigida prorsus, et ridicula erit responsio. Et nihilominus Mosleni ipsi refe-runt non paucos infideles, Mahumeto infensissimos, etiam dum illum uellent occidere, à Deo mutatos, directosque ad illius sectam fuisse.

4. Dum affirmas Mahumetus, Deum, si filium habere uoluisset, electurum ex creaturis suis eum, qui sibi magis placuisset, apertè ostendis inscitiam, malitiamque tuam. Si enim putabas, Christianos, dum credebant, Deum habere filium, intelligere de filio naturali, ut reuerà intelligebant, quomodò potuit

Deus

Deus eligere illum ex creaturis, cum filius naturalis esse non possit, nisi ex substantiâ et natura sua? Si vero de filio electivo, vel adoptivo loquebatur, quis ignorat, justos omnes, ac sanctos viros dici posse, et esse filios Dei electivos. Imò dum Mahumetani non audent negare Christum in Evangelio sepissimè filium Dei appellari; fatentur quidem illum esse filium Dei, sed electum in filium per specialem gratiam, et adoptionem.*

5. Delirium Mahumeti emendandum est, ideoque asserit, Deum demisisse ad homines ex terrestri Paradiso octo paria feudum: hoc enim nullum habet, neque in scripturis, neque in hominum fide, vel traditione fundamentum. Nescio verò quid Zamchascenium moveris, ut crederet, ista octo paria fuisse par Camelorum, par bourum, par cuium, et par caprarum. Jam enim non essent octo, sed quatuor tantum paria: quamvis ipse violenter explicans verba Alcorani, velit octo paria idem significare, ac octo feudes partim mares, partim fœminas in quatuor speciebus, ita ut pro octo paribus intelligi debeant octo feudes coniugate, unaquæque in specie sua. Veram ut ridiculam hanc Zamchascenij explicationem admitteremus: esset tamen nobis adeo quærendum, cur inter has feudes, non etiam asinos, & equos Deus è Paradiso demiserit, cum hi quoque inter pleraq; comprehendantur? Huiusmodi enim voce feudes omnes, quæ pascuntur, homini subiecta

in ira

* Sed adeò necesse erat Mahumetanis, ut crederet, Deum, si filium naturalem habituros esset, posse quidem illum habere, sed nonnisi per congressum cum aliqua fœmina à se creata; ut de Jove, suis dijs fabulantur Gentes. Adeò ut negat alibi in Alcorano Deum habere filium naturalem, quia nulla hactenus habuit sociam, seu uxorem, ex qua illum suscipere potuerit.

in Arabico idiomate significat.

6. Quod supra non semel asseruit, hic repetit, nimirum, se esse primum Mosemorum. In hoc autem, ut iam uidimus, vi-dicule sibi contradicit. Non enim tantummodo Abraham, sed omnes etiam Prophetas, imo et Apostolos, et qui ante ip-sum in religione Christiana sancti fuerunt, Mosemes fu-isse, tum ipse, quam Mahumetani contendunt. Quomo-do ergo iactat nebulo se fuisse primum Mosemorum?

7. Si, que in Alcorano de Paradiso, uel Gehenna dicuntur, fi-guratam locutionem admitterent, possent aliquo modo tolerari. Sed omnia illa propria et ut sonant intelligenda esse Mos-lemi Orthodoxi contendunt, allegorias omnes ac metaphoras hereses in Alcorano condemnantes. Quamobrem uere in ceto cenacula supra cenacula constructa reperiri credendum est; in quibus Beati Ceti dies inter pocula transigant. Angu-ste angusta sunt supremi Celi spatia, ut ad habitatorum commodum, cenacula supra cenacula construenda sint, quasi uero negueant omnes in paribus edibus sub eodem tecto commorari?

8. Puplici nomine, uel titulo exornas Author Alcorani Mahumetis. Asseris primo illum esse "متشابها" idest inter se similem. Explicat Jahias: يشبه بعضه بعضا في نوره وصدقه وعدله Cuius una pars similis est alteri in claritate, ueritate, et rectitudine. Zelal يشبه بعضه بعضا في النظم وغيره: cuius quoque pars similis est alteri in structura sermonis, et rebus ceteris. Eodem modo Zamchasdrius, et alij, quos uidi. Vltro concedi potest Mosemis Alcoranum esse semper sibi similem in fabulis, nugis, menda-

cijs, et absurdis. Cęterum adeo sibi ipsi dissimilis, discors, et contrarius est Alcoranus, ut nihil in eo æquale, nihil consonum, nihil ullo ex parte compaginatum liceat reperire. Ades per se patet. Satis est Alcoranum ipsum legisse. Equidem iure nihilominus Alcorano nomen Illustrata, seu Repetita. Adeo enim omnia in eo repetuntur, refricantur, ac retractantur, ut iam dixi, ut eadem res decies, vicies, quinquagies, ac centies in scenam redeat. Nonnulla exempli causa referam. Historiam Abrahæ, nouies circiter repetit. Æ creationem cum Angelorum adoratione, et eiusdem lapsu, supra septies. Historiam Noæ, et diluuij, supra duodecies. Prædicationem Lot, et incendium Sodomæ circiter decies. Solidem vicibus fere gesta Dauid, et Salomonis; et legationem Hud, Themud, et Saleh. Mosis verò, et Pharaonij historiam supra vicies. Paradisi pecuniam felicitatem supra quinquagies. Fabulosum Gehennæ figmentum circiter trigesies. Iudicium finale multis fabulis admixtum supra septuagies. Nihil dico de epithetis illis, quæ Deo tribuit, Misericors: Seiens, Sapiens: Indultor, Condonator: Superomnia Potens: Visor: Inspector cœtorum, et alijs huiusmodi: his enim ad rhythmi consonantiam omnes ferè Alcorani versiculi opportunè, importunè, adrem, extra rem concluduntur. Nihil etiam de sententijs quibusdam, qualis est illa: Deus dirigit quem vult; et errare facit quem vult, quibus plerique Alcorani pagina respersæ

respere sunt. Hæresiarchæ manifestè arrendunt textum * Alcorani. Liber vir tradidit ei Deus, qui est prophetarum ejus maximus. Mahumeti, et Compagnonum ejus cerebra evacuavit; et confudit eos. *

9. Quam falsò autem, et quanto cum mendacio asseratur hæc, Alcoranum non solum continere omne genus similitudinum, et carere omni distorsione, errore, et contrarietate; N non est quod hic iterum ostendamus; et cum et per se pateat, et nos supra euidenter probauerimus.

10. Illud uerò sine risu audiri non potest, nimirum post sonitum primæ tubæ morituros omnes, qui sunt in Cælo, et in terra, præter nonnullos, quos uoluerit Deus uiuos seruare: inter quos ponit Zelal quelles nigricantes, et quelros Paradisi cum nescio quibus alijs. Talias uerò Gabrielem, Michaëlem, Asraphelem, et Angelum mortis. Nos tamen omnes ante secundæ tubæ morituros esse pronuncias. Quis, oro, somniauit unquam Angelos mori? Et Mahumetus et Mahumetani adeo pleruni sunt ingenij, ut nullo modo intelligant, Spiritus mori non posse, præsertim quia Angelos ex igne à Deo creatos esse creduntur, et fortasse etiam ex anima, et corpore compositos esse opinantur. Non negamus tamen etiam nos, Angelos de potentia Dei absoluta interiri, atque defecere omnino posse: nihil enim est creatum, quod Deus omnipotentia sua ad + huc uerbis: sed hoc fit rationabiliter, et usu ab omnibus nationibus receptis tam Christianis, quam Mahumetanis. Adde nō nihilum omnes psalmos eruperi à multis duū eiusdē Authoris. Quod uerò in illis idem uersus sæpius ~~idem~~ repetatur, præsertim ad uenustatem sacræ poëseos, docuit: figura Instan-

calaris, quę etiā à poetis antiquis græcis et latinis magnā cū laude usurpatur. Hoc fit in Psalmis 135. 106. 135. et alijs nonnullis; et etiā in quibusdā Prophetis. Quin et Mahumetus in Alcorano Sura 55. Misericordiæ, et alijs, usurpat similiam Dauidicæ utens huiusmodi intercalatione: sed adeo insulsè et indocte, ut risum Heraclito possit excitare.

* Respondebūt Mahumetani, etiam in Sacris Libris, et præsertim in Libro Psalmorū, inueniri uerum repetitiones, et sæpe eosdem uersus iterari. Verum sacræ Scripturæ continent uarios libros scriptos à diuersis Authoribus diuersis temporibus: quamobrem non mirū si in uno libro, uel Authore inueniantur aliquem scripta ab alio Authore; ut contingit in libris Regū et Paralipomenon: in libris primo et secundo Machabęorū et in quatuor Euangelijs. In nullo tamen libro, uel Authore sacro inuenies indecentissimā hanc Alcoranicam tautologiam. In libro Psalmorum repetitiones laudes Dei gerūt, uel similitudines

nihilum redigere nequeat. Verum naturaliter loquendo,
cum Angeli sint puri Spiritus, nec habeant in se
qualitates contrarias, ut homines: nullo modo mori,
nec deficere possunt
19. Ex hactenus dictis potest unusquisq; etiam tenuis inge-
nij intelligere, utrum Alcoranus sit, quem admodum iactat Ma-
humetus, demissus à Deo: utrum purum contineat ac doctrinam ve-
ligionem: utrum ad veritatem agnoscendam, et ad ~~quietem~~ felicitatem
~~conscientiae~~ lucem mentibus infundat; et ad veram æter-
nam q; felicitatem homines dirigat. At enim ex lectione
eius, sacro horrore percellebantur (ita enim scribit. hic
uersu 23) pelles eorum, qui timebant Dominum suum: deinde
& emollescebant pelles eorum, et corda eorum ad comme-
morationem Domini sui. Deo nuge sunt hæc, quæ à
Mahumeto callidè confinguntur. Sto uero aliqui e sim-
plicioribus ac rudioribus, audiendo ea quæ de Gehenna, uel
de Judicij supremi die, uel de Paradiso, quantumuis rerum
his fabulis admixta, Alcoranus habet, aliquantisper commo-
ueri &c.; non tamen hoc probat illum esse librum à Deo
traditum. Nam huiusmodi mysteria ante Alcoranum, in sa-
cris Christianorum libris legebantur; et talia sunt, ut in pro-
cunq; Authore etiam impio et damnato, referantur, facilius
fortasse quàm in Alcorano possint audientium uel legentium
animos, et pelles etiam percellere, atq; ad horrorem, uel
delectationem permouere. Id quotidie experientia docet,
nec magni operæ est argumentis, ut probes. Imò huiusmodi
artificijs, errores Magistri simpliciorib. suum uirus propinat.

سورة المومن

سورة المؤمن مكية
خمس وثمانون آية

SVRA XL.

FIDELIS.

Meccana: commatum
LXXXV.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. H. M.

2. Demissio libri huius est à Deo Prepotente, Seiente,

3 Condonante delictum, et acceptante penitentiam, uehementi in puniendo.

4. Habente longitudinem [i. amplitudinem beneficentiæ.] Non est deus nisi ipse: ad eum erit reditus in die Iudicij.

5. Non disceptant de signis Dei [i. de Alcorano], nisi qui sunt infideles: Atqui ne decipiat te reuolutio eorum per Regionem [i. quod discurrant per emporia cum prospera negotiatione.]

6. Mendacij arguerunt Legatos suos ante hos populus Noe, et Secte, que fuerunt post eos: et anima agitauit quelibet gens contra Legatum suum, ut tollerent eum è medio: et disceptauerunt cum uanitate, ut exfoderent cum ea ueritatem. Quamobrem sustuli

eos

eos è medio: et cuiusmodi sit punitio mea?

7. Atque ita iustè conclusit verbum [I. prædestinatio ad Gehennam] Domini sui super eos, qui fuerunt in=
creduli: quippe ipsi facti sunt habitatores Ignis.

8. Qui portant thronum, et qui sunt circa eum, conci=
nunt laudem Domini sui, et credunt in eum, et ueniam
precantur pro ijs, qui crediderunt, dicentes: Domine
noster compleueris omnem rem misericordia, et
scientia: ignosce ergo illis, qui conuersi sunt, et sectati
sunt semitam suam: et libera eos à pœna Inferni

9. Domine noster, etiam introduc eos in horto Eden,
quos promisisti eis, et ei, qui recte egerit ex pauibus
eorum, et coniugibus eorum, et proli bus eorum: quippe
tu es Præpotens, Sapiens.

10. Et libera eos à malis: nam quem liberaueris
à malis die illa, iam porrò misertus eris eius: et
hæc erit Salus magna.

11. Porrò qui infideles fuerint, inclamabitur eis:
Profectò odium Dei contra uos, grauius est, quam odium
uestrum contra uosipsos; Cum uocabamini ad fidem,
et credere ~~renuistis~~ noluistis

12. Respondebunt: Domine noster, non fecisti
nos tis; et uiuificasti nos tis: et confessi sumus
delicta nostra. An ergo ad exitum ab hoc igne
erit ulla semita?

13. Hoc euenit uobis, quia cum prædicaretur
uobis Deus unus, incredituli fuistis. Quod si asso=

ciatum

associatum fuisset in eo [i. si aluerit dij judicati fuissent
vobis] credidisset vobis. Itaque indeium est hodie nunc
contra vos Deo excelso, Magno.

14. Ipse est, qui ostendit vobis signa sua: et demit-
tit vobis è Cælo almoniam: sed non commonefiet
nisi qui conuersus fuerit.

15. Inuocate ergo Deum, puram exhibentes illi
religionem, quantumuis egrè ferant infideles.

16. Excelsus gradibus [a] residens in throno, mittit a. possessor throni"
spiritum [i. reuelationem], per imperium suum quem
quem uoluerit de seruis suis, ut prædicet diem De-
cursus [i. Judicij]

17. Diem, in qua ipsi exeunt certatim properantes exeuntes
exeuntes è sepulcris. Non abscondetur Deo ex illis
quidquam. Cuius est Regnum hodie? Dei unius
Dominatoris.

18. Hodie retribuetur omni animæ id, quod lucra-
ta fuerit. Non fiet ulli iniustitia hodie. Currit
Deus velox erit in computando opera hominum.

19. Et comminare illis diem Appropinquantis [i. supremi
Judicij]; cum corda subsilientia usque ad guttura oppres-
sura sunt homines.

20. Non erit iniquis vllus carus, amicus, neque inter-
cessor, qui exaudiatur. Scit Deus fraudulentiam oculo-
rum, et quid celauerint pectora.

21. Et Deus iudicabit cum veritate: illi verò, quos
homines inuocant præter eum, non iudicabunt quid-

quam

quam: quippe Deus est Auditor, Inspector.
22. An non ambulauerunt per terram, et uiderunt
cuiusmodi fuerit finis eorum, qui fuerunt ante ipsos?
Erant illi ualentiores, quam hi robore, et uestigijs
[i. monimentis, et ædificijs] in terra: sustulit tamen
eos Deus in peccatis eorum: et non fuit illis à Deo
ullus eripiens [i. ullus qui eriperet eos à Deo].
23. Hoc euenit illis, quia uenerant ad eos Legati
eorum cum euidentibus argumentis, et increduli fue-
runt: sustulit itaque eos Deus: quippe ipse est
Fortis, Validus in puniendo.
24. Et iam quidem misimus Moysen cum signis
nostris, et protestate manifesta,
25. Ad Pharaonem, et Haman, et Core: et dixerunt:
Hic est magus, mentitor: *Cum autem uenisset ad *26
eos cum ueritate de apud nos, dixerunt: Occidite
filios eorum, qui crediderunt cum eo: et uiuas reser-
uate mulieres eorum. Sed non fuit astus infidelium
nisi in errore [i. inanis, et cassus].
26. Et dixit Pharao: Sinite me occidam Moysen:
inuocet quoque Dominum suum. Certè ego timeo, ne im-
mutet religionem uestram; uel ne apparere faciat
in terra corruptionem [i. ne deuastet terram ædificus,
et rapinis].
28 Dixit autem Moyses genti sue: Certè ego con-
fugio ad Dominum meum, et Dominum uestrum,
ut liberet me ab omni arrogante, qui non credit
in diem

in diem Rationis.

29. Et dixit uir quidam* de familia Pharaonis, qui occultabat fidem suam: An occidetis uirum, eo quod dicat: Dominus meus est Deus? et iam uenerit ad uos cum argumentis euidentibus à Domino uestro. Quod si fuerit mendax, super ipsum erit mendacium eius. Si autem fuerit uerax, inuidet uobis aliquid eorum, quæ comminatur uobis. Verùm Deus non diriget eum, qui fuerit preuaricator, mentitor.

30. O populus meus, uobis est Regnum hodie conspicuis in terra. Quis uerò defensabit nos à flagello Dei, si uenerit ad nos? Dixit Pharao: Non ostendo uobis, nisi quod uideo esse iustum: neque dirigo uos, nisi in semitam rectæ institutionis.

31. Dixit autem ille, qui crediderat: O populus meus, certè ego timeo super uos similitudinem diei sectarum [i. ipsam infelicem à Deo sectis infidelibus.]

32. Similitudinem status gentis Noë, et Adorum, et Themudeorum, et eorum, qui fuerunt post eos: neque Deus uult oppressionem seruorum [i. ut iniuriè tractentur homines.]

33. Et o populus meus, certè ego timeo super uos diem mutuæ allocutionis [i. supremi Judicij].

34. Diem, in qua reprehendimini uerga uestri in Gehennam: non erit à Deo [i. ab ira eius] ullus defensor. Quem autem errare facit Deus, non erit illi ullus director.

35. Et iam

* Fidelis

35. Et iam quidem venit ad vos Joseph antea cum
evidentibus argumentis: sed non desististis à dubitan=
do de eo, cum quo venit ad vos [1. de prædicatione ejus],
donec, postquam periit, dixistis: Nunquam mittet
Deus post eum, alium Legatum
36. Ita errare facit Deus eum, qui est prævaricator,
dubitator de veritate.

a. venerit ad eos.

31. Qui discrepans de signis Dei, sine authoritate,
quæ a data sit eis, graue erit odio [1. odiosissimum erit
hoc] apud Deum, et apud eos, qui crediderunt. Ita
sigillum imprimit Deus super omne cor arrogan=
tis, superbi.
38. Et dixit Pharao: O Haman, ædifica mihi
turrim excelsam, ut ego perueniam ad vias, vias
Cœlorum, et superior assiciam Deum Moysi: etiam si
ego vanè existimem eum mendacem, dum deliraret
alium Deum præter me. Et ita adornatum fuit
Pharaoni malum operis sui: et aversus est à semita
recta: neque fuit astus Pharaonis, nisi in perditione
ipsius.
39. Et dixit ille, qui credideras: O populè meus,
sequimini me, dirigam vos per semitam rectæ inten=
tionis.
40. O populè meus, profectò hæc vita mundana
est b res ad usum: et quidem altera vita est palatium
permanentiæ.

b. urensibe"

41. Qui operatus fuerit malum, non remunerabit
nisi

nisi iuxta illud. Qui autem operatus fuerit bonum, sive masculus, sive femina, et is fuerit fidelis; huiusmodi profectò ingredientur Paradisum: alentur in illo sine suggestione [i. copiosissimè]

42. Et ò stulte, quid mihi, quod adduco vos ad salute: et vos advocatis me ad Ignem?

43. Inuitatis me, ut abnegem Deum, unum, et associem in eo id, de quo non est mihi scientia: ego verò inuito vos ad Deprecatorem, Condonatorem.

44. Non est dubium, quòd illud, ad quod me inuitatis, non sit illi precatio [i. exaudito precationis] in hoc mundo, neque in altera vita: et quòd reditus noster futurus sit ad Deum: et quòd prævaricatores, ipsi futuri sint habitatores Ignis.

45. Porrò reminiscemini quando puniemini, id quod dico vobis. Ego committo negotium meum Deo: nam Deus est intuens in servos.

46. Erupit igitur eum Deus à malis illius, quòd dolosè machinati fuerant: et circumdedit familiam Pharaonis malum pœnæ:

47. Ignis, cui exponentur mane, et vespere. Et die, qua stabit hora [i. die Iudicij] dicetur illis: Ingredimini familia Pharaonis in vehementissimum supplicij [i. in Gehennam]

48. Et memento cum infideles simul colloquentur in Igne: et dicent imbecilles ijs, qui se se tumidè efferebant [i. homines vulgares seducti magistris

suis,

suis, qui eos seduxerunt]: Nos certè fuimus nobis
asseeli: an ergo nos prohibituri estis à nobis aliquis
partem ex Igne
§ 9 Respondebunt qui se se tumidè extulerunt: Nos
certè omnes sumus in eo: quippe Deus iam iudicauit
inter seruos.
§ 10. Et dicent qui erunt in igne custodibus Gehenny:
Precamini Dominum uestrum, ut alleuiet à nobis unum
diem ex igne.
* § 11. Respondebunt Custodes: An uerò non uenerunt ad
uos legati uestri cum claris argumentis?
§ 12. Respondebunt illi: Vtique. Dicent eis Custodes: Ore-
camini ergo uos per uos ipsos. Sed non erit precatio in-
fidelium, nisi in errore [i. inanis]
§ 13. Nos certè adiuuabimus sanè legatos nostros, et
eos, qui crediderunt, in uita mundana; et in die, qua
stabunt testes [i. die Resurrectionis]
§ 14 Die, qua non prodent iniquis excusatio illorum:
et ipsis erit maledictio: et ipsis erit malum Domus
[i. Igna Gehenne]
§§. Et iam quidem dedimus Moysi Directionem: et
hereditare fecimus filios Israël Librum Pentateuch;
* § 16. Ad Directionem, et commonitionem prædictorum
cordibus.
§ 17. Patienter igitur sustine; nam promissio Dei est
uera: et ueniam posce pro peccato tuo: et celebra
laudem Domini tui uespere, et mane.

Profecto

58 Prosectò qui disputant de signis Dei [l. de Aleorano] a. si"
sine authoritate, quę uenerit eis, non est in spectoribus
eorum nisi superstitio. Non ipsi peruenient ad hoc. Confugito
ergo ad Deum: quippe ipse est Auditor, Inspector.

59 Certè creatio Cęlorum, et terrę maior est, quam creatio
hominum. Verumtamen plęrique hominum hoc nesciunt:

60. Et non adequabitur eęcus, accidens*: et qui euiderint, *
et fecerint recta; negue" malè agens [l. et qui malè operatus b. et"
fuerit]. Quam pauci sunt qui hęc mente reuoluant!

61. Certè Hora sanè uentura est: non est dubitandum
de ea. Sed plęrique hominum non credunt.

62. Et dixit Dominus uester: Inuocate me: exaudiam
uos. Verò qui superbè dedignantur seruitutem meam;
ingredientur Gehennam utiliciaè.

63. Deus est qui posuit uobis noctem, ut quiescretis in
ea: et diem* facientem uidere quid actum* uitis: porrò Deus * conspicuum?"
est sanè profusus liberalitate erga homines: sed plęrique
hominum non agunt gratias.

64. Hic est Deus Dominus uester, Creator omnis rei:
non est deus preter eum: quomodo ergo auertimini a Deo?
ita auertuntur qui signa Dei inficiantur.

65. Deus est qui posuit uobis terram d adquiescendum" d. firmiter standu"
[l. in pauimentū]: et Cęlum in ędificium [l. in tectum]:
et formauit uos, et pulchras fecit formas uestras; et e dedit
ad uti" uos ex rebus bonis. Iste est Deus Dominus uester. uobis in
Benedictus sit ergo Deus Dominus f Mundorum". alimenta" f. Mundorū"

66. Ipse est Viuens: non est deus, nisi ipse. Inuocate
* Viuens *
ergo

ergo sum, juram exhibentes illi religionem.

65. Laus Deo Domino a Seculorum.

68. Hic: Ego sane prohibitus sum, ne colam deos meos cæteris præter Deum, postquam venerunt ad me evidentia argumenta Divinæ unitatis à Domino meo: et præceptum est mihi, ut credam me Domino b Seculorum.

69 Ipse est qui evacuit nos ex nihilo: deinde ex spermate: deinde ex sanguine coagulato: deinde eduxit nos infantes. Postea dedit nobis ut perveniretis ad firmam ætatem vestram: postea ut essetis senes. Si ex nobis aliquis defungitur antea: et ut perveniretis ad metam constitutam [i. ad mortem]. Et hoc facit, ut nos intelligatis eius unitatem.

70. Ipse est qui vivificat, et mortificat. Et cum decreverit facere rem aliquam: pro certo dicit ei: Esto: et erit.

71. An non respexisti ad eos, qui disceptant de signis Dei [i. de Alcorano]: quomodo avertuntur à fide.

72. Qui mendacij insimulaverunt Librum Alcorani, et id, cum quo misimus Legatos nostros: mox scient quæ pœna puniendi sint:

73. Cum injecta fuerint vincula in colla eorum, et catenæ, quibus trahentur in Sartarum.

74. Deinde in igne incendentur

75. Deinde dicetur illis: Ubi sunt quos associabatis præter Deum? respondebunt: Absconderunt se à nobis. Verum non invocavimus antea quidquam. Ita errare facit

a. Mundorum

b. Mundorum

facit Deus in fideles.

)6 Hæc euenit uobis ob id, de quo lætabamini in terra sine uentate: et ob id, de quo exultabatis.

)). Ingredimini portas Gehenny, peremnabuni in ea. Miserum uero eis receptaculum proteruorum. * Patienter * 78 igaque sustine, nam promissio Dei est uera. * Porro * 79 siue fecerimus te uidere partem illius, quod comminamur illis: siue fabo fungi te fecerimus antea: nihilominus ad nos uniuersi reducentur.

)9. Etiam quidem misimus legatos ante te: ex his aliquos narrauimus tibi: et ex his aliquos non narrauimus tibi. Et non fuit Legati ullius, ut ueniret cum aliquo signo, nisi per nutum Dei. Cum ergo uenerit imperium Dei [i. flagellum ab eo comminatum], decidetur lis inter legatos, et infideles, cum uentate: et peribunt ibi uanitatis arguentes signa Dei.

80 Deus est qui dedit uobis pecudes, ut conscendatis aditer habendum quasdam ex ipsis: et ex ipsis quasdam comedatis.

8). Et sunt uobis in illis utilitates alie: et ut perueniatis aduecti super eas ad opus necessarium, destinatum in pectoribus uestris: et super eas, et super naues uehimini.

82 Et ostendit uobis signa sua: quod namergo signorum Dei inficiabimini?

83 An ergo non perambulauerunt in terra, et inspexerunt cuiusmodi fuerit exitus eorum qui fue-

cum ante ipsos? Erant hi plures ipsis, et ualentio-
res robore, et monimentis ædificiorum in terra. At
non profuit eis id quod sibi comparauerant. Cumergo
uenit 84 Cum ergo uenissent ad eos legati eorum
cum euidentibus argumentis, lætati sunt de eo quod
erat penes eosdem legatos de scientia [i. irrise-
runt eam]: sed comprehendit eos id quod irride-
bant [i. pœna a Deo comminata]

85 Postquam uero experti sunt flagellum no-
strum, dixerunt: Credimus in Deum unicum: et
abnegamus id quod fuimus cum eo associantes.

86. Sed non profuit illis fides sua postquam
senserunt flagellum nostrum supplicii quatuor. (Statutum
Dei quod iam præcesserat in seruis suis): et perie-
runt illic infideles.

Note

Soritia est hæc Sura titulum Fidelis, à uiro quodam fideli,
qui Moysi crediderat, eratque è familia Pharaonis, imò
iuxta nonnullos, patruelis ipsius Pharaonis: et de eo agitur
à uersu 29. et deinceps. Inscribitur à quibusdam سورة
الغافر Sura condonans, quæ est prima dicto uersus textu.
At aliis uero سورة الطول Sura Longitudo; quæ uox legitur
in quarto uersu. Tribuuntur illi quinque supra centum
uersiculi. Quidam tamen pauciores enumerant. † Habet
facit بسم الله Meccanam totam. Vel al excipis duos
uersus, nempe nigesimum septimum, et quinquagesimum

octauus

† sed mihi uisus abundat.

ceraunum, quorum uterque incipit: Qui discernendo de dignij
Dei. Premium legentis hanc suram, erit, quod, لم يبقِ روح
نبيّ ولا صديق ولا شهيد ولا مؤمن الا صلى عليك واستغفر له
non remanebit. anima ullius prophete, neque iusti, nec martyris
neque fidelis, quin oret pro eo, et ueniam precetur pro eo.
12. Mori fecisti nos diis]. Explicat Zelal: اموات لانهم نطفا
فاحيوا ثم اميتوا ثم احيوا للبعث — : quia ipsi fuerunt mor-
tui in spermate; deinde uiuificati sunt: tum secundo ue-
re mortui; ad uitam reuocati sunt in Resurrectione. Enig-
ma prorsus siculum: cum nullo modo dici possit homo mor-
tuus in spermate, in que uita nulla precepit peccatum nisi uirtuali tantum, quia-
men non defecit,
sed [illegible] perfe-
cta est per actua-
lem.
16. Diem Occursus]. Videtur Mahumetus alludere ad
uerba S. Pauli à Christiani audita: Ephes. 4. donec occurra-
mus omnes in unitatem fidei, et agnitionis filij Dei, in uiru
perfectu, in mensurem etatis plenitudinis Christi. et Phi-
lipp. 3. si quo modo occurram ad resurrectionem, que est ex
mortuis. et 1. Thessalon. 4. simul rapiemur cum illis in nubi-
bus obuiam Christo in aëra. Cur autem dies Resurrectionis ap-
pellatur, Dies Occursus, Arabice يوم التلاقي, rationem reddit
Zelal. لتلاقي اهل السماء والارض والعابد والمعبود والظالم والمظلوم فيه.
quia in eo occurrent sibi mutuo Celicole, et Terrigene: Seruus
et Dominus (seu Colens, et Cultus: nimirum Idololatra, et Demon
ab eo adoratus): opprimens iniuste, et oppressus
33. Diem mutuæ alloquutionis]. Arabice يوم التنادى dicit
proprie actus, quo aliqui mutuis interrogationibus ac responsio-
nibus in conuentu sese interpellant. Ideo autem dies Resur-
rectionis ita appellatur iuxta Zelalem, quia يكثر فيه نداء اصحاب

الجنة اصحاب النار وبالعكس والنداء بالسعادة لاهلها والشقاوة لاهلها
وغير ذلك: *multiplicabitur alloeubio habitatorum Paradisi ad habitatores Gehennę, et è conuerso. Cuis autem colloeubio de horum felicitate et illorum infelicitate, et alijs rebus.*

50. *Custodibus Gehennę*] Vbi Custodibus, quos Angelos bonos, et septem numero esse euedunt Arabes, alibi in Alcorano reditis verno

54. *Et ipsis eis malum domus*] Vox Arabica الدار: Domum amplam, uel Palatium significat: et in Alcorano praecipitur accipitur pro Paradiso, uel Gehenna: quasi hę sint proprię domus hominum

58. *sine authoritate, quę uenerit eis.*] Vox Arabica سلطان significat propriè potestatem, uel imperium: sed ipsius accipitur pro ipso Imperatore, uel Principe Iuxtame. In Alcorano uerò non raro sumitur pro certo, et euidenti argumento, seu probatione ex Diuina authoritate desumpta: uelut in hoc loco: in quo uerba illa: *Non ipsi pręmeniens ad hoc, indigent, iuxta Celalij expositionem, additamento* الا ان يعلموا *ut superiores sint* ꝛc. *Sed forte uerius extendantur, ut certam inueniant authoritatem contra Alcoranum.*

63. *Et diem facientem uidere*] Arabicè مبصرا, significat tam eum, qui facit uidere, quam qui uidet: et in hac secunda significatione accipit Celal, quasi dum homines uidens beneficio diei, dies ipse uideat per homines

78. *Misimus Legatos ante*]. Circa numerum Legatorum, et Prophetarum, hęc habet Celal روى انه تعالى بعث

بعث ثمانية الاف نبي اربعة الاف نبي من بني اسرايل واربعة الاف من سايرالامم. *habetur ex traditione, Deum misisse octo millia Prophetarum: quatuor millia ex filijs Israël: et quatuor millia ex reliquis hominibus.*

85. *Statuum Dei, quod iam praecessit in servis suis? Dest hunc morem semper observandi Deus erga homines infideles.*

Refutationes

1. *Premittuntur sane duo characteres ignoti, de quorum sensu nihil adhuc Doctores Mosleimi certi aliquid statuere potuerunt, nec statuent in posterum. Item de his, quod de alijs similibus iudicium esto: vanos scilicet, et inutiles, Diuinoque magisterio indignos esse, dum ad hominum eruditionem, ac documentum nihil inseruiunt. Sed de his alibi? ita dixi.*

2. *Quod Alcoranus† testimonium de se ipso perhibeat; † per omnes fere paginas*
neque à Deo traditum esse affirmet: nullam mereatur fidem, ut supernus etiam probatum est; quippe nullus à Deo Liber recenter prodire credendus est, qui vel à priscis Sacris Libris, vel ab aperris, certisque miraculis testimonium non habeat†. Nullum autem huiusmodi testimonium Alcoranum pro se habere, iam euidentissimè demonstratum est. † vel saltem? doctrinam ea à Deo in sacris Scripturis traditam non continendat

3. *Cum timeret Mahumetus, ne, si Alcoranus suus ad examen vocaretur, eiusdem mendacia, atque impostura detegerentur, infideles, atque incredulos pronunciat eos, qui de illius veritate disceptant. Imo eum*

videret

uideret ab ijs, qui illum attentius legebant, ac discutiebant mendacia sua, atque ineptias prorsus, ac nebulones, ac deceptorem undiq; uideri, et contemni: fingit impudenter idem sibi euenire, quod preteritis Legatis, ac Prophetis, qui ueritatis, ac religionis predicande causa, impostores, ac mendaces ab infidelibus habiti fuissent.

4. Nihil frequentius in Hebraeo, quam temporum, ac personarum confusio, ac peruersio. In primis in hac Iuua conspicitur, in qua Pharaonem, Haman, et Core, eiusdem fuisse ætatis, cum Pharao plura regula uixerit ante Haman, qui fuit Regis Assueri precipuus minister. Core etiam a Pharaone remotus tempore fuit. Et quamuis non adeo ab eodem remotus, non tamen Moysen Legatum suum habuit: erat quippe unus e populo Israëlitico, simulque eum Moyse uitam traduxit in Egypto, et in deserto.

5. Recoquit erambem, dum fabulatur, Pharaonem exegisse a Haman, ut ædificaret turrim adeo excelsam, ut ab eius culmine posset ingredi Cœlorum semita, et per eas ascendere supra Deum Moysi in locum, ex quo eumdem se inferiorem uideret. Nisi Pharao erat omnino fatuus, fatuissimus; non poterat hoc ab Haman exigere. Quomodo enim sibi persuaderet, turrim tam sublimem construi posse, quæ uel ad infimum Cœlum peruenire? ut uero possibile hoc existimaret, quomodo non intelligebat multas annorum centurias, atque immensas opes ad eam construendam esse necessarias? At enim

non

non nouum est, Reges magnos, ac Monarchas, qualis erat Pharao, ita insanire. Esto, sed egregiorum insaniæ nullus successum habere potuerunt. At uero Alcorani Expositores audacter affirmant, turrim illam ab Haman construendam fuisse, et Pharaonem ex illius cacumine contra Deum Moysi sagittam coniecisse. Sed nemo est, qui non uideat, Mahumetum Babelicam turrim cum ista, quam Haman extruxisse fingitur, confudisse. Vide quæ supra dicta sunt: tædet enim, ac pudet totis dies easdē ineptias refutare.

6. Quid referam de Fideli illo ex familia Pharaonis, qui Moysem defendere studebat, quamuis nullam habeat pugnantiam: nihilominus si uerum fuisset, non uidetur illud Moyses in historia sua prætermissurum. Vide, eaque Fidelis iste genti suæ prædicabat, præcedere cognitatem Ægyptiorum illius ætatis. Quid enim nouerant illi de die Iudicii, de Noë, de Shemu, et aliis huiusmodi, quæ habentur hic in Alcorano.

7. Dum Mahumetus easdem animas Pharaonis, et Ægyptiorum, mane et uespere ustulandas coram igne Gehennæ: et tantummodo post diem Iudicii intra eandem Gehennam detrudendas, atque in ipsis igne diu cruciandas promittat: uidetur hausisse errorem hæreticorum quorundam, qui eō quoque tempore uiuebant, animirum neque animas Iustorum in Paradisum, neque peccatorum in Gehennam admittendas esse, nisi post diem Iudicii iam corpori suo coniunctas. Et certè ex huiusmodi hæreticorum erroribus, ac miris Thalmudistarum figmentis, Alcoranum pæne totum

confiteminatum esse nemo non uider.

8. Dum fingit Mahumetus, precipi sibi a Deo, ut ue-niam precetur pro peccato suo: fatetur manifeste se fu-isse, et esse peccatorem. Hoc etiam alibi, ut uidebimus, et quidem apertius affirmat. Neque uale laborandum est in indagando, quenam fuerint illius peccata, cum certum sit, illum maiori uitae sue tempore idola coluisse, ut alibi probauimus: atque etiam post acceptum (ut ipse mentitur) prophetiae munus, grauissima scelera, ac flagitia perpetrasse. En igitur qualem prophetam, ac legislatorem habeant infelices Mahumetani, qui tamen uno ore fatentur, Christum Dominum, eiusque matrem Virginem Mariam, ab omni uel leuissimo peccati etiam originalis labe semper immunes fuisse

9. Jugulat seipsum Mahumetus uersu 71. dum ita fin-git sibi dici a Deo: أَلَمْ تَرَ إِلَى الَّذِينَ يُجَادِلُونَ فِي آيَاتِ اللَّهِ أَنَّىٰ يُصْرَفُونَ: Nonne uidisti eos, qui disputant de signis Dei, (explicat Selat في القران de Alcorano) quomodo auertuntur (mendose, ut exponit Selal عن الايمان, à credendo! scilicet, in illum. Iniquus est. Si quis attentius legerit, recteque discusserit, atque examinauerit Alcoranum, non poterit non aduerti à cre-dendo in illum. Refert Sanctus Eulogius Episcopus Sole-tanus, et Martyr in opere, cui titulus est: memoria San-ctorum: eo tempore, quo Hispania Mauris subiecta erat, iuuenem Cordubensem Mahumetanum, qui rogatus esset ab Amita Christiana, ut Christianam fidem am-plecteretur: eius autem consanguineos Mahumeta-

nos

nos sollicitè curave, ut linguam Arabicam addiceret. Quod cum ille feliciter progressus esset, legisse Alcoranum, et ex eius lectione clarè cognouisse, sectam Mahumetanam falsam, et inuentionem hominum esse, et ideireò illam ex intimo cordis affectu execratum fuisse: Christianam Religionem cum Baptismo suscepisse, et eam palam professum fuisse: et ob eam causam illustre martyrium subisse à Mauris, qui illum crudeliter trucidarunt, quia cum esset à parente Mahumetano genitus, à religione parentis discesserat. Addit que Sanctus Eulogius, si aliquis Catholicus velit falsitatem sectæ Mahumetanæ clarè deprehendere, nullo alio opus ipsi esse, quam cum sapientioribus Mahumetanorum sermones de Religione miscere, et ab ijs interrogare, quid credant: eis enim auditis, quæ ipsorum Lex docet, statim cognosces, illam esse mendacem, et Deo authore indignam. Placuit hoc exemplum referre ex parte secunda lib. 2. cap. 9. Manuductionis ad conuersionem Mahumetanorum Reuerendi Patris Syri Gonzalez de Santalla è Societate Jesu, olim in Salmanticensi Academia Sac: Theologiæ Primarij Antecessoris emeriti: nunc Societatis nec non dignissimi Præpositi Generalis: quo nullus alius hactenus magis eruditè, maioriquè cum fundamento scripsit in hac materia: ita ut præclarissimum illius opus universam Mahumetanicam sectam radicitus euellat, et à fundamentis euertat: et huic meo operi Lucem magnam possit afferre.

130
5
2
59

سورة فصلت مكية
اربع وخمسون اية

SVRA XLI.

DISTINCTA SVNT.

Meccana: comma =

tum Liii.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. H. M.

2. Demissio à *Miseratore Misericorde:*

3. *Liber; distincta sunt signa eius* [i. *materies eius in Judi=cia, Historias, et Pareneses*] *lectione Arabica hominibus, qui sciunt.*

4. *Annunciator fausorum, et comminator penarum. Sed longè recesserunt plerique eorum, et ipsi non audiunt:*

5. *Et dixerunt per iocum: Corda nostra sunt in operi=mento* [i. *obturata*] *a cibus id, ad quod nos vocas: et in=auribus nostris graudo: et inter nos, et inter te velu=men: itaque operare tu ut tibi placet: nam nos operabimur sumus ut nobis placuit.*

a. ab eo"

6. *Die: Certè ego homo sicut vos: revelatur mihi, quod profectò Deus vester Deus unus est. Recti igitur estote erga eum; et veniam precamini ab*

eo

co : et ugh Associantibus,

7. Qui non dant eleemosynam statutam : et qui in alteram uitam sunt increduli.

8. Uerè qui crediderint, et fecerint uerba; ejus erit merces immensurabilis.

9. Die : An uerè uos sanè non creditis in eum, qui creauit terram duobus diebus : et ponibis illi similes? hic est Dominus a Ieuborum".

10. Et posuit in ea montes stabiles de nigra eam : et benedixit in ea; et disposuit in ea uictualia eius in quatuor diebus pro hominibus, et bestijs, equaliter fruenda petentibus ea, dei

11. Deinde adequatus est [i. mentem direxit] in Celos: et ipsum erat fumus. Dixitque ei, et terre: Uenite ipsonte, uel inuitò. Respondérunt: Uenimus obedientes.

12. Et effecit eos septem Celos in duobus dictus : et uuecke- uit" unicuique Celo negotium eius [i. officium, et munus eius]. Et adornauimus Celum propinquum, luminaribus, et custodia*. Hec fuit dispositio Omnipotentis, Scientis. b. et inspiravit

13. Quod si Mecani ad hec longè recesserint rengineratis fuerint, die: Comminor uobis supplicium, uelut supplicium Ad, et Themud. * Angelorū et flammarū

14. Cum uenissent ad eos Legati ante eos, et post eos, dicentes illis : Ne colatis nisi Deum : respondérunt : Si uoluisset Dominus noster mittere Legatos, certè misisset Angelos. Uerè nos in id, quo quo missi

missi estis, non sumus evidentes.

15. Itaque Regi superbe se gesserunt in terra, sine verecundia, et dixerunt: Quis est validior, quam nos robore? an nescit non videbant, quod Deus, qui creavit eos, ipse erat validior, quam qui robore? et signa nostra abnegaverunt.

16. Progressa misimus super eos mentem vehementem in diebus infaustis, ut faceremus gustare eos poenam ignominiae in vita mundana: sed sane poena altera vitae est ignominiosior: et ipsi non adiumabuntur.

17. Porro Phemudei, direximus illos: sed dilexerunt cecitatem [a] plusquam directionem. Progressa sustulit eos suffitium pene [b] ignominiae propter id, quod fecerant operati.

18. Et liberavimus eos, qui credidevant, et timebant Deum.

19. Et memento diei, quo congregabuntur inimici Dei ad Ignem: et ipsi violenter ducentur ad illum

20. Donec, ubi pervenerint ad eum, testificabuntur contra eos ~~oculi~~ aures eorum, et oculi eorum, et pelles eorum de eo, quod fuerint operati.

21. Et dicent pellibus suis: Quare testificamini contra nos? respondebunt: Loqui fecit nos Deus, qui loquelam dedit omni rei, et ipse creavit nos primavice, et ad eum reducemini. Et tu

22. Et non abscondebatis vos, quando peccabatis,

ne eveni

a. supra "
b. vilis "

ne essent testes contra nos aures uestre, a "et" oculi uesti, a naque"
b et "pelles uestre : sed existimabatis, quod Deus nesciret b. naque"
"" multa ex ijs, que faciebatis

(13. Hec autem opinio uestra, quam opinabamini de Domino
uestro perdidit uos, et facti estis ex pereuntibus.

(14. Sive autem sustinuerint, ignis tamen erit receptaculus
eorum: sive indulgentiam fecerint, non tamen ipsi e-
runt ex indulgentiam consequentibus.

(15. Et adiunximus illis socios demones; et hi adornauerunt
eis id quod erat ante eos, et id quod erat post eos [i. decepe-
runt eos in falsa representatione uite presentis per futura]:
et iustè conuenit eis Dictum de gentibus que iam prece-
serant ante eos ex Genijs, et hominibus [i. id quod pre-
dixerat Deus de genere huiusmodi gentium.]: quippe ig-
ti fuerunt perditi.

(16. Et dixerunt qui erant infideles: Ne audiet preces
ejs huic Alcorano; sed surrilio uerba legitimini de
eo, dum legit eum Mahumetica: ut uos iocij et cachin=
nis uestris uincatis uocem illius legentis.

(17). Atqui certissimè faciemus gustare eos qui sunt
infideles, penam uehementem: et profectò reddende-
mus eis malum illius quod fecerint operati-.

(18. Hec erit retributio inimicorum Dei: Ignis.
Erit ipsis in eo domus eternitatis: remuneratio
ob id quod signa nostra abnegauerunt.

(19. Et dicent qui fuerunt infideles, quando erunt in
gehenna: Domine noster, ostende nobis eos duos

et fecerunt nos ex Genijs, et hominibus [ni-
mirum diabolum, et Cain]: ut ponamus eos sub pedibus nos-
tris, ut sint ex infimis.

30. Vorrò qui dixerint: Dominus noster est Deus, et
recti fuerint in religione: descendent super eos An-
geli in morte eorum, et dicent illis: Ne timeatis,
neque contristemini, sed lætamini de Paradiso, qui
promissus fuit vobis.

31. Nos fuimus protectores vestri in vita mundana,
et erimus in altera vita: et vobis erit in ea id, quod
desideraverint animæ vestræ: et erit vobis in ea quod
postulaveritis xenium pro gratuitum vobis ab Indultore,
Misericorde.

32. Quis verò melior est in sermone, quam qui vocat
ad Deum, et operatur rectum, et dicit: Ego sanè sum
ex Moslemis.

a. neque ll 33. Et non adæquabitur bonum, et malum. Rejice
malum per id, quod est optimum. Et ecce qui, inter
te, et inter eum erat inimicitia, fiet quasi ipse esset
b. calidus amicus b carissimus ll.

34. Sed non nanciscentur hoc, nisi qui patientes
fuerint: neque assequetur hoc, nisi præditus felici-
tate magna.

35. Et quod si excitatus fuerit tibi à Satana
suggestio mala: confuge ad Deum: ipse enim est
Auditor, Cognitor.

36. Et inter signa potentiæ ejus, sunt nox, et

dies

dies, et sol, et luna. Ne adoretis solem, neque lunam: sed adorate Deum, qui creauit ea, si eum colitis.

37. Quod si superbè renuerint hoc facere: certè illi, qui sunt apud Dominum tuum, laudant illum noctè, et die, neque ipsi tædio afficiuntur.

38. Et inter signa eius est, quod tu sanè videas terram humilem [i. aridam, et sterilem]. Vbi uerò demiserimus super eam aquam, commouetur, et turgescit. Eamdem quæ uiuificauit illam, sanè uiuificaturus est mortuos: quippè ipse est ad omnem rem potens.

39. Certè qui maligantur in signis nostris [i. qui dolosè quærunt de Alcorano], non latent nos. Anne ergo qui proijcietur in ignem melior erit, an qui uenerit securus die resurrectionis? operamini quod uultis, quippe ipse in id, quod operamini est intuens.

40. Certè qui non credunt in commonitionem [i. Alcoranum] postquam uenit ad eos: et quidem ipse est sanè liber excellens,

41. Non uenit ad eum uanitas ante ipsum, neque post ipsum [i. à nullo sacro libro antehoc, uel posthoc, uanitatis, uel mendacij conuincetur]: demissio à Sapiente, laudato [i. demissus à Deo].

42. Non dicitur tibi ab infidelibus, nisi quod iam dictum fuit Legatis ante te. Eamdem Dominus tuus est sanè præditus indulgentia, et præditus punitione dolorifica.

43. Et si fecissemus eum [i. Alcoranum], in lectione [i. idomate] barbara: certè dixissent: Nisi distincta fuerint

faciunt signa eius [i. nisi scriptus sit idiomate nobis noto, et ita distincte, ut intelligamus illum], non recipiemus eum. An barbarus est Liber, et Arabs est author eius? Respondeo: Ipse est illis qui crediderunt, directio, et sanitas. Qui autem non credunt: in auribus eorum est grauedo; et est super eos cecitas: his [scilicet similes illis, qui dicebant] in=
[mani de loco longinquo. [i. non audiens]
45. Et iam quidem dedimus Moysi Librum: sed dissen=
sio orta est circa eum. Quod si non uerbum praecessis=
set a Domino tuo [i. si Deus aliter non decreuisset], certe decisum fuisset inter eos: et quidem illi sunt
sane in dubitatione de eo [i. Scripturis] suspiciosa.
46. Qui fecerit rectum, faciet illud animae suae: qui
autem male egerit; id erit contra eam. Et non est Domi=
nus tuus iniustus seruis seruos.
*47. Ad eum reducitur scientia Horae: et non egre=
dietur ullus ex fructibus e folliculis suis: neque ge=
stabit uterus ullo femina, neque deponet fetum, nisi
cum scientia eius. Et die quo aduocabit eos, dicens:
Vbi sunt socij mei [i. illi quos mihi associabatis?]
Respondebunt: Indicauimus tibi: Non est ex nobis ul=
lus testis huius rei.
48. Et abscondet se abeis id quod inuocabant antea
[i. nullum deorum suorum adhibent]: et existimabit
non esse sibi vllum effugium a signe solenne.
49. Non afficitur homo [ad] ferendo bonum mu=
danum: si uero afficiatur malum, tunc desperat

الجزء الخامس والعشرون
Pars uigesi=
ma quinta

fuy

nos, dissidens.

§ 0. Si quis justum fecerimus cum misericordia nobis post recurrentium quid retigit eum: profecto dicet: Hoc mihi debitum est; et non juste Horam esse "mentiam". Quod si sanè reducta fuero ad Dominum a. staturam" meum, certo mihi apud eum erit optimum [i. gratius]. Sed profecto tunc enarrabimus ijs qui fuerint infideles, id quod egerati fuerint: et procul dubio justum faciemus eos de quod atrocissima.

§ 1. Si vero beneficia contulerimus homini: longè recedet; et discedet cum Latere suo [i. Latus obtueretur nobis.] Cum autem retrigerit eum malum, erit sibi sens precem prolixam.

§ 2. Dic: Quid nobis videtur? Si fuerit hic Horamus de apud eum: tum non credideritis in eum: qui erit errantior, quàm qui fuerit in schismate longinquo a veritate?

§ 3. Hoc ostendemus eis signa nostra in extremis terminis Cæli et terræ, et in animabus eorum: donec notum fiat illis, quod hic Horamus est veritas. b An non satis fuit illis ad credendum in Dominum suum, quod ipse est super omnem rem terris [i. quod nihil est factor]?

§ 4. An non ipsi certè sunt in dubitatione de adventu" Domini sui? An non certè ipse est omnem rem circumdans? [i. comprehendens scientia sua]

a. staturam"

b. An non satis est in Domino tuo [i. pro parte Domini tui]"

c. occursu

Note

Inscribitur à nonnullis hic versu السجدة, Adoratio, ea fortasse de causa, quod versu vigesimo sexto moneantur infideles, ut solis, ac Lunæ cultu relicto, unum Deum adorent. Verum quia Suræ vigesimæ secundæ titulus idem præscribitur: ideo ثلثة, distinctionis gratia huic præponitur epigraphe, quæ dictio in tertio versu continetur. In nonnullis codicibus reperio titulum huius مصابيح, Luminaria, quæ dictio versu duodecimo legitur. Perspexeram Hottingerum Exemplari Ispahanensi innixus, inscribit سورة عاشر Suram Ignoscens: quamuis ipse insulsissimè interpretetur Caput de Explicatione. Huiusmodi scilicet Arabicæ Linguæ Doctores habent Nouatores figurini. Hanc tamen epigraphen quidam, ut notauimus tribuunt Suræ superiori. Versus hic quidam tres, quidam quatuor supra quinquaginta enumerant. Alij plures, alij pauciores faciunt. Meccanam esse suram omnes conueniunt. Lectoris præmium erit: بكل حرف عشر حسنات; pro singulis characteribus, decem bona.

9. Creauit terram duobus diebus] Nempe, ut ait Gelal الاحد والاثنين die prima, seu Dominica, et feria secunda

10. In quatuor diebus æqualiter perennibus] Communior explicatio, et quidem iuxta Aleovanum uero, est, Deum duobus primis diebus, terram creasse. Feria uero tertia et quarta creasse ea, quæ opus erant ad uictum hominibus et bestijs, æqualiter perennibus: id est, omnibus æqua-

liter

liter, iuxta eiusque indigentiam, et prout appetijsset. Nonnulli referunt ٣ ايام equaliter, ad quatuor dies: ut sensus sit, quatuor diebus perfectis, et integris Deum creasse ea, quæ ante dixi.

ii. Æquatus est]. Hoc arguie significat verbum Avaricum استوى: quod hic loco commodiùs exponitur قصد, animum applicuit, seu intendit, nempe ad creandum Cælum, quod ante erat tantum fumus, seu vapor fumeus. Sed liber audire Tamchaseenim: بعد ثم دعا داعي الحكمة الي خلق السما خلق الارض وما فيها من غير صارف يصرفه عن ذلك قيل كان عرشه قبل خلق السموات والارض الماء فاخرج من الماء دخانا فارتفع فوق الماء وعلى عليه فيبس الماء فجعله ارضا واحدة ثم فتقها فجعلها ارضين ثم خلق السما من الدخان المرتفع Deinde advocavit advocans sapientiam ad creandum Cælos post creationem terræ, et eorum, quæ sunt in ea, absque eo quod esset aliquid, quod diverteret eum ab hoc. Deinde ante creationem Cælorum, et terræ, erat aqua, [illegible] Throno Dei fuisse aquam. Eduxit autem ex aqua hac fumum, qui elevatus est, et ascendit super aquam: et exsiccata est aqua. Fecitque eam terram unam, quam deinde diffidit, ac divisit in terras multas. Deinde creavit Cælum ex illo fumo, qui in sublime elatus fuerat

12. Et effecit eos septem cælos in duobus diebus]. Jelal: الخمس والجمعة فرغ منها في اخر ساعة منه وفيها خلق ادم ع ولذلك لم يقل هنا سواء ووافق ايات خلق السموات والارض في ستة ايام Feria quinta, et sexta; in cuius ultima horæ absolvit eos: et in illa (scilicet hora) creavit Adam felicissimo-

monia

mone. Et ideo non dicitur hic, equaliter (idest duobus diebus integris, et perfectis, ut dixerat supra in creatione terre: quia in his preter Celos, creauit etiam Adam, ac proinde creatio Celi non occupauit duos dies integros). Et consonat hoc eum aliis locis Alcorani, in quibus dicitur, Deum creasse Celos, et terram sex diebus. Quod autem additur hic, Deum adornasse Celum proximum Luminaribus, et custodia, partim repugnat ueritati, partim ipsi Alcorano. Veritati quidem, quia luminaria, nempe stelle, ut explicat Zelal, non sunt creata à Deo in Celo proximo, nempe ultimo, et proximo terris, in quo creata fuit tantummodò Luna: nam السما الدنيا Celum proximum dicitur Celum Lune. Alcorano autem, quia custodia illa Angelorum flammas eiaculantium (de hac enim est sermo) non fuit posita in Celis, iuxta Deorum eundem; et Mahumetanos, nisi quando natus est Mahumetus. Quod ueró agatur hic de huiusmodi, et non alia custodia, patet ex ijs Zelalis glossa

repugnat

حفظناها بالشهب

id est custodia اى حفظناها عن استراق الشياطين السمع بالشهب munimus eos, ne Satanæ furtim audirent colloquia Angelorum, medianibus flammis

15. Quis est ualentior, quam nos robore? Hoc dicebant quia, ut ait Zelal: كان واحدهم يقلع الصخرة العظيمة من الجبال فيجعلها حيث يشاء unus ex illis euellebat saxum magnum è montibus, et ponebat ubicunque uolebat.

Cg. Etiendo nobis cos duos]. Consentiunt Expositores, hos

hos duos fuisse. ابليس وقابيل Gehisum, seu Diabolum, et Cain: nam hi duo, ut ait Zelal بدأ الكفر والقتل fuerunt authores infidelitatis, et homicidij.

31. Creamus in altera uita] Pro الاخرة, nempe altera uita, seu nouissima seculum: intelligitur in Alcorano totum illud, quod morti succedit: nempe tam spatium temporis à morte ad resurrectionem; quam ipsa resurrectio, et eternitas post resurrectionem, siue in Paradiso, siue in Gehenna. Hoc loco accipitur pro spatio post mortem usque ad resurrectionem: in quo quia, iuxta errorem Mahumetanorum, animæ iustorum non ingrediuntur in Paradisum, retinent Angeli eorum custodiam. Quamobrem explicat hic Zelal نكون معكم فيها حتى تدخلوا الجنة: erimus uobiscum in ea, (nempe spatio temporis, seu sepulcra) donec ingrediamini Paradisum. Eo autem tempore morantur animæ cum corporibus intra eorum sepulcra. In hoc etiam Hebræi consentiunt, nisi quod adcertum tantum tempus uolunt animas cum corporibus in sepulcris commorari.

40. Certè qui non credunt in Commonitionem.] Non est pars respondens: id quod sæpissimè euenit in Alcorano; hanc autem uocis ✱ociationem, quam Appositionem, seu Reticentiam dixeris. Supplet hic Zelal لجازيهم الله: certè Deus puniet eos, seu retribuet eis.

53. Mox ostendemus eis signa] Hæc signa enumerat من النبيرات والنبات والاشجار ومن لطيف الصنعة وبديع الحكمة: Zelal

ex luminibus, seu stellis: ex gemmis, & arboribus: ex ingenioso inventibus: et ex inuentore Sapientiæ, seu scientiarum. Age enim omnia signa sumi et argumenta potentiæ, ac Sapientiæ Dei.

Refutationes

1. Cum intelligeret Mahumetus, neminem fore, qui, si Alcoranum ipsius solerter discuteret, plura in eo falsa, et absurda non inueniret; fidem eidem conciliare nititur ex authoritate Diuina, protestatione ita frequenti in principio Suarum, illum esse Librum à Deo editis demissum: ut per hoc simpliciores quicunque in eo sunt, bona fide, et absque vlla erroris suspicione degustarent. Verum quæ in Suarum decursu sequuntur, ostendunt manifestè, non à Deo, sed à Diabolo huiusmodi libros compositum, traditumque fuisse.

2. Toto aberrat Ego, totaque secta Author Alcorani, dum primò terram duobus diebus creatam fuisse: deinde res ad victum hominibus, brutisque animalibus necessarias, duobus alijs diebus subsequentibus produxisse: demum duobus postremis diebus Cælum una cum homine creatum fuisse, ineluti ex mijs de pronuncijat. Aduersantur hic omninò Genesi, ut alibi etiam notauimus. Ex eo enim liquidò constat, primâ die Cælum, terramque una cum aquis, itemque lucem Deum creasse; et lucem à tenebris diuisisse. Secundâ verò die Firmamentum condidisse:

et

et aquas, que sub ijsdem erant, ab ijs, que super ipsum residebant segregasse. Tertia autem, aquas, que terram operiebant, in unum locum redegisse: ita ut terre sicce aquis denudate sicceque apparerent: in qua eadem die herbas, arboresque produxit. Quarta autem die Solem, ac Lunam creasse; ac Stellas in Firmamento collocasse. Quinta uero die pisces, et aues singulares produxisse. Sexta denique die animalia terrestria una cum homine condidisse. Confer hunc Pentateuchi ordinem cum Alcoranica syntaxi; et nulla ex parte inter se conuenire reperies. Omitto disquirere, quo fundamento asserat Mahumetes, Celum ex fumo creatum fuisse: itemque in septem orbes fuisse distinctum. Certum porro est apud peritos Astrologos, esse plusquam septem Orbes Celestes, et saltem octo reperiri.

2. Iam in Notis indicaui, Mahumetum nec uerisimili, nec sibi ipsi constare, dum scribit, stellas positas à Deo fuisse in Celo Lune: atque eodem custodiam uolantium flammarum, ad arcendos inde Satanas, ne Angelorum colloquia furtiuis auribus excipierent, apposita fuisse. Constat enim, stellas non in Celo Lune, sed in Firmamento supra septem Planetarum orbes reperiri, vt: quod etiam Pentateuchus testatur. Preterea ex Alcorano, omniumque Mahumetanorum authoritate, seu potius figmento, habetur, custodiam illam uolantium flammarum, non nisi post Mahumethi aduentum in omnibus Celis, et non in Celo Lune tantum, apposita[m]

agnoscam fuisse: cum antea Satanæ, seu Dæmones im-
pune, liberèque in Orbibus Cælestibus residerent: et ad-
motis ad eorum foramina, seu nimas auriculis, Angelo-
rum colloquia, atque arcana Cælestia, quæ deinde Magis,
et Aruspicibus patefaciebant, furtivè exciperent.

4. Non est dissimulandus inde erassus Mahumeti, et
Mahumetanorum error, dum putredunt, Angelos ayroni
custodes hominibus non solum in hac vita mortali;
sed etiam post mortem ipsam usque ad diem resurrectio-
nij. Ex certo quippe habent, animas defunctorum
remanere una cum corporibus in sepulchris suis:
atque ideo tutelaris Angeli custodiam eidem retinere.
* Omitto alia conjecturas, quæ ex Alcorani obscuram viridam,
eadem ayyira ad mauritanos referendo

5. Impudenter asserit versu 41. à nullo ex sacris libris
sive ante ipsum, sive post ipsum à Deo traditis, Alcoranū
uanitatis, idest falsitatis, atq; erroris posse convinci:
cum ~~nullo~~ uix ulla pagina in eo reperiatur, in qua
non plura sint, quæ vel ex Pentateucho, vel ex Evange-
lio, alijsq; Veteris, ac Novi Testamenti libris, manifes-
tissimi mendacij convincantur.

6. Ad probandam Alcorani veritatem, fingitur Deus
ipse versu 53. afferre pro argumento ea quæ creavit
in cælo, et in terra, et in ipsis hominibus: nempè, ut
exponit Zelal; stellas, germina, arbores, acumen in-
genij ad artes excudendas, novasq; scientias inveni-
endas. Sed quàm stramineum sit hoc argumentum,
et quàm nihil probet, nemo non videt. Quæ enim

conse-

* Non uero sine ullo fundamento asseritur, cum dictum sit et sacris scripturis animas à corporibus in morte separatas, ad locadi-ti in alteram uitam præparata profi-cisci, non autem in sepulchris remanere. Unde Salomon in eccle-siaste cap. 12. Ibit homo in domum æternitatis suæ .... et revertatur pulvis in terram suam et spiritus redeat ad Deum qui dedit illum

consequentia est: Deus evauit stellas, et germina, et arbores: et indidit hominibus ingenium, et acumen ad artes, et scientias inueniendas, et exercendas: ergo Alcoranus Mahumeti continet veritatem? eadem ratione argumentari licebit: Deus creauit bestias, et pisces, et natueres: ergo Mahumetus est lapis. Verum tamen est, facilius, Mahumetum lapidem esse posse, quam Alcoranum continere veritatem, cum à calce ad caput totum scateat mendacijs.

سورة الشورى مكيّة:
وهى ثلاث وخمسون آية

SVRA XLII.

CONSVLTATIO.

Meccana: cõmatum.

LIII.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. H. M. A. S. Q.
2. Ita revelat tibi, et illis qui fuerunt ante te, Deus Potens, Sapiens.
3. Possidet id quod in celis, et quod in Terra reperitur: et

ipse est Excelsus, Magnus.

4. Parum abest, quin Gli scindantur de super se, pro maiestate eius: Angeli vero decantant Laudem Domini sui; et indulgentiam precantur pro ijs, qui sunt in terra. Nonne certè Deus est Indultor, Misericors.

5. Verùm qui accesserunt pregter eum alios deos in patronos, Deus erit Observator super eos: neque cessat esse super eos in proevaborem.

6. Cibia revellavimus tibi Coranum Arabicum, ut communeas Metropolin [i. Meccam], et eos, qui sunt circa eam: et communeris diem Congregationis [i. Iuvenis Judicij] non est dubium de eo. Pars hominum die illo collocabitur in Paradiso: et pars in Saxara.

7. Quod si voluisset Deus, certè fecisset eos gentem unam [i. unius religionis]: sed introduxit quem vult in misericordiam suam. Iniqui vero, non erit illis ullus patronus, neque adiutor.

8. An accepserunt pregter eum patronos? atqui Deus ipse est Patronus: et ipse vivificat mortuos: et ipse est super omnem rem Potens.

a et in pro discordes fuerint

9. "Et quod discordes fueritis in eo" circa aliquid [i. et quid quid erit, in quo cum infidelibus discordes fueritis]: iudicium eius spectabit ad Deum. Ille est Deus Dominus meus: super eum innitor: et ad eum revertar.

10. Conditor Celorum, et Terræ: posuit vobis ex vobis ipsis coniuges: et ex pecudibus coniuges;

masculam

masculum et fœminam. Disseminat [i. multiplicat] vos per hoc coniugium. Non est sicut ille vos ille: et ipse est Auditor, Inspector.

ii. Ipsi sunt claues Colorum, et terræ: ampliat opes cui vult, et coarctat cui vult: quippe ipse est ei omni re Cognitor.

i2. Sanxit vobis de religione, quod præceperat τῷ Noë, et quod reuelauimus tibi, et quod præcepimus Abrahæ, et Moysi, et Iesu, dicentes: Recte custodite Religionem: et ne diuidamini in ea. Grauerit super associantes [i. egrè ferent Polytheæ, si hoc fecerit:]

i3. Ad, ad quod vocas eos, Deus eligit ad illud quem voluerit: et dirigit ad illud eum, qui conuertus fuit ad se.

i4. Et non diuiserunt se, qui erat unius religionis in sectas, nisi postquam venit ad eos scientia de unitate Dei, odio emulationem inter se. Et nisi verbum [i. decretum] præcessisset à Domino tuo de dilatione Iudicij usque ad terminum præfinitum: certè decisa fuisset lis inter eos. Et quidem illi, qui hæreditauerunt Librum post eos [i. Iudæi, et Christiani] certè sunt in dubitatione de eo [i. de Mahumeto] suspicioſa.

i5. Ad hoc ergo aduoca homines [i. ad hanc unitatem Dei]: et rectus esto in eo, quemadmodum iussus es: et ne sequaris desideria eorum: et die: Credidi in id, quod demisit Deus de Libro [i. Sacrarum Scripturarum]: et præceptum est mihi, ne iuste iudicem inter

eos

nos. Deus est Dominus noster, et Dominus noster.
Nobis sunt opera nostra, et nobis opera nostra. Ne
sit disceptatio inter nos, et inter nos. Deus congrega-
bit [i. Item componet] inter nos: et ad eum erit reditus.

16. Qui uerò disceptabunt de Deo [i. de Religione] postquã
responsum fuit illi [i. Mahumete de uera Religione
manifestanda]: disceptatio eorum erit uana apud
Dominum suum: Ipse uzer eos aduenict ira: et ijnij
erit pœna uehemens.

17. Deus est qui demisit librum Noëvani cum ueritate,
et stateram [i. iustum ædictum]. Quid uerò scire faciet
te, utrum hora sit propinqua?

18. Accelerare cupiunt eam qui non credunt in
eam. Qui uerò crediderunt, sunt formidantes de ea,
et sciunt, quòd ipsa est ueritas. Nonne porrò qui dis-
putant de hora, sanè sunt in errore longinquo?
[i. errant toto cælo]

19. Deus benignus est in seruos suos: opes largitur
cui uult: et ipse est Fortis, Egregius.

*agri sationis 20. Qui uoluerit *lucrum alterius uitæ, augebimus illi in lucro
eius. Qui autem uoluerit lucrum Mundi, dabimus ei ex eo [i. Mun-
do]: sed non erit illi in altera uita ulla pars.

21. An sunt illis [i. Meccanis] socij [i. Dij], qui sanciuerint
illis de religione, id quod non approbauit Deus? At si non
dictum Diuisionis [i. si non obstaret decretum Dei, de dif-
ferenda mercede, uniuscuiusq; usque ad Diem Judicij, qua di-
uidentur Boni a malis], certa decisa fuisset lis inter eos.

Sed

sed profecto iniquis erit pena dolorifica.

22. Videbis die Judicij iniquos timentes ab id, quod pervertrauerunt: et igne [.nempe die Judicij, vel timore eius] erit eadem super eos. Qui vero crediderint, et fecerint recta, collocabuntur in vindarijs Paradisorum: erit juxta id, quod voluerint apud Dominum suum. Hæc erit excellentia magna.

23. Hoc est quod annuciat Deus servis suis, qui crediderunt, et fecerunt recta. Dic: Non peto à vobis pro hoc, quod vobis prædico, mercedem ullam, nisi charitatem erga propinquos. Qui autem acquisierit unum bonum, augebimus illi in eo aliud bonum: nam Deus est Indulgens, Gratus.

24. An dicent: Mahumetus blasphemę commentus est de Deo mendacium? porrò si voluerit Deus, imprimet sigillum super cor tuum [i. muniet te patientia in contumelijs eorum]: et abolebit Deus vanitatem, et eos firmabit veritatem in verbis suis: qui ipse ipse est cognoscens essentia pectorum.

25. Et ipse est, qui suscipit pœnitentiam à servis suis: et indulget malis [i. peccatis]: et scit id, quod operamini.

26. Et exaudiet eos, qui crediderint, et operati fuerint recta: et augebit eos ex liberalitate sua: infideles autem, ijsis erit pœna vehemens.

27 Quod si amplisset Deus opes servis suis, vecte intemperanter se gererent in terra. Verum demittit

[1. nihil unicuique] in mensura quod mihi: quippe
ipse est in servis suis plene instructus, inspector
[1. perfecte nihil quid unicuique homini conveniat.
28. Et ipse est qui demittit pluviam postquam
desperaverunt homines de illa: et expandit nubem
coeli diam suam: et ipse est Patronus, Laudabilis.
29. Et inter signa potentiæ eius est creatio Glo-
rum, et terræ: et id, quod dispersit in utroque de
animantibus: et ipse ad congregandos eos, ubi volue-
rit, est Potens.
30 Et id quod incidit vobis de infortunio, est propter
id, quod operatæ sunt manus vestræ: et tamen condo-
nat vobis multa.
31. Neque vos imbecillem reddetis Deum in terra:
neque erit vobis præter Deum Patronus, neque adju-
tor.
32. Et inter signa eius, sunt naves in mari, sicut
montes alti. Si voluerit, cessare faciet ventum, et
illæ residebunt immobiles supra dorsum eius.
Certe in hoc sunt signa omni patienter sus-
tinenti, grato.
33. Vel demergat eas propter id, quod peccaverunt
[1. peccaverint homines, qui sunt in illis]: et tamen
condonabit multa.
34. Et sciant qui disceptant de signis nostris,
non fore sibi ullum effugium à manibus nostris
35 Quod datum est vobis de rebus: est mensile

vita

vitę mundanę : et id, quod est apud Deum, est melius, et permanentius pro illis, qui crediderunt, et super Dominum suum innituntur :

36. Et qui declinant gravia iniquitatis [i. peccata gravia] et flagitia : et si quando iræ fuerint eis, tamen condonant illis. * [i. ceteris]

37. Et qui obediunt Domino suo, et persolvunt preces; et negotium eorum consultatio [i. et consultant inter se negotia sua, nihilque agunt sine consilio] : et ex eo, quod ditavimus eos, dilargiuntur in eleemosinam : et

38. Et qui, cum ineiderit eis iniuria ab aliquo, ipsi se-se ulciscuntur gavia reddendo.

39. Compensatio autem mali, quod infertur, debet esse malum, sicut illud, quod illatum est [i. gavisuri reddendum]. Porro qui condonaverit iniuriam, et reconciliatus fuerit inimico : merces eius erit apud Deum, quippe ipse non amat iniqua agentes.

40 Et sane qui quod vindicaverit se post iniuriam suam [i. sibi illatam] : hi, non est super eos ulla semita, [i. nulla lex proinde hos punit eos].

41. Profecto semita est super eos, qui iniquè tractant homines, et insolescunt in terra sine iustitia : hi erit pena dolorifica.

42. Et quidem qui patienter sustinuerit, et condonaverit iniuriam : certè hoc erit sanè ex decreto verum [i. iuxta statuta legis.]

43. Quem autem servare fecerit Deus : nonerit illi ullus

Parrony

4:16

a post hunc" [tempus Deum] Patrem a post hoc v qui dirigat eum. Et videbis iniquos, qui post quam asscenderint gehennam, dicent: An est ad regressum in vitam aliqua semita?

44. Et videbis eos dum presentabuntur ante illam [i. ante gehennam ignis gehenne] humiles & ignominiam: assidentes ignem obscuro & obliquo furtim, ut pote inuiti. Et dicent qui ceciderunt: Certè perierunt qui perdiderunt animas suas, et familias suas, die resurrectionis. Nonne porrò iniqui crucia buntur in supplicio ~~sta~~ permanenti.

45. Et non erunt ipsis alli patroni, qui adiuuent eos preter Deum. Quem uerò errare fecerit Deus, non erit ei ulla semita, per quam dirigatur ad uenitatem.

46. Audite dominum nostrum, antequam ueniat dies, cuius ~~eius~~ non est repulsio à Deo [i. quem nemo potest impedire, quin Deus adducat illum]. Non erit uobis ullum refugium die illa: neque erit uobis ulla negatio [i. nullatenus negare poteritis peccata uestra]

47. Quod si infideles hæc audientes peruicaciter fuerint: profectò non minimus de superis eorum eorum.

a. Si" Non" peccat adhuc, nisi predicatio. Et

* Et nos quidem ubi gustare fecerimus hominem ex nobis misericordiam: letabitur de eo. Si autem incidens illi malum, propter id, quod porrexerunt manus eorum [i. propter peccata antecedentia]: profectò homo fiet ingratus.

48. Dei est Regnum Celorum, et terre: creat id, quod uult, donat cui uult feminas: et largitur cui uult masculos

masculos.

49. Aut coniunctim nascit illij masculos, et feminas: et efficit quem vult, sterilem: quippe ipse est Sciens, Potens.

50. Et non est homini [i. in potestate hominis], vt alloquatur eum Deus, nisi per reuelationem, aut de post velamen [i. ita vt tantum audias, sed non videas illum.]

* 51. Aut mittat Legatum [i. Angelum], qui reuelet homini per voluntatem eius [i. Dei] id quod voluerit: quippe ipse est Sublimis, Sapiens.

52. Et ita reuelauimus tibi spiritum [i. Alcoranum, qui est spiritus, seu vita animarum] ex mandato nostro. Non intelligebas antea quid esset Liber Alcorani: neque quid esset fides. Verum fecimus illum ad Lucem, vt dirigeremus per eum quem voluissemus de seruis nostris. Et tu quidem dirigis per eum alios ad viam rectam,

53. Viam Dei, cuius est id, quod in Cælis, et id, quod in terra est. Nonne ad Deum reuertentur res vniuerſæ?

Note

Nihil in hac Sura, tamquam nouum, notandum occurrit (nam pleraque in ea contenta, in superioribus Suris habentur), nisi epigraphe illius, duabus vocibus constans. Alteram شورى Consultatio, quæ dictio versu 37. legitur: alteram حمعسق Ham-Asac, continentem quinque characteres Alphabeti Arabici, singulares,

seu

seu solitarios, qui ut in linguam Latinam conuersi, ita in Arabica nullam habent significationem; similes ficæ à Logicis uoci, Barbari. Huiusmodi characteres soli Deo noti, primum Suræ uersum constituunt. Hæc uero Mecchana tota est. Sed falsi exempli uersum, seu partem uersus 23: hic: Non pro à nobis. Cum tribus uersiculis sequentibus. Huiusmodi autem uersiculorum numerum in tota Sura, ad tres, et quinquaginta à plerisque protrahitur: quamuis alij plures enumerent. Qui hanc Suram legent و كان ممّن يصلّى عليه الملئكة ويستغفرون له و يترحمون له: eni ex illis, pro quibus orabunt Angeli, et ueniam precabuntur pro illis, et misereburtur illius

Refutationes

1. Constat, ut uidimus, primus Surę huius uersus quinque characteribus Arabicis solitarijs, et qui nullam inter se connexionem habent: nullamque lecto= ri exhibent significationem. Mox uero subditur sequenti uersu: ita reuelat tibi, et ijs, qui fuerunt ante te, Deus Ergo potens, Sapiens. Quod ita Deus Mahumeto reuelauerit: sibi habeat. Nobis tamen certum est, non Deum, sed Diabolum, huiusmodi superstitionis, Magicisque characteribus, secum Ma= humeto fecisse. Quod uero Deus per similes solita= rios characteres Sacris Scriptoribus præcedentibus aliquid reuelauerit: impudentissimum mendacium est. Ostendas nobis Mahumetus, et Mahumetani aliquid

Projecerant

Prophetam; cui hoc reuelationis genus à Deo facta dic.
Afferent fortasse pro se Ezechielem, apud quem ego. g.
legimus, Deum iussisse Angelum scribere, seu signare
characterem Hebraicum Thau super frontes quorundam
iustorum, ad eos ab iniustis separandos. Verum nihil
hoc ad rem facit. Primò enim non fuit ille character
solitarius ת: sed ות, quæ dat diuitiis significans signum: & ideo
Septuaginta Interpretes, qui apud Mahumetanos plurimę sunt auctoritatis, uerterunt σημεῖον; signum. Quodcunq; autem fuerit illud
signum, certum refert; satis erat, ut distingueret bonos à malis.
Deinde etiam si fuisset simplex character ת, huiusmodi character erat apud Hebræos signum salutis; quemadmodu apud Græcos
littera θ, erat nota damnationis: quemobrem huiusmodi character
quamuis solitarius, clarem habuisset significationem. Postremò non
agitur hic de reuelatione facta Ezechieli per characteres
singulares proponendos hominibus ad eorum eruditionem:
sed de præcepto, quo Deus iussit Angelum scribere, uel notare
in frontibus iustorum unum characterem, uel signum,
quod siue intelligeretur, siue non: satis erat ad distinguendos illos à malis. Afferent etiam authoritatem
S. Joannis Apostoli in Apocalipsi cap. i. ubi Christus,
uel Deus asserit, se esse A. & Ω; qui sunt duo characteres Græci solitarij, qui per se nihil significant. Sed facilè
respondetur, cum A. sit primus character, at uerò Ω. postremus in Alphabeto Græco, unumquemque uel rudis ingenij cognoscere posse, per hos characteres significari,
Deum esse principium, & finem omnium rerum,

quem-

quemadmodum Deus ipse se explicat dicens: Ego sum
A. et Ω. Principium, et finis: primus, et novissimus.
Posteremò proferent id, quod habetur in eadem Apocalipsi
cap. 13. ubi exhibitur nomen Antichristi formaturum
characteribus suis numerum sexcenta sexaginta sex.
Sed respondemus, nihil hic ignotum à Deo Propheta
revelari per singulares characteres: sed tantumodo
illum docere nomen Antichristi per suos characteres
numerum illum effomaturum. Quia enim plures
adventari erant (inter quos Mahumetus primarius
recensendus) qui ob suam impietatem potentiæ adjunctam,
Antichristi credi possent: ut facilius homines
illius ætatis illum agnoscere possent, voluit Deus illos
præmoneri per hoc signum, nempe per numerum,
quem characteres nominis eius essent effecturi. Hoc
autem cognosci non poterit (neque enim expedit, vel
est utile, vel necessarium) nisi cum Antichristus ad-
venerit. Notandum autem est hic, licet nomen Antichristi hunc
numerum sit formaturum, non tamen sequi, si cuius nomen eundem
numerum efficiat hunc fore Antichristum, nisi cetera Antichristi
signa illi conveniant.

2. Modus ille loquendi, quo hic, et alibi † utitur Mahume-
tus: Si Deus voluisset, fecisset homines gentem unam, † ut alibi notavimus
seu unius Religionis, et fidei: etiamsi possit aliquo modo
solvari, loquendo de voluntate Dei absoluta: repugnat
tamen modo loquendi sacrarum scripturarum, e[t]
quibus habemus, Deum velle omnes homines salvos

fieri

fieri: et quantum est ex parte sua, conferre illis auxilia omnia ad hoc necessaria. Non tamen vult in hoc homines cogere: sed relinquit illis libertatem voluntatem, ita ut si velint, possint omnes veram Religionem sibi profitetur amplecti, sicut eandem etiam vejeere. Quamobrem homines non errant in hoc, quia Deus ita vult: sed quia ipsi volunt: neque per illum stat, quin omnes veram Religionem amplectantur, etternamq. salutem consequantur. Quod modus ille loquendi obscurior videtur causam in Deum refundere, quod omnes homines non recte credant: imo ansam ipsem prebere putandi, ne non peccare, si non credant, quia Deus non vult eos credere, et quodamodo cogit illos ad infidelitatem.

3. Vix credi potest tam effrontis esse Machumetum, ut fidenter affirmet, Nestoranum suum eadem constituere, que Noë, Abrahe, Moysi, et Jesu reuelata sunt. Utrum enim de Noë, et Abraham nihil dicam: si Pentateuchum Moysi, et Euangelium Jesu cum Nestorano componamus, manifeste videbimus, nihil prorsus huic cum illis esse commune: imo plerumque illis aduersari: nec posse illis, nisi ut lupum ouis, [illegible], tenebras lucis comparari.

4. Nullo modo intelligi potest id quod asserit Machumetus hic, et alibi: minimum professores vnius, vtrque Religionis, cuiusmodi erant omnes homines, vel saltem Judei, et Christiani, non diuisisse esse in varias sectas, nisi postquam venit ad eos scientia de vnitate Dei.

supponitur enim omnes, antequam haberent huiusmodi scientiam, unius Dei eorum professos fuisse. Alioquin, si fuissent inter eos qui plures deos colerent, divisi fuissent à se mutuò, antequam hæc scientia ad eos pervenisset: quod ex suppositione prorsus repugnat. Porrò si omnes unum Deum credebant, et colebant: ad quid adventus illius scientiæ de unitate Dei? nemo enim indiget scientia, vel cognitione illius rei, quam iam scit, et cognoscit. Pernitiosa igitur fuit hominibus nova illa scientia veritatis circa Religionem conversique eosdem à vera Religione in varias sectas, et errores distraxit. Vide alibi dicta.

5. Illud porrò sine quam risu audiri non potest, quod hæredes Sacrarum Scripturarum, nempe Judæi, et Christiani in aliqua dubitatione, vel suspicione de Mahumeto fuisse referuntur: ita ut aliqua ex parte crederent, illum esse Prophetam in Sacris Scripturis prænunciatum. Quomodo enim posset illis huiusmodi dubitatio subesse, cum in ijsdem Sacris Scripturis, ne minimum quidem de illo vestigium reperiatur? Quod verò non fuerit Judæorum, quam Christianorum sunt ad Mahumetismum transivere, vel etiam nunc transeant: non fit, quia de Mahumeti impostura eos dubitent: vel quia illum verum esse Prophetam suspicentur: sed quia libertinam vitam amant: et austeriorem vitæ Religionis disciplinam refugiunt.

6. Dum Mahumetus ostendit se à commodis propriis alienum

alienum, verbis illis, quę non semel in Alcorano legũntur:
Non peto à vobis ſuo hoc (nempe ſuo prædicatione meâ)
vllam mercedem: obliquè rem ſuam agit ſatis ſimè curat,
addendo: nisi charitatem erga propinquos: quod ſic
explicat Celal: لكن اسالكم ان تودّوا قرابتى التى هى قرابتكم ايضًا فان له فى كل
بطن من قريش قرابة: Sed peto à vobis, ut charitatem exhibeatis
erga cognationem meam, quę est etiam cognatio
vestra. Habebat enim in unaquaque familia Corai=
sitarum cognatos. Hoc profecto nihil aliud est, quàm
verbis ludere, et illudere. Qui enim pro cognatis
petit, pro ſe etiam petere cenſetur, præſertim ſi
qui petit cognatus ſit eorum, à quibus petit. Quam-
obrem malignè apponit Celal pronomen, meam,
quasi Mahumetus ſe excluderet, dum pro cognatis
rogabat. Jmpugnatur locus legitur
7. Reponit Mahumetum inter actus egregię vir=
tutis, magnique apud Deum meriti, ultionem sum-
ptam ex iis, à quibus lędimur par pari reddendo. Verũ
non modo ex doctrina Christi, et Apostolorum: ſed
etiam ex Ethnicorum Sapientum placito, priuata
vltio, etiam eum quis iniustè lędit, ab actu virtutis
excluditur, imò inter ignobiliora vitia recenſetur.
Quin Mahumetus ipſe, conscientia vitæ, Laudat
hîc, et alibi eos, qui vltroneę posthabita, inimicis
vltrò ignoscunt, vel etiam illis benefaciunt. + Porrò
si inimico ignoscere, et iniuriam patienter sustinere
est, ut ipſe ait, ex decreto rerum: minimum, quemad-
modum

+ Quinq; expo-
sitores citati hunc locum
de condonatione
ſuorum adhibent.

معزوماتها بمعنى الطلوبات شرعًا

explicat Gelal, ~~auctor autoritas legis~~: oppositum facere, erit contra eandem ~~Naturam~~ Leges. Et professo statutum.

intenta seu connexa cum ijsdem rebus; namque requisita à Legibus

Legis Divinæ Levit. cap. 19: est: Non quæras ultionem; nec memor eris unius civium tuorum. Et tam in Pentateucho, et Prophetis, quam in Evangelio, et Libris Apostolorum, undique improbatur. Vide supra dicta.

8. Cum habeamus in hac sura, quemadmodum etiam in alijs ex testimonio ipsius Mahumeti, illum antequam Alcoranum acciperet, ignorasse quid esset Fides: constat manifestè, eundem per quadraginta annos infidelem, Ethnicumque fuisse. Non enim accepit Alcoranum nisi post annum ætatis suæ quadragesimum: imò nonnisi extremo vitæ suæ anno, nempe sexagesimo tertio, totum illum, integrumque acquisivit, Mortemi omnes fatentur. Quid ergo tot de Mahumeto puero, vel juvene, religionis, et sanctitatis prodigia Mahumetani jactant? mirum est, quantum in hoc Alcorani loco, alijque similibus, torqueant se, dedistorqueant Interpretes, ac Doctores Mahumetani. Sed Alcorani verba adeo clara, et aperta sunt, ut nullum relinquant interpretationi locum. Fusius hic argumentum istud pertractarem, nisi in Vita Mahumeti in Digressione cap. 8; de illo satis prolixè disseruissem. Vide quæ ibi à me dicta sunt.

سورة

سورة الزخرف مكية.
تسع وثمانون اية

SVRA XXXIII.

ORNAMENTVM.

Meccani: commatum
LXXXIX.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. H. M.
2. Per Librum Alcorani manifestum:
3. Nos certè fecimus eum Lectionem Arabicam, ut vos intelligeretis.
4. Et certè ipse est in matre Libri [i. in Tabula custodita] apud nos; sanè sublimis, sapiens.
5. An ergo removebimus à vobis commonitionem [i. Alcoranum], aversendo eam à vobis, eò quòd sitis homines prævaricatores.
6. Et quot misimus Prophetas in primis seculis?
7. At non veniebat ad eos ullus Propheta, nisi illum deriderent.
8. Itaque perdidimus potentiores quam hos Meccanos robore: et præcessit exemplum Primorum.
9. Et quidem si interrogaveris eos, quis creaverit cœlos et terram: certè respondebunt: Creavit eos Potens, Sciens
10. Qui fecit vobis terram stratum aviabilem

et facie nobis in eademitas, ut nos diligeremini.
11. Et qui demisit è cælo aquam in mensuo: et vegetamus & eam regionem mortuam: sic & ducemini & sepulchris
12. Et qui dederunt gloriæ rectum universus: et fossu-
it vobis è manibus, et inventis, quod consideretis.
13. Et considentis supra dorsa eius: tum recordare-
mini beneficentiæ Domini vestri, quando consedere-
tis sub illo: et dicetis: Laus illi, qui subegit ad
seruiendum nobis hoc: nam non eramus illud nostris
viribus assecuturi
14. Et nos sanè ad Dominum nostrum certè recur-
rendi sumus.
15. Et statuerunt Deo è seruis eius partem [i. profem]:
profectò homo est sanè ingratus manifestus.
16. An accepit ex eo, quod creauit, filias [nempe Angelos]:
et elegit vos ad filios?
17. Cum autem annunciatum fuerit alicui eorum d,
quod tribuit Miseratori in similitudinem [i. simile illi
quod sibi annunciatur, nempe femina]; apparet
facies eius tetra: et ipse est mœrore oppressus [quia
scilicet annuncianda est ei nativitas feminæ].
18. An verò tribuunt Deo profem femineam, quæ adole-
scit inter ornamenta: et ipsa est in litigio non [mani-
festo?] [i. iracitur, et vindatur sine ulla causa]. et fece-
runt Angelos, qui sunt serui Miseratoris, feminas:
An fuerint præsentes creationi eorum. et scribetur testi-
monium

monium eorum de nim: et interrogabuntur de eo in die
Judicij.
19. Et dixerunt: Si voluisset Miserator, non eduisse=
mus eos [i. Angelos]. Non est illis in hoc ulla scientia:
a ipsi tantumodo mentiuntur. a. si ipsi nonnisi "
20. An dedimus illis aliquem librum ante hunc Alcora=
nem: et ipsi illum penes se sunt retinentes?
21. Sed dicunt: Nos sanè invenimus Patres nostros
super hanc sectam: et nos sanè super vestigia eorum
directi sumus.
22. Atque ita non misimus ante te in ulla ur=
bem aliquem Prædicatorem, quin dicerent Proceres eius:
Nos sanè invenimus Patres nostros in hac secta: et
nos certè vestigia eorum sumus imitatui.
23. *Respondit illis prædicator: An sequemini eos, etiam si attulero
vobis aliquid rectius, quam id, in quo invenistis Patres
vestros? Dixerunt: Nos certè id, ad quod missi
estis, sumus abnegantes.
24. Itaque ultionem expetimus de illis. Vide porrò cuius=
modi fuerit exitus insimulantium mendacij Legatos
nostros
25. Et memento, cum dixit Abraham Patri suo, et
genti suæ: Certè ego immunis sum ab eo, quod colitis.
26. a Et non colo nisi eum, qui creavit me: quippe a. propter eum "
ipse dirigat me.
27. Et statuit hoc, dictum permanens in posteris
suis, ut ipsi converterentur a errore ad veritatem

28. Verum prosperè vivere sini illos, et Patres eorum, donec veniret ad eos Veritas, et Legatus manifestus [i. Alcoranus, et Mahumetus].

29. Postquam autem venit ad eos Veritas, dixerunt: Hoc est prestigium: et nos sanè in illud non sumus credituri.

30. Et dixerunt: Nisi demissus fuerit hic Alcoranes super virum ex duabus urbibus magnum, non recipiemus eum.

31. An ipsi distribuunt misericordiam Domini tui? nos distribuimus inter eos victualia eorum in vita mundana: et extulimus alios eorum super alios gradibus, ut accipiant alij eorum alios ad serviendum sibi: et misericordia Domini tui melior est, quam id, quod congregant divitiarum

32. Quod si non futuri essent homines gens una [i. nisi periculum foret, ne omnes fierent unius sectæ infidelis]: profectò dedissemus illis, qui non credant in Misericordem, domibus eorum tecta ex argento; et scalas argenteas, per quas ascenderent: et domibus eorum fores argenteas: et lectulos argenteos, super quos discumberent:

33. Et ornamentum ex auro. Et quidem totum hoc esset vanè supellex vitæ mundanæ: et altera vita erit apud Dominum tuum prorsus timentibus eum.

34. Qui autem averterit se à commonitione Misericordis [i. Alcorani], adiungemus ei Satanam;

et ipse

et ijsdem ei socius indulsimus.

35. Et quidem ijsi [i. Dæmones, seu Satanæ] auertent eertè eos à illâ veritate: et tamen existimabunt se esse directos.

36. Donec, ubi venerit ad nos die Resurrectionis cum Satana socio suo, dicat illi: Vtinam inter me, et inter te fuisset distantia duorum Orientium [i. quanta est inter Orientem, et Occidentem]. a Quàm infelicem b socium eium!

a infelix erit socius

37. Sed nequaquam prodest nobis hodie pœnitentia, cum iniqui fuerimus, ne nos in pœna sibi associandi.

38. Anne tu audire facies surdos, aut dirige cæcos, et eum, qui fuerit in errore manifesto.

39. Sive ostendimus tibi pœnam mortem, nos certè ex eis ultionem sumpsimus:

40. Sive fecimus ut tu videas id, quod comminati sumus eis: nos certè super eos sumus potentes [i. possumus eos punire]

41. Firmiter ergo tene id, quod revelatum fuit tibi: tu quippe es in via recta.

42. Et quidem illud est sanè monimentum tibi, et genti tuæ: et posteà interrogabimini [i. ratio exigetur à vobis] de observantia ejus.

43. Interroga autem quos misimus ante te ex legatis nostris: utrum constituerimus præter Misericordem, deos, quos colerent.

44. Et iam quidem misimus Moysen cum signis

nostris ad Pharaonem, et Proceres eius: et dixit: Ego
a. Mardam" a. sum Legatus Domini "Israelem".
45. Cum autem venissem ad eos eum signis nostris:
ecce ipsi de illis risum captabant.
46. Neque ostendebamus ei illum signum, nisi esset
maius sorore sua [i. signo precedenti]. Et subtulimus
eos per plagam, ut ipsi converterentur.
47. Et dixerunt Moysi, dum punirentur: Heus ô
Mage, deprecare pro nobis Dominum tuum secundum
id, quod pepigit tecum [i. ut liberet nos]: nam nos
certè erimus directi.
48. Cum autem relevassemus ab eis plagam: ecce ipsi
promissa infregerunt.
49. Et edixit Pharao in populo suo. Dixit: O populo
meus, nonne est mihi regnum Egypti, et hæc flumi-
na, quæ currunt sub me [i. sub Palatium meum]? an
ergo non videtis?
b An" 50. b Nonne ergo melior sum, quam hic Moyses, qui est
contemptibilis?
51. Et qui potest explicare verba distincte declarata.
52. An ergo coniecerunt super eum armillas aureas:
aut venerunt cum eo Angeli se se continuatim sequentes?
53. Et levitatis redarguit Pharao populum suum:
quamobrem obedierunt ei: quippe ipsi erant homines
pravi.
54. Cum vero provocassent nos ad iram, vindictam
sumpsimus de illis: et demersimus eos omnes.

55. Et

55. Et posuimus eos Hyerosolymas in gehenna, et in exemplis
alijs.
56. Cum autem propositus fuisset filius Mariæ in exem=
plum: ecce gens tua ex propter eum insultabat est jux
stitia.
57. Et dixerunt: An dij nostri sunt meliores, an hic?
[i. Jesus]. Non proposuerunt hæc tibi, nisi ad disceptationem.
Atqui ipsi sunt homines litigiosi.
58. "Non" est hic [i. Jesus] hisi servus; beneficia contuli= a Si.
mus ei: et posuimus eum in exemplum filijs Israël. Quod
si voluerimus, certè ponemus ex vobis [i. loco vestri] An=
gelos in terra, qui succedant vobis.
59. Et quidem ipse Jesus erit sanè scientia ad Horam
[i. reditus eius in mundum erit signum exacta, ut sciant homines
propinquum esse diem Judicij]. Ne ergo dubites de ea.
Et sequimini me: hæc est via recta.
60. Et ne avertat vos ab ea Sathanas: quippe ipse
est vobis hostis manifestus*. Et cum venisset Jesus 61
cum claris argumentis miraculorum, dixit: Jam veni
ad vos cum sapientia; et ut declarem vobis partem illius,
in quo estis discordes. Timete ergo Deum, et obedite mihi.
62. Certè Deus est Dominus meus, et Dominus vester:
colite ergo illum: hæc est via recta.
63. Sed discordes fuerunt sectæ inter se. Væ porrò illis,
qui iniquè egerint à pœna diei doloriferi.
64. An expectant infideles, nisi Horam, ut veniat ad eos
repentè: et ipsi non animadvertant?

64. Amici timeeri, dic illa alij eorum erunt alijs inimici, prꝛter timentes Deum.

66. O serui mei, ne sit timor super vos hodie; neque vos contristabimini.

65. Qui evedidervnt in signa nostra, et fuerunt Morlemi, 69 Ingredimini Paradisum: vos, et coniuges vestre: et exhilarabimini.

70 Circumferrentur eis parapsides exo auro, et calices sine ansis, ut qui bibit, bibat exqua parte ipsi libet: et in eo [i. Paradiso] eis quid quid desiderabunt anime, et delectabuntur oculi: et vos in eo estis perpetuo morabuni.

71 66. Et hic est Paradisus, quem hereditabitis ob id, quod operati fuistis.

69. 72 Erunt vobis in eo poma multa; exo eis comedetis.

70 73. At vero peccatores erunt in supplicio Gehenne perpetuo commovatuni.

74 Non interpolabitur ab eis [i. nunquam cessabit, vel abbreviabitur]; et ipsi in eo mestè silentes erunt.

78. Neque nos iniquè tractauimus eos: sed fecerunt ipsi iniquè agentes.

76. Et advocabunt Custodem Gehenne dicentes: O Malee precare, ut definiat super nos [i. annihilet nos] Dominus tuus. Respondebit ille vobis mille annos: Certè vos permansuri estis hic semper.

77 Iam quidem venimus adue: o Meccani cum ueritate: sed plerique vestrum sunt à veritate abhorrentes.

78. An machinati sunt negotium? [i. struxerunt dolum

contra

contra Mahumetum]. At nos etiã certè machinatum nunq
contra eos.

75. An existimant, quòd nos non audiamus secretum eorũ,
et colloquium eorum? usique audimus: et Legati nostri
[i. Angeli custodes] apud eos (suos) scribunt illa. O

40 gen. Hic: si esset Miseratori proles: ego certè essem primus
colentium illam.

81 75. Laus Domino Cęlorum, et Terræ, Domino throni
[i. longè abest] ab eo, quod de illo prædicant [i. quòd habeat
prolem.]

82 76. Sine igitur eos, ut inaniter disceptent, et ludant,
donec perveniant ad diem suum, qui promittitur eis.

83. Et ipse est, qui in Cęlo est Deus, et in Terra Deus:
et ipse est Sapiens, Sciens.

84 Et benedictus sit ille, cui est Regnum Cęlorum,
et Terræ, et id quod est inter hæc duo: et apud eum est
scientia horæ: et ad eum reducemini.

85 77. Et non habent (habent) in quos invocant præter eum, fami-
liarem intercedendi: sed habet illam qui testificatus fuerit
veritatem, et ipsi sciens [i. qui professus fuerit unitatem
Dei, et credidit eam in corde suo].

86. Quòd si percontatus eris eos, quis creavit
ipsos: certè respondebunt: Deus. Quomodo ergo reducuntur
à veritate regnante?

87 Et dictum eius [i. et dixit Mahumetus] O Domine mi,
certè isti sunt homines, qui non credunt. Et respondebis Deus:

88. Parce igitur recede ab eis, et dic: Pax. At postmodum sciens *89
quid mali sit illis eventurum.

Note

Ex Arabica dictione الزخرف, que Ornamentum, et pugnie
ex auro, significat; prorsusque extraxem, et fortuito in
ultimo vigesimo octavo legitur: epigraphen suam ex ea sua
desumpsit. Ex quo ignoscere licet Alcorani fusibilitatem,
π. ut alibi diximus. præsertim in eo, quod spectat Suarum inscriptiones. Nonne
enim ridiculus haberetur, qui primum Geneseos caput
inscriberet, Herba, vel Reptile, quia in eo hæ dictiones
leguntur. Neque suffragatur huiusmodi Mosemorum
levitati, quod Hebræi ex prima Librorum Pentateuchi
dictione, Libros ipsos inscribant: prima enim dictio
est velut clavis totius libri, atque ideo non iniuria
eidem præponitur. Quod attinet ad locum traditionis
huius Suræ: Meccæ Mahumeto datam fuisse omnes
conveniunt. Nonnulli tamen excipiunt versum
quadragesimum tertium; qui incipit: Interroga autem.
Enumerant comuniter in ea versus nolem supra
octuaginta. ~~Verum hic numerus, qui ponitur in~~
~~titulo Suræ, neque ex me, neque ex scriptoribus ipsis~~
~~Mosemiticis Suræ repertus. Denique in omnibus~~
~~fere libris continetur. Exemplaria Alcorani Codex~~
~~veteribus, qui in scribus diuingendis cum alio con-~~
~~venit~~. Qui legerit hanc Suram; erit
† يا عبادى لا خوف عليكم اليوم ولا انتم تحزنون ادخلوا الجنة بغير حساب
ex illis, quibus dicetur in die Resurrectionis: O servi mei,
non erit super vos timor hodie, neque vos contristabimini.
Ingredimini

Ingredimini in Paradisum sine redditione rationis.

2. Eorum manifestum. Arabica vox مبين, modò activè, modò passivè accipitur: itaque tam manifestum, quam manifestantem significet. Vbi verò de Aleorano, vel alio libro dicitur, activè plerumque melius redditur: quia scilicet manifestet veritatem, et fabricatem: licita, et illicita. Nihilominus cum id, quod manifestum est, manifestet sui ipsius, et id, quod in se continet: ideo sive manifestum, sive manifestantem reddas, in idem redibit.

4. In matre Libri] id est in Libro illo, in quo omnia scripta sunt, et custodita, sempiterna mansura apud Deum: de qua Mahumetani mira fabulantur, quemadmodum alibi dictum est. Videtur Aleoranus alludere adversus illa Psalmi 138. In Libro tuo omnes(vel omnia) scribentur

30. Super virum ex duabus urbibus]. Explicat Gelal الوليد بن المغيرة بمكة او عروة بن مسعود الثقفي بالطايف Best sup Validum filium Mogheire in Mecca: vel supra Vruam filium Masaudi Thecaphiensem in Taipho. Eodem modo exponis Jahias ex Coada: sed pro عروة Vrua, habet ابو سفيان Abu-Sophian. Quant scilicet hi duo viri, Magni, aegrotantes in suis urbibus, et summè authoritatis apud conterraneos suos..

50. An verò coniecerunt super eum annilla ex auro]. Explicat Gelal كعادتهم فيمن يسودون ان يلبس اسورة من ذهب ويطوقون طوق ذهب Juxta consuetudinem eorum circa eos, quos Principes constituebant: ornabant quippe illos annulis aureis, et torquem aureum circumdabant eis

اى اللوح المحفوظ

56. Cum autem proposita fuisset filius Mariæ. Quem dat حين نزل قوله تعالى، Exponit Selalis
انكم وما تعبدون من دون الله حَصَبُ جهنم فقال المشركون رضينا ان تكون الهتنا مع عيسى
لانه عُبِدَ من دون الله. اذا قومك المشركون من المثل يضجون فرحًا لما سمعوا
وقالوا له اءِ الهتنا خير ام عيسى فنرضى ان تكون الهتنا معه، ما ضربوه اى المثل
لكن الا جدلاً خصومة بالباطل لعلمهم ان ما لغير العاقل فلا يتناول عيسى عليه السلام لعلمهم
Cum revelata fuissent verba illa Alcorani. Certe vos, et
ij, quos colitis præter Deum, eritis fabulum ignis in Gehenã:
dixerunt infideles: Contenti sumus, ut dij nostri sint
una cum Jesu (in Inferno): nam etiam ipse cultus
fuit præter Deum: Ecce populus suus idolatra ex
hoc exemplo præ lætitia exclamauit ob id, quod audierat;
et dixit: Sunt ne dij nostri meliores, an Jesus? nam
(si ipse melior est) contenti sumus, ut dij nostri sint
cum illo. Non proposuerunt sibi hanc comparationem,
nisi ad inane litigium: cum scirent huius rei inqui
sitionem esse hominis intellectu carentis: neque Jesum
comprehendi (inter eos, de quibus loquitur Alcoranus)
60. Iam uni ad uos cum sapientia. Exponit Selal
بالنبوة وشرايع الانجيل ولأبين لكم بعض الاحكام ~~من امر الدين~~ في التوراة
من امر الدين وغيره.
cum prophetia, et legibus Euangelij, et ut decla
rarem uobis quædam spectantia ad sanctiones Pentateuchi
in materia Religionis, et alijs rebus
61. Ted discordes fuerunt Sectæ] Nimirum, ut ait Selal: في
عيسى اهو الله او ابن الله او ثالث ثلاثة:
circa Jesum, utrum
ipse esset Deus: an filius Dei, an uero rerum trium:
idest una ex tribus Personis Trinitatis.

73. G. Malee

73. & Malee] Hoc nomine, quod Regnantem, vel Gubernatorem significat, Gehennæ Custodem appellari, Arabes fabulantur.

81. Et non habent ij, quos invocant præter eum, facultatem intercedendi] Hi, qui habebunt ius intercedendi, etiam si rangsd dij adorati fuerint, erunt, iuxta expositionem Gelalis. عيسى وعزير والملايكة فانهم يشفعون للمومنين: Jesus, et Ozair (idest Ezra) et Angeli: hi enim pro Fidelibus intercedent.

Refutationes

1. Non sine noua impietate, ac blasphemia indueis Deum iurantem per Aleoranum. Quidnam tandem iurare Aleoranum lingua Arabica significatum esse. Exigebatur scilicet ad id, quod omnibus notissimum erat, Dei iuramentum. Rationem reddit, cur Liber hic Arabice scriptus fuerit: ut nimirum Mecani possent eum intelligere. Verum cum non semel asserat Mahumetus, Aleoranum non pro solis Mecanis, aut Arabibus, sed pro العالمين, idest, omnibus creaturis, nempe hominibus, Dæmonibus, et Angelis universis à Deo traditum fuisse, parum ad rem erat Arabico idomate illum scribi, sed alio magis communi, et hominibus noto vulgandus erat: quemadmodum Euangelium, quod pro omnibus gentibus traditum fuerat, communissimā, notissimāque omnibus linguā, Græca scribebatur scriptum fuit: cum Pentateuchus, qui pro solis Hebræis observandus erat, Hebraica lingua scriptus fuerat. Iurat præterea eundem Aleoranum in matre Librorum apud se tanquam Librum prorsus sublimem, ac vigentem

descriptum reperiri. Hoc vero iuramentum ad quisquilias non pertinet. Sed quia pretium est nosse, quis sit Rex Maiorum. Fingunt Mahumetani, esse tabulam quandam immensæ quoque magnitudinis, in qua rerum omnium series à Deo per scripturam digeratur: atque in ea Hecoranum primo, præcipuoque in loco descriptum esse. Sed fabulæ, nugæque hæ sunt: neque otium est eas refutare. Quod si pro Maiore librorum intelligant Mosemi mentem, seu scientiam Divinam, nullum profecto Hecorani privilegium est in ea reperiri, cum omnia, vel minima, ~~minutissima quæque~~ à Deo cognoscantur.

2. Si verum est, quod habet hic, et alibi Hecoranus, persuasisse sibi Mecanos, Angelos fuisse filias Dei, ab eo genitas, atque adeo ijdem Numinum cultum tribuisse; merito contra illos invehitur, tanquam rudes, et impios. Sed non minus stulte se ipsum ostendit, dum ad eos mendacij convincendos, interrogat, verum præsentes, ac testes fuerint creationi, vel generationi eorum. Quasi vero ~~aliqua~~ oculorum testimonium exigendum sit, ut alteri in rebus Divinis fides possit adhiberi. Poterant sane Mecani argumentum contra Mahumetum retorquere, interrogando, an ipse etiam Angelorum creationi testis, præsensque fuisset, ibve ut posset è tripode pronunciare, illos non feminas, sed masculos fuisse.

3. Redarguit Mahumetanos Mecanos inscitiæ, ac mendacij, eo quod circa Angelorum cultum se excusarent illi verbis: Si voluisset Deus, non coluissemus eos,

sed

sed pari, imo maiori ratione (quippe Mecanovium Magister, et Propheta), insciis, et mendax dicendus est ipse, qui non semel, sed multoties hunc loquendi modum usurpat in Alcorano, nempe: Si voluisset Deus, homines fuisse fideles, nil non fuissent infideles. Inquo ergo alios iudicat, se ipsum condemnat.

7. Dum Iesum, non esse, nisi servum, seu hominem affirmat: more suo loquitur: eius quippe Divinitatem, cum Arianis sentiens, semper impiè negauit. Benè tamen habet quod, quantumuis impius, de eodem Iesu dominum honorificè sentiat, et loquatur. Verum in hoc ipso fraudem suam prodit, quasi nimirum, se ita facilius simpliciores posse decipere.

8. Recoquit eramben, dum Paradisum suum in scena reponit. Ingressuros in eum Morlemos fore cum coniugibus suis postulatur. Sed adquid coniuges in Paradiso, ubi singulis Morlemis singulæ puellæ in eodem Paradiso creatæ in coniuges tradentur? necesse sanè erit, ut quas in mundo habuerunt, solitariæ in Paradiso commorentur: imò in perpetua cuiusq; Zelotypia ex assecutæ puellarum, quæ maritis suis obtigere. Quadere iam supernus diserui. Ne Zelat, ut hanc difficultatem effugiat, ita distinguit verba Alcorani, ut primò dicatur viris: Ingredimini Paradisum. Deinde mulieribus alio gradu verticali: Vos, et coniuges vestræ exhilarabimini: ita ut sermo sit de coniugibus, seu puellis in Paradiso habendis; non de ijs, quas mundi habuere. Per hoc verò nil excludit Zelat has feminas à Paradiso

uel inestudit. Si iuuenum, nimis rigidum, et impium erga illas se ostendit. Si senem, ad perpetuam eas uidui-tatem, et cruciatum ex aspectu puellarum nudarum in ipso Paradiso condemnat. In hac uero Paradisi descriptione maximè notanda est circumgyratio illa scyphorum, seu calicum ansis destitutorum. Quamobrem uero hi calices ansas non habeant? admirandum, prorsusque ἀπροσδιόνυσον epicurieum? Gelasis acumen: يشرب الشارب من حيث شاء; ut qui sibi, libere possit ex quacunque parte calicis sine impedimento uuum. Id uero Silenicam in bibendo indicat intemperan-tiam: quasi simia sit inglutiei prona, quod manus in quærendis, uel capiendis scyphi ansis, tempus insumat. Et nonne commodius sanet si totum iecur in eratera immergerens? Ita nimirum, et manui labore adimerent, et bibendi libidinem edenius explerens. En in quo tandem Paradisi Mahumetici felicitas sita sit; in esu bibendo, et in pomis diuersi generis ad satietatem comedendis, et in uenere ad uoluptatem tantum sexcenis exercenda. Quam, amabo, felicitatem, quam huius generis sortiisset. Deus fœudibus dare, si illas, pro ministeriis hominibus exhibito remunerare uoluisset.

6. Profitetur Mahumetus, si Deus haberet filium, se primum fauorem esse, qui adoraret illum. Concedat igitur nobis, qui certissimè scimus, Deum æternum filium genuisse, ex testimonio irrefragabili sacrarum Scripturarum, quas ipse etiam Diuinitus traditas fatetur, ut eandem adoremus: sequus impium fateatur, qui in hoc Dei testimonio nolit acquiescere.

سورة

سورة الدخان مكيّة
وهي ست وخمسون آية

SVRA XLIIII.

FVMVS.

Meccana: commatum LVI.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. H.M.
2. Per Librum hunc manifestum.
3. Certè nos demisimus eum in noete benedicta: certè nos fuimus commonentes [l. commonere voluimus hominè] ij eum]
4. In eadem noete distinguitur omnis res sapiens [sapienter omnia disponuntur]
5. Per imperium de apud nos [l. ij imperium nostrum]. Certè nos fuimus mittentes legatos.
6. Per misericordiam à Domino tuo: qui ipse est Audiens, Cognitor:
7. Domino Cœlorum, et Terræ, et eorum, quæ sunt inter ij Cedro: si estis firmiter credentes.
8. Non est deus, nisi ipse: vivificat, et mortificat: Dominus vester, et Dominus Patrum vestrorum primorū

9. Arguit ipsi in dubitatione sedunt [i. ividentkę de ijs dubitantes]

10. Sed observa eos die, qua ueniet Celum cum fumo manifesto.

11. Cooperiet homines: kę erit pena doloriea.

12. Dicent: Domine noster, relaxa de nobis kanc Certe
pœnam: (non) nos sumus evedentes.

13. Quomodo erit ipsis commonitio? [i. qđmodo poterunt vestipisceve]: et iam uenit ad eos Legatus manifestus [i. Mahumetus]

14. Et auerterunt se ab eo, et dixerunt: Edoctus: Dæmoniacus. [i. edoctus fuit ab alijs in scribendo Aleorano, et Dæmon exagitat eum]

15. Nos sane releuaturi sumus pœnam parumper: sed uos certe ad infidelitatem estis reuersuri. Die, qua

16. Die, qua sirenue aggrediemur opus sirenuum, maximum; certe nos ultionem sumpturi sumus.

17. Et iam quidem affiximus ante eos gentem Pharaonij: et uenit ad eos Legatus honorabilis Moyses, qui dixit illis.

18. Obtemperate mihi, seruii Dei: quippe ego sum uobis Legatus fidelis.

19. Et ne eleueris uos aduersus Deum: ego enim uenio ad uos cum potestate manifesta.

20. Et quidem ego confugio ad Dominum meum, et Dominum uestrum, ne lapidetis me [nam uoluerunt eum lapidare].

21. Quod

21. Quod si non credideris mihi: saltem propter opera
ipsa credite.

22. Invocauit igitur Dominum suum: eo quod essent
illi homines scelerati.

23. Dixit autem illi Deus: Surge nocturnus [matutinus] cum populo
meo nocte: quia tradam eos ab Ægyptijs in occisionem. tuis

24. Et relinque mare, [ingredientibus] quietum, [in diluvium] et sine, ut Ægyptij illud
ingrediantur: quia ipsi sunt exercitus demergendi.

25. Quos reliquerunt de hortis, et fontibus:

26. Et satis, et habitationibus honorificis:

27. Et deliciis, [quibus fruebantur] in his se oblectantes.

28. Ita se habuit res: et in hereditatem dedimus ea
gentibus alijs.

29. Neque fleuit super eos Cælum, et terra: neque fue-
runt expectati ad pœnitentiam.

30. Et iam quidem liberauimus filios Israël a pœna
ignominiosa.

31. A Pharaone: qui enim erat elatus, ex exorbi-
tantibus in iniquitate.

32. Et iam quidem elegimus eos per scientiam [nostram]
[l. in præscientia nostra] super omnes gentes.

33. Et demonstrauimus eij ex signis id, in quo erat
probatis manifesta [l. fecimus pro eis miracula in
manifestum beneficium eorum]

34. Profectò isti infideles Mecœani sanè dicunt: "Non" b si
est nisi mors nostra prima: neque nos surgus resu-

a Mundos "

b

resuscitandi.

35. Adducite porrò patres nostros iam mortuos, si estis ualaces.

36. Suntne hi Mecani prestantiores, an populus Sobai, et illi, qui fuerant ante eos? perdidimus eos, quia ipsi erant scelesta patrantes.

37. Et non creauimus Celos, et terram, et id, quod est inter hæ duo, sidentes [i. temerè, et casu]

38. Non creauimus hæ duo, nisi cum ueritate: sed plerique eorum hoc ignorant.

39. Certè dies diuisionis [i. Iudicij] est terminus temporis prestituti eorum omnium.

40. Die, qua non prodent a herus hero quidquam; neque ipsi adiuuabuntur.

a. Solus socio

41. Preter eum, cuius misertus fuerit Deus: qui ipse ipse est Prepotens, Misericors.

42. Certè arbor Zacum est cibus Iniqui.

43. Sicut amurca nigerrima ebullit in uentribus.

44. Iuxta ebullitionem aque feruentissime.

45. Et dicetur Ministris Tartari:

46. Capite eum, et protrahite eum in medium Inferni

47. Deindè effundite sup caput eius de tormento aque feruentis

48. Et dicite illi: Gusta: quippe tu es ille prepotens, uenerabilis.

49. Certè hoc est illud, de quo dubitabatis.

50. Porrò timorati collocabuntur in loco securo.

51. In hortis

51. In hortis, et fontibus.

52. Induentur ex Sandice, et veste serica* crassiori, se se mutuò respicientes, ita ut nunquam sibi terga vertant. *Italicè: Vellu
ressubo d'or

53. Ita erit. Et coniugabimus eos cum puellis albis, amplis oculis prædictis.

54. Edent in eo [i. Paradiso] omne genus pomorum secum.

55. Non gustabunt in eo mortem a prima mortem primam a vitâ
in hoc mundo: et liberabit eos Deus à pœna Inferni.

56. Per liberalem benignitatem à Domino tuo. Hæc erit felicitas magna.

57. Porrò facilitauimus eum [i. Alcoranum] per linguam tuam Arabicam, ut ipsi facilius commonefierent. ~~Porro~~

58. Porrò expecta perditionem eorum: quandoquidem ipsi sunt expectantes ruinam tuam.

Note

Epigraphe huius Suræ est الدخان Fumus, quæ dicitur in versu decimo reperitur, de quo modò dicemus. Hæc sanè vtra esset Suarum omnium, imò Alcorani ipsius inscriptio: omnia enim in eo fumus sunt, et fucus. Mecca tota censetur. Excipiunt nonnulli versum decimum quintum, qui incipit: Nos sanè (leuf) vindicaturi sumus. Circa numerum eorum & versuum, magna est inter Authores varietas: nam alij sex, alij septem, alij nouem supra quinquaginta enumerant. Ego quinquaginta, et octo omnino reperio. De Lectoris præmio, hæc habet Zamchascenius:

عن النبيّ ص من قراءَ حم الدخان فى ليلة اصبح يستغفر له سبعون الف
ملك : وعنه عليه السلام من قراء حم التى يذكر فيها الدخان فى ليلة جمعة
اصبح مغفورًا له . *Habetur ex traditione dixisse Prophetam*
Mahumetum : Qui legerit Suram Fumi in nocte : eam mane
surrexerit orabunt veniam peccatorum pro eo septuaginta millia
Angelorum. Preterea fertur idem dixisse : Qui legerit Suram
in qua fit mentio de Fumo, in nocte Veneris, seu Feriæ sextæ,
mane surget expiatus à peccatis.

3. *In nocte benedicta*]. De hac nocte ita scribit Zelal. في
ليلة القدر اوليلة النصف من شعبان نزل فيها القران على الاول من اقرّ الكتاب من
السماء السابعة الى سماء الدنيا. *Hæc fuit nox Alcadar, vel nox*
quæ est in medio Mensis Sciaaban, in qua primum demissus
fuit Alcoranus ex tabula custodita à septimo Cælo ad
Cælum Lunæ. De eadem nocte, quæ eo anno incidit in
Mensem ieiunij Ramadan, nox subdit idem Author : فيها
يفصل كل امر محكم من الارزاق والاجال وغيرهما التى تكون فى سنة
الى مثل تلك الليلة : *In ea distincte disponuntur,*
et ordinantur ab Deo universa spectantia ad vitam, et
mortem hominum, et ad alia, quæ futura sunt eo anno,
usque ad aliam noctem Alcadar sequentis anni
10. *Veniet Cælum cum fumo manifesto*]. Non satis
convenit inter Expositores de hoc Fumo. Exponit
Zelal : فاجدبت الارض واشتد بهم الجوع الى ان راوا من شدته كهيئة الدخان
بين السما والارض يغشي الناس : *Sterilis facta est terra,*
et gravissima fames inde secuta est eis, adeo ut pre
illius calamitate viderent velut speciem fumi inter
Cælum, et terram, qui homines cooperiebat. Ita etiam

Jakias

Jahias. Ted Tamehascenius ex traditione Aly filij Aburaleb, qui fuit Zener Mahumetis; a quo hæc audiuit Alhasan illius filius, hoc modo exponit. انّه دخان یاتی من السمآ قبل یوم القیمة تدخل فی اسماع الکفرة حتی یکون راس الواحد کراس الحنیذ ویعری المومن کهیئة الزکام وتکون الارض کلها کبیت اوقد فیه لیس فیه خصاص: وعن رحص اول الایات الدخان ونزول عیسی ونار تخرج من قعر عدن امین یسوق الناس الی المحشر: قال حذیفة یا رسول الله وما الدخان فتلی رسول الله الایة وقال یملا ما بین المشرق والمغرب یمکث اربعین یوما ولیلة. امّا المؤمن فیصیبه کهیئة الزکام وامّا الکافر فهو السکران یخرج من منخریه واذنیه ودبره:

Veniet fumus è Cælo ante diem Resurrectionis, qui ingredietur in aures infidelium, ita ut caput unius eorum fiat sicut caput ouij arie. Fideles uerò incedent in eo sicut in nube circumglobata. Erit autem terra tota sicut domus, in qua sit incendium sine ullo spiraculo, seu foramine, per quod euaporet. Habetur autem ex relatione, Mahumetum ipsum dixisse, prima signa diei Judicij futura esse Fumum: descensum Jesu è Cælo: et ignem, qui egredietur ex profundo Eden Amin (est Vrbs in Arabia Felici): et adducet homines ad locum Judicij. Dixit Hodeipha: O Legate Dei, quid est fumus? ille uerò legit hunc uersiculum, et addidit: Replebit totum spatium inter Orientem, et Occidentem, et permanebit quadraginta dies, ac noctes. Erit autem Fidelibus instar nubis circumglomerata: infideles uerò quodammodo inebriabuntur illo, et egredietur ex naribus, auribus, et obscenis partibus eorum. Hactenus Tamehascenius, qui refert etiam expositionem Masaudi in hæc uerba:

ان قريشًا لما استعصت على رسول الله دعا عليهم فقال اللهم اشدد وطاتك على مضر
مُضر واجعلها عليهم سنين كسنى يوسف فاصابهم الجهد حتى اكلوا الجيف و
انغلهز وكان الرجل يرى ما بين السما والارض وكان يحدث الرجل فيسمع كلامه
وما يراه من الدخان فمشى اليه ابو سفيان وفزعه وناشدوه الله والرحم ووعدوه
ان دعا لهم وكشف عنهم ان يومنوا فلما كشف عنهم رجعوا الى شركهم

Cum Covaisitæ contumaces se ostendissent contra Mahumetum, hic maledixit illis dicens: O Deus aggrava plantam pedis tui Iuy Modhar (id est Covaisitas progenitos à Modhar) et pone eam Iuy eos tot annos, quot fuerunt anni Joseph (septem scilicet anni sterilitatis). Invasit ergo eos penuria, ita ut manducarent cadavera, et alias res corruptas. Videbant autem homines totum spatium inter Cælum, et Terram fumo repletum. Cumq; inter se loquerentur, audiebas alter vocem alterius, sed non videbas eum qui fumus. Venit autem ad Mahumetum Abu-Sophian, et alij cum eo: et obtestati sunt eum Deum, et consanguinitatem, quæ erat inter ipsos; promittentes, se credituros in eum, si precibus suis ipsos ab ea calamitate liberasset. Cum vero liberati fuissent, redierunt nihilominus ad infidelitatem suam.

16. *Hic, qua strenuè aggrediemur opus strenuum, maximè putat Zelal, hoc opus fuisse bellum Bedrense, toties in Alcorano recantatum. Consentit Zamchascerius.*

28. *Et in hæreditatem dedimus ea gentibus alijs.* Has alias gentes censet Zelal hic, quemadmodum etiam suggerit, fuisse ipsos filios Israël. Ita etiam Zamchascerius: وهم بنوا اسرائيل متسخرين مستعبدين فى ايديهم فاهلكهم الله على ايديهم واورثهم ملكهم وديارهم. *Hi fuerunt filij Israel, qui oppressi fuerunt servitute ab illis.*

Zeidi-

perdidit q. est Abus, et in hereditate dedit his regnum eorū, et domos eorum. eodem modo Jehias, et alij, quos uidi.

32. Ita omnes gentes]. Alias, ni fallor, notauimus, dictionem Arabicam العالمين, exponendam esse iuxta exigentiam sententiæ. significat propriè Mundos: existimauit recticè Author Alcoranj plures esse Mundos: quemadmodum in Notis prime Iure demonstrauimus. Accipiunt comunis Interpretes pro omnibus creaturis intellectualibus, nempe Angelis, Demonibus, et hominibus. Hoc loco intelliguntur omnes gentes illius ætatis. Cæterum, ubi aliud non obstat, seculo, iuxta linguæ Hebraicæ + uel Mundo proprietatem, quę eadem uoce utitur propriissime conuerso,

34. Mors nostra prima]. Pro hac morte prima, intelligit dilat tempus illud, quo homo erat uelut mortuus in fetu antequam animaretur. Sed cum in hac eadem sectione Iuxta n.° 55. Mors prima manifestè intelligatur uera mors naturalis: credibile est, Mahumetanum, ex Christianorum documento, nomine mortis secundę, eternam mortem, seu damnationem intelligere uoluisse.

36. An populus Sobbai]. Autumat dilat fuisse hunc Prophetam aliquem, uel Virum Sanctum. Erat autem hoc nomen ثبع Sobbaus, commune omnibus Regibus Arabiæ Felicis; ex quibus fortasse erat iste, qui hoc loco commemorabatur.

40. Non prodent heros]. Arabice uox ولى, non solū heros, seu dominum, sed etiam uicinum, socium, et amicū significat, et forte melius uertas, socius socio.

42. Erit eibus Iniqui]. Nomine Iniqui, intelligitur hic

iuxta Zelal ابو جهل واصحابه Abu-Zehel, et asseclæ eius. Ita mordet Mahumetus inimicum suum, quamuis esset eidem sanguine coniunctus

52. Induuntur ex Sandyce] Vox Arabica سندس Sondos, præfert similitudinem ~~Græcæ Sandyx~~ Græcæ Cándyx Sandyx, et pubetiá eandem habere significationem. Sed Arabes interpretantur مارق من الديباج Vestis serica subtilior: quémadmodum ex oppositis vox استبرق exponitur ab ijsdé ما غلظ من الديباج, Vestis serica crassior. Alteram Italicè ormesino; alteram uelluto, uel domasco, dicerémus.

Refutationes

1. Iurat iterum Deus ꝑ Aleoranum, se misisse eumꝫ Aleoranum in noctè Alcadar, in qua ipsemet omnia in Libro vigent, ac disponit, quæ sequenti anno in Mundo futura sunt. De huiusmodi Iuramento, iam supra diximus, non nisi ꝑsuman impietatem Deo illud tribuí: némo enim iurare potest, nisi ꝑaliquid maius se: Deus uerò cum nihil maius se habeat, ꝑsemetipsum iurare in Sacris Litteris asseritur, quemadmodum iurauit Abrahæ. Quamobrem S. Paulus in Epist. ad Heb: cap. 6. scripsit: Abrahæ namq; ꝑmittens Deus: quoniam neminem habuit, ꝑquem iuraret, maiorem; iurauit ꝑsemetipsum. Homines enim ꝑ maiorem sui iurant. Sed obijciet forté aliquis, homines etiam aliquandò iurare ꝑaliquid minus se: quemadmodum cum iurans ꝑ Librum Euangelij, uel ꝑ Altare, et alia etiam res inferiora. Verum facilè

respondetur

respondeat, homines q̃ hęc iuvare, quatenus in illis Diuina Maiestas elucet. Cum enim homo Deum non videat, nec agnoscat, nisi à posteriori, nempe q̃ creaturas, iuvat q̃ Deum, quatenus in illis sibi innotescit, q̃ uiali modo. Neque uerò q̃ quamlibet rem creatam licet Deum in testem Iureiurando adducere, sed tantum' geas, quę illum, uel aliquod illius attributum, tamquam Diuinę Maiestatis uicarię illum repręsentant. Deus uerò, qui sibi ipsi præsentissimus est, neque perfectè intuetur, non indiget aliquo repręsentatiuo sui, ad hoc, ut q̃ illud iuret: quemadmodum præsente Rege, non exhibetur illius Vicario honor, qui Regi* cum tamen Rege absente, illi exhibeatur. Neque Rex ipse præsens, Vicarij opera, et authoritate utitur, in ijs, quę respiciunt Personam Regis. Verum' quid tandem iuvat hic Deus? se misisse Heovanum à Throno suo è septimo Cęlo ad Cęlum Lunę. Verum' quid interesset, utrum Heovanus esset in septimo, an' uerò' in infimo Cęlo, si non nisi per versiculos Mahumeto à Gabriele tradebatur? Omitto inquirere de nocte illa Aleadar, in qua Deus disponit, et quasi sortitur quęcunque eo anno in Mundo eventura sunt. Quis enim non apertè agnoscat magnum hoc esse figmentum? Deus quippe omnia ab æterno disposuit, nec noui quidquam in Diuinam illius mentem ea- dere potest. Quod si aliquando Deum aliquid de nouo decernere, uel cognoscere, uel recordari in Sacris Literis dicitur: non propriè, sed metaphoricè, et iuxta nostrum intelligendi modum accipiendum est. Heovanus uerò'

* debetur

quemadmodum alias sæpè monuimus, propriè, et pro ut verba sonant, iuxta Mosis mentem sententiam, explicandus, et intelligendus est.

2. Varietas Expositorum circa Fanum illum, à quo Sura sic denominatur, persuadet nobis, quam dubiè fidèe sint ea, quæ in Alcorano continentur. Siccenim ad diem Judicij: sive ad restitutionem illam, quam Mahumeti impostura in Mahumetanos inuexit, referatur, merum vbique figmentum.

3. Vocatur opus Dei maximum, ac strenuissimum, iuxta communem Expositorum sensum, bellum Bedrense, quod, ut sæpè vidimus nec vllo, pro Mosleмis, nec belli nomen pro aduersarijs meretur.

4. Affirmat itidem, habitatione Egyptiorum in Mare de mortuorum, eorumq; opes, ac delicias, Israëlitis in hereditate, ac possessionem cessisse. Quamuis verò hic Israëlitas non exprimat, sufficius tamen manifestè expressit: quam rem Expositores omnes conueniunt, hoc etiam loco Israëlitas designari. At verò hoc falsum esse, sacrosancti Libri prorsus repugnare, quilibet intelligit, et nos superius euidenter probauimus.

5. Dum Mahumetus, iuxta Alcorani Expositores, inimicum suum Abugehel hic proscindit, et vasis plusquam canina mordet, ac lacerat: Satyram scribit, non Legem: Lex enim, et Legislator priuatas comoda, ac incomoda vt respiciunt, sed quid vniuersæ communitati Ciuium vtile sit, animaduertunt. Vbi verò pietatem non mediocriter læsit, cum hominem sanguine sibi coniunctum, ita palam

traduxit

traduit, omniumq; Judicio exponit: quod non fiè solum, sed alibi sepè in Alcorano facit.

6. Spurcissimum Paradisum suum in scenam reponit: additq; de novo tunica, et pallio habitatoribus illius ex serico leviori, vel evasioni. Quid, ovo, Paradisi inolis subtilitas, vel evasitudo vestium: cum nullus ibi vestium usus futurus sit? Ne enim vel ad frigus, et calorem arcendum: vel ad honestatem tuendam requirantur. Arcti neque frigus erit, neq; calor: neque nuditas honesta erit detrimento, quemadmodum noverat in statu Innocentiæ: erunt enim omnes ut dixit Christus in Evangelio, sicut Angeli Dei.

7. Ridicula prorsus est in Alcorano rerum syntaxis ubiq;, sed præsertim in hac Sura, ubi post Paradisi descriptionem, aliarumq; rerum confusissimam farraginem, subito improvisè extra chorum illis versis ait: Porrò facilitavimus eum, linguam tuam & neque ante dixerat quispiam, ad quid referretur pronomen, eum; nisi asserverent Interpretes, ad Alcoranum, de quo tamen nulla antea facta est mentio, referri.

8. Postremò non benè convenit, quòd Deus Alcoranum Arabico idiomate scriptum tradiderit, quò facilius Mecani illum intelligerent, ac per hoc citiùs fidem amplecterentur, ac salutem æternam consequerentur, cum eo, quod immediatè præcipitur Mahumeto, ut perditionem eorum expectet, quandoquidem ipsi illius ruinam expectabant. Repugnat etiam hoc item charitati boni Legislatoris, et Prophetæ, ut docens

exemplo Moysi, et Christi Domini: quorum alter Deum contra populum suum iratum, etiam cum propriæ vitæ, et salutis discrimine placare studuit: alter pro Judæis, qui ipsum in Crucem sublatum opprobriis incessebant, Patrem exoravit.

سورة الجاثية مكيّة
سبع وثلثون اية

SVRA XLXV.
GENVFLEXA:

Meccana: commatum XXXVII.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. H. M.

2. Demissio Libri huius est a Deo Irrepotente, Sapiente.

Hæ duæ vocantur

3. Profecto in Cœlis, et Terra sunt signa Divinæ potentiæ pro Fidelibus.

4. Et in creatione vestra, et illius, quod dispergitur super terram de bestijs, sunt signa hominibus, qui firmiter credunt

5. Et in varietate noctis, et diei, et in eo, quod demittit Deus è Cœlo de alimonia [1. pluuiam] et vivificat per illud terram post mortem eius: et in commutationes ventorum

uentorum sunt signa hominibus, qui intelligunt.

6. Hæc sunt signa Dei: recitamus ea sibi cum uenire.
In quam ergo uoraginem, post Deum, et signa eius ue-
dent? [i. nisi uedant Deo, et Deorum ab eo traditos].

7. Væ omni mendaci, iniquo.

8. Audit signa Dei, que legunt illi: deinde obstinatus
persistit, superbe se efferens, quasi non audisset illa.
Annuntia ergo illi pœnam doloniferam.

9. Si quod ueniunt de signis nostris quidquam, accipit ea
in derisum. His erit pœna ignominiosa.

10. Ante eos erit pœna: neque prodeni eis id, quod fuera-
ti facturi, quidquam: neque id, quod accepturi sunt pro Deum
in patronos: et ignis erit pœna magna.

11. Hæc est directio. Qui uero incredduli fuerint in signa
Domini sui; ipsis erit pœna ex supplicio doloniferi.

12. Deus est, qui subegit uobis mare, ut currant naues
in eo ad imperium ipsius; et ut exquiratis de munificen-
tia eius [lucrum] et mercaturam; et ut uos gratias agatis.

13. Et subegit uobis id, quod est in Cœlis, et id quod est in terra
uniuersum [factum] a se. Certe in hoc sunt sane signa ho-
minibus, qui cogitant.

14. Dic illis, qui credunt, ut ignoscant illis, qui non sperant
dies Dei [i. non timent flagella ab eo immittenda] ut reme-
diat hominibus iuxta id, quod operati fuerint.

15. Qui fecerit bonum, prouo faciet animæ suæ: qui uero
malum operatus fuerit, prouo operabitur contra eam:
deinde ad Dominum uestrum reuertemini

16. Et

16. Etiam quidem dedimus filijs Israël librum Lenta-
teuchi, et sapientiam, et Prophetiam: et aluimus eos
ex rebus dulcibus [l. ex manna, et coturnicibus]: et excellen-
tes fecimus eos super a. Mundos omnes gentes."

17. Et dedimus eis claras sanctiones circa negotium Reli-
gionis: neque fuerunt discordes circa Matumetum, nisi
b. certe" postquam uenit ad eos scientia, ob inuidiam inter se. b. Sed
Dominus tuus decidet item inter eos die Resurrectionis circa
id, in quo fuerunt discordes.

18. Deinde constituimus de illis legem circa negotium
Religionis. Sequere ergo eam: neque sequaris desideria
eorum, qui nesciunt.

19. Profecto ipsi non proderunt tibi à Deo quidquam
[l. non proderunt tibi, si Deus uoluerit te punire]: et qui-
c. iniqui; alij eorum" iniquorum alij patroni sunt aliorum: et Deus Patronus
est timoratorum.

20. Hic Alcoranus est euidentia [l. continet præcepta
clara] hominibus: et directio, et misericordia gen-
tibus, qui firmiter credunt.

21. An existimant illi, qui perpetrant mala, quod tracta-
+. uerimus eos sicut illos, qui credunt, et operantur bona?
un ut Equale futuri sic Equale [illegible] ipsorum, et mori eorum?
[illegible] tractaturus [illegible] [illegible] [illegible]

23. Quid nobis videtur? qui accepit in Deum suum desiderium suum: et erravere fecit eum Deus suppositionem [i. in cognitione sui]: et signillum imposuit supra aures eius, et cor eius; et posuit suppositos eius oppenimentum: quisnam dingét eum post Deum [i. postquam Deus deseruit eum] An ergo non commonefietis?

24. Et dixerunt: Non est alia vita, praeter vitam nostram mundanam: morimur, et vivimus: et non perdit nos, nisi eras. Sed non est illis in hoc aliquid scientiae: a ipsi tantummodo opinantur.

a. "si ipse nobis si."

25. Cum vero recitantur illis signa nostra manifesta: non est argumentum eorum responsionum, nisi quod dicunt: Adducite vivos patres nostros iam mortuos, si estis veraces?

26. Die: Deus vivificat vos, deinde mori facit vos: deinde congregabit vos in die Resurrectionis: non est dubium de eo: sed plerique hominum nesciunt.

27. Et Dei est Regnum Coelorum, et terrae: et die, qua orabit Hora, die illa peribunt vanitatis arguentes Haeretici.

28. Et videbis omnem gentem genuflexam: unamquamque gens vocabitur ad librum suum, in quo scripta sunt opera eius, et dicetur illi: Hodie reprendetur tibi id, quod fuisti operati.

29. Hic liber noster loquetur super vos tibi eum veritate. Nos porro transcripsimus in eum id, quod fuisti operati.

30. Verum qui crediderint, et fecerint recta, introducet eos Dominus eorum in misericordiam suam: hic erit felicitas

manifesta.

31. Sed qui infideles fuerint, dicetur illis: Ar ergo signa nostra non legebantur uobis? at uos in superbiam efferebamini: et filiis hominis scelerati.

32. Et cum dicitur uobis: Certe promissio Dei est uera: et Hora, non est dubitatio de ea: respondebatis:

a. si" Nescimus quid sit Hora: a "non" opinamur nisi opinionem uestram hanc esse: neque nos firmiter credentes sumus illa

33. Sed in die Iudicij apparebunt illis mala illius, quod fecerunt: et inuidet in eos quod irridebant.

34. Et dicetur illis: Hodie obliuiscemur uestri, quemadmodum obliti fuistis aduentus diei huius: et receptaculum uestrum ignis: neque est uobis ullus ex adiumentibus.

35. Hoc: quia uos accepistis signa Dei in derisum, et decepit uos uita mundana. Hodie igitur non educentur ex eo [i. igne]: et non requiretur a b ipsis, ut gratificentur Deo quia non poterunt ei placere.

36. Deo itaque laus, Domino Celorum, et Domino Terre, b. Mundorum Domino Seculorum.

37. Et ipsi magnificentia in Celis, et Terra: et ipse est Potens, Sapiens.

Note

Titulus Sure temere, ut in alijs Suris apponitur: decumanum, desumtum ex uersu decimo octauo, est q: الجاثية Genuflexa, quam dictione quidam interpretantur الجتمعة Congregata. Ita et Meccana: quidam excipiunt uersum 14. qui incipit: Dic illis qui credunt. De numero

ro uersuum, nulla uidetur difficultas. Qui hanc iuram le-
gerit; ستر الله عورته وسكن روعته يوم الحساب, cooperiet Deus pudo-
da eius, et sedabit metum eius in die Judicij.

21. Equale erit uiuere eorum, et mori eorum]. Equale, Arabice
سَوَاء in rhapso, seu casu recto: et سَوَاء in nasbo, seu casu accu-
sandi. Si sit in rhapso, exponitur a Jahia: Fideles, morientur fide-
les quales uixerunt: Infideles similiter, infideles morientur, ut
uixerunt: et ita equale erit uiuere et mori eorum, seu mors
cum uita conueniet tam fidelis, quam infidelis. Si autem
sit in nasbo, putat Jahias hęc connectenda cum superiori-
bus, ita: An existimant illi, qui perpetrant mala, quod tra-
ctaturi simus illos sicut eos, qui credunt, et operantur bona,
ita ut equale futurum sit uiuere eorum, et mori eorum? Hęc
secunda explicatio uideretur magis naturalis, quam ego interro-
gationem expressi. Posset forsan addi tertia explicatio hoc
modo: An putant mali, et infideles, se tractandos esse in futuro
seculo, sicut fideles, et bonos, eo quod tractati sint equaliter ab
eo in hoc Mundo in uita, et in morte? Verum plus nimio Mahu-
metum honoramus, dum in illius ingressis, ipsique, quę ipse cita-
tiam explicuis, mysteria exquiramus.

Refutationes

1. Vt Alcoranus suo Mahumetus fidem apud simpliciores con-
ciliet, non cessat Diuinam illi auctoritatem tribuere, atque
illis, qui in eum non credunt, uel parum pendant, in hoc mundo,
et in futuro seculo atrocia tormenta comminari. Hęc uero
est perpetua illius cantio in toto fere Alcorano. Neque

aliud hoc intendit, quam rem suam: nimirum sub Religionis, ac pietatis specie ab assectis sibi pecunias emungere, eosdemq. ad bellum pro Religione à se effecta, ut hac larva regnandi libidinem cohonestaret, facilius posset allicere. Hinc mundanarum rerum contemptum sepe suadet subinde ceu eius Paradisi meretricij, ut Arabes suis verbis vtebatur, quibus ipse mox dicturus erat: ut res ipsa demonstrauit. Hic est unicus, si bene consideretur, totius Alcorani scopus.

2. Cum Mahumetus mortuorum resurrectionem Meccanis prædicaret: atque illi eam non credentes, perpetuo instarent, ut resuscitando aliquem mortuum, eam confirmaret: nunquam voluit huiusmodi miraculum efficere: sed respondit, Deum, qui dederat illis vitam, eodem pacto mortem esse suscitaturum. Quid vero aliud erat hoc, quam in vsum illudere? Huius enim rei testimonium quærebant, miraculum resurrectionis alicuius mortui.

3. Illud est quam audacter asserat, Iudæos nunquam credidisse Mahumetum, quod verum deus esset Propheta, et à Deo missus, ac inter se discordes fuisse, nisi postquam venit ad eos scientia, ob inuidiam, et prauam emulationem inter se: seu, ut exponit Belal بغيا بينهم فلما جاءهم ما عرفوا كفروا به ob iniquam æmulationem ortam inter ipsos, ex inuidia erga illum, nempe Mahumetum. Nam absurdissimum est, Iudæos potuisse aliquando in Mahumeti Legatione, ac prophetia conuenire, antequam aliquam de illo scientiam haberent: nemo enim conuenit cum alio de re aliqua ignota. Porro nomine-

si nomine scientiæ intelligant Mortem Mahumeti ipsius
aduentum iam aduentum: ac nimirum Iudæi discordes fuerint
inter se circa illum, quando iam præsentem agnouerunt:
interrogabo undenam discordia orta fuerit: nec potuerunt
respondere, nisi emanasse ex inuidia Iudæorum erga
illum: ita enim apertè colligitur ex Alcorano. Etquia
ij, qui hoc morbo laborabant, erant Primates, et eorum
Doctores: contra infimæ conditionis homines, qui in Maho-
metum credebant, illiq; adhærebant, grauiter indignabant,
eorq; redarguebant: atq; ita discordes erant inter se. Sed
mirum valdè est, quod Iudæi cæcis præstantiores, ac sapien-
tiores, si scirent, Mahumetum esse Prophetam illum, quem
tamdiu expectauerant, tam uniformi studio desiderauc-
rant: ita in illum inuidia exagitatos fuisse. Quod si ob-
iciant, idem contigisse Christo Domino, qui tamdiu à Iudæis
expectatus, ac desideratus, nihilominus tam malè ab illis
exceptus fuit: respondemus, Iudæos Christum insectatos
fuisse, quia non bene eum agnoscebant; et existimabant
illum se falsò pro Christo uenditare. Si enim utique eo-
gnouissent, ut scribit D. Paulus ad Rom: nunquam Do-
minum gloriæ crucifixissent. At Iudæi supponuntur
Mahumetum bene cognouisse, utpote enim ad eos de
illo scientia: et nihilominus odio, atq; inuidia aduersus
illum commouebant. Quam enim inuidiam concipere
potuerant contra eum, quem *rebulonem, mendacem, fal-
sum Prophetam, et omnino ab eo, quem expectauerunt
diuersum, existimarent? Vide quæ supra dixi in 2a. tom.

* non uerum probatum, quæ existimauerant, sed

سورة الاحقاف مكية:

SVRA XLVI.

ALAHKAPH.

Meccana: commatum XXXV.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

الجزء السادس والعشرون

Pars vigesima sexta

1. H. M.

2. Demissio Libri huius est a Deo Prepotente, Sapiente.

3. Non creauimus Celos, et terram, et que sunt inter hec duo, nisi cum ueritate, et méta determinata consumptioni eorum. Qui uerò infideles sunt, ab eo, quod ipsis prædicatur ex Alcoranо, sunt longè recedentes.

4. Die: Quid uobis uidetur? quos inuocatis præter Deum, ostendite mihi quidnam creauerint ex ijs, que sunt in terra? An fuit ipsis participatio in Celis creandis cum Deo? Afferte mihi Librum traditum à Deo antè hunc Alcoranum, uél uestigium scientiæ habitæ ab antiquis de cultu deorum cestrorum, si estis ueraces?

5. Quis uerò est erantior, quam qui inuocat præter Deum, alium, qui non responsurus sit illi usque ad diem resurrectionis [i. nunquam]? Imò uerò ij, quos inuocant, de inuocatione eorum non sunt curantes.

6. Cumulùs congregati fuerint homines in die Judicij: ij eorum erunt Egsis hostes: et erunt cultum eorum ingratè abnegantes.

7. Et cum leguntur illis signa nostra manifesta ex Alcorano: dicunt qui sunt incredduli, Fenitasi Ti. Alcorano], postquam uenis ad eos: Hoc est præstigium manifestum.

8. An dicent: Confinxit eum? responde: Si confinxi eum, profectò non obtinebitis mihi à Deo quidquam indulgentiæ; quando uoluerit me propter hoc punire.

Ipse Scientissimus est de eo, quod blatèratis de illo Ti. Alcorano]: a. ipse est sufficiens testis inter me, et inter uos: et ipse est Indultor, Misericors.

a. sufficiens est in eo

9. Die: Non sum primus ex Legatis: et nescio quid actu= rus sit Deus de me, neq; de uobis. b. Non sequor, nisi quod reuelatur mihi; neq; ego sum, nisi monitor manifestus.

b. sc.

10. Die: An uobis uidetur: si fuerit hic Alcoranus à Deo, et non credideritis in eum: et testificatus fuerit testis de filijs Israël de huiusmodi re, ac proinde credidit in eum: uos uerò superbè resilientis à credendo: non me eritis iniqui? certè Deus non diriget homines iniquos.

c. similitudine eius [i. de qualitate eius]

11. Et dicunt, qui sunt incredduli, ijs, qui credidérunt: Si esset melius credere in Alcoranum: non præuenissent nos in hoc filij Israël. Cum uerò qui hoc dicunt, non fuerint directi per illum [i. Alcoranum]: dicunt: Hic Alcora= nus est mendacium antiquum.

12. Et ante eum tradituis fuit liber Moysi in ducem, et

et misericordiam: et postea datus fuit hic liber Alcorani confirmans eum, lingua Arabica, ut comminetur illis, quæ iniquè agunt, et sit faustum nuncium bonè agentibus.

13. Certè illi, qui dixerint: Dominus noster est Deus: deinde recte se gesserint: non erit timor super eos, neque ipsi contristabuntur.

14. Hi erunt habitatores Paradisi, perpetuò commoraturi in eo, in retributionem ob id, quod operati sunt.

15. Et præcepimus homini erga parentes suos benefacientiam. Gestauit eum utero mater eius cum molestia: et peperit eum cum molestia: et gestatio eius in ulnis matris, et ablactatio eius fuit usq; ad trigesimum mensis, donec perueniret ad etatem suam firmam triginta annorum: et perueniret deinde ad quadraginta annos. Dixit Abubacar: Domine mi, inspiratione tua doce me, ut gratus sim beneficijs tuis, quibus beneficus fuisti erga me, et erga parentes meos: et ut operer rectum, quod placeat tibi: et felicita me in progenie mea: quapropter ego conuersus sum ad te, et ideò ego sum ex Moslemis.

16. Hi sunt illi, à quibus accipiemus optimum, quod operati fuerint, et ignoscemus malis eorum, et erunt inter habitatores Paradisi: promissio veritatis, quæ promittebatur illis.

17. Qui verò dixerit parentibus suis: Vah utrique vestrum. An promittitis mihi, quod educendus sim cum exierint è sepulchro? et iam præterierint generationes ante me,

antè me, neq; sarrexerunt è sepulchris: unde quod pa-
rens implorauerit auxilium Dei, et dixerit filio: Veh
tibi: crede: quippe promissio Dei est uera: at ille res-
pondent: Non est hoc, nisi fabulæ priorum.

18. Hi sunt, quibus iustè competit dictum Ieremiæ
exercitato à Deo in gentibus, qui iam præterierunt antè
eos, ex gentijs, et hominibus. Certè ijsi erant præteriti. a. fuerunt
19. Et unicuique erunt gradus in Paradiso, sea Gehen-
na præmij, uel pœnæ iuxta id, quod operati fuerint: et
ut satisfaciat illij Deus pro operibus eorum: et ijsi
non tractabuntur iniquè.

20. Et dicit quadam, præsentabuntur qui fuerunt in fi-
deles, ante ignem Gehennæ, et dicetur illis: Dilapidastis
bona uestra in uita uestra mundana, et perfruiti estis
in ea: at hodie recipietis pro mercede pœnam ignominiæ,
eo quod superbè uos gesseritis in terra sine iustitia, et
eo quod præuaricati fuistis.

21. Et memento Hud fratris Adæorum, cum prædica-
uit genti suæ in Alahkaph, (et iam præcesserant prædica-
tores ante eum, et post eum): et dixit illis: Ne colatis, nisi
Deum. Equidem timeo super uos pœnam diei magnæ.

22. Responderunt: Venisti ne ad nos, ut auertens nos à
dijs nostris? ostende nobis id, quod comminaris nobis, si
es ex ueracibus.

23. Dixit Hud: Profectò scientia est apud Deum: ego
uerò annuntio uobis id, pro quo missus sum. Sed ego uideo
uos homines, qui ignorantia laboratis.

24. Postquam autem viderunt illud, quod cominatus fuerat eis, nempe nubem extensam pertingentem ad valles eorum, dixerunt: Hæc est nubes demissura nobis pluviam. Atqui hoc est, quod accidevat ostentui: ventus est in ea, pestilentia.

25. Vidit omnem rem [in imperium] Domini sui. Et ad manè, pervenerunt, [erant] et non apparuerunt, nisi habitacula eorum: nam omnes ipsi perierant. Ita remunerabantur homines sceleste patrantes. Et ea

26. Et quidem iam collocaveramus illos in eo voluptuario, in quo collocavimus nos, ô Mezani: et dederamus ei aures, et oculos, et corda: nec tamen profuerunt illis aures eorum, neq; oculi eorum, neq; corda eorum ulla in re, cum negavissent signa Dei: et incidit in eos id, quod irridebant.

27. Et quidem iam prædidimus quod erat circa nos urbium: et diversimodè proposuimus signa, ut ipsi reverterentur ad impietatem suam.

28. Et nonne adjuverunt eos illi, quos accesserant præter Deum, ad appropinquandum magis ipsi Deo, in deos? imò absconderunt se abeis: et hoc fuit mendacium eorum, et id, quod blasphemè confingebant.

29. Et memento cum diverstimus ad te quosdam ex Genijs, ut audirent Alcoranum. Cum autem præsentes fuissent illi [i. inceperunt audire illum], dixerunt alter alteri: Attenti estote. Cumq; absolutus fuisset, reversi sunt ad gentem suam, quæ erat Judaica, prædicantes id, quod audierant.

30. Dixerunt

30. Dixerunt: O populo noster, nos certè audiuimus
librum, qui demissus est post Moysen; confirmantem
id, quod traditum fuit Saeuorum libvorum ante eum. Di=
rigit ad ueritatem, et ad uiam rectam
31. O populo noster obedite Prædicatori Dei, et credite
in eum, ut dimittat uobis de peccatis uestris, et eruat
uos à pœna diuruciante.
32. Qui uero non obedient Prædicatori Dei: non tamen
erit imbecillitans Deum, ne puniat eum in terras: nec
erunt ipsi pares eum Patroni. Hi erunt in errore ma=
nifesto.
33. An non cognoscunt, quod Deus, qui creauit Cælos, et
terram, et non est defatigatus in creatione eorum; potens
est ad hoc, ut uiuificet mortuos? utique quia est Potens:
quippe ipse est ad omnem rem Potens.
34. Et die quadam exponentur qui infideles fuerunt, coram
igne, et dicetur illis: Nonne est hic Ignis in ueritate? respon=
debunt: Utique, per Dominum nostrum. Dicet illis Deus: Gusta=
te ergo pœnam de eo, quod fuistis inuerecundi.
35. Patienter itaque sustine iniurias gentis tuæ, sicut susti=
nuerunt prædicti constantia, ex Legatis: neque optes, ut ac=
celeretur illis pœna. Quasi ipsi, die, qua uidebunt id, quod
promittitur eis [i. pœna] non morati fuissent, nisi horam
unam ex uno die, ita erit in opinione eorum. Notificatio.
[i. notifico, et prædico hæc uobis]. An ergo peribunt, nisi ho=
mines peruicaces.

Note

Epigraphe الاحقاف Alahkaph significat propriè cumulos, seu cumulos arenę: sedhoc loco est nomen propriũm loci, seu regionis Adęorum, de quo fit mentio uersu 21. Sura est Meccana. Quidam tamen excipiunt uersus 10. Die: An uidetur uobis: et 15. Et præcepimus homini. Et 35. Patienter itaq; sustine: quos uolunt esse Medinenses. In numero uersuum uidentur plerique conuenire. Qui hanc suram legent; كُتِبَ له عشر حسنات كعدد كل رملة فى الدنيا scribentur ei decem bona iuxta numerum eiuslibet granę arenę in Mundo.

10. Testis ex filijs Israel] Fuit hic Iudęus quidam nomine Abdallah filius Salam, qui religione sua abiurata, Mahumeticam amplexus fuerat. Huius exẽplo conabatur Mahumetus inducere Meccanos ad sectam suam reqiẽndam. Illi uerò ex hoc ipso illam réjiciẽndam esse non male arguebant, quod eam Iudęi amplecterentur.

15. Dixit Abubacar] Diuinant hic temerè Expositores; neque enim apparet, quanam ex parte proiiciat hic in scenam Abubacar: et nihilominus pronunciat ex tripode Pelag. نزل فى ابى بكر الصديق لما بلغ اربعين سنة بعد سنتين من مبعث النبى ص آمن به ثم امن ابواه ثم ابنه عبد الرحمن وابن عبد الرحمن ابو عتيق. Reuelata sunt hęc pro Abubacar Iusto, qui cum esset quadraginta annorũ, biennio post missionem Mahumeti credidit in eum: deinde crediderunt parentes eius: deinde filius eius Abdalrahman, et filius Abdalrahman Abateik. Zamhasherius etiã refert hanc opinionẽ: sed nihilominus uidetur

uidetur

uidetur magis probare, hęc uerba dici, uel dicenda esse ab homine
~~nigredine~~ prolibet in genere, quando peruenit ad usum rationis, uel
ad statem uirilem.

17. *Vah uterq; uestrum*] Particula Arabica أف, est uox contemptus, fastidij, et nauseę; ut Latine Vah, apage. Quadoxem explicat Celal.; فتّا وقبحا لكما اتضجر منكما: *Fetor, et fędity utriq; uestrum. Fędio, nauseag; me affecistis.*

18. *Ex Genijs, et hominibus*] Arabes constituunt populos, ac nationes non solum ex hominibus, sed etiam ex Genijs, quos quędam communia cum Angelis, quędam cum hominibus, ex Thalmudistarum doctrina, habere fabulantur. Vide quę alibi dicta sunt.

25. *Perdet omnem rem*] Rem ita euenisse affirmat Celal Hisnerbis: واهلكت رجالهم ونساءهم وصغارهم وكبارهم واموالهم بان طارت بذلك بين السماء والارض ومزقته وبقى هود ومن امن معه

Et perdidit uiros eorum, et fęminas, et pusillos, et maiores et opes eorum: uolitans ipse inter Cęlum, et terram, et continuens ea; et remansit Hud, et qui crediderant cum eo.

29. *Animaduertimus ad te quosdam ex Genijs*] Euans hic, ut credimus Celali جنّ نصيبين او اليمن اوجنّ نينوي وكانوا سبعة او تسعة وكان ص ببطن نخلة يصلى باصحابه الفجر: *Genij ex regione Nisibina, uel Arabia Felici, uel ex Ninive.* Erant autem septem, uel nouem. Mahumetus porrò legebat. Recitans in concauo trunci cuiusdam palmę, remigrantes orationis in Auroa: eratque cum socijs suis. Addit hos Genios fuisse sectę Judaicę professores

Refutationes

1. Nullius momenti est argumentum, quo Mahumetus putat se conuincere posse Meccanos, ad hoc, ut credant uerè Alcoranum suum à Deo traditum fuisse (quod etiam hic in principio Sure affirmat) atque adeo illus amplectantur. Judeus aliquis nescio quis, credidit in illum: ergo Meccani etiam debent illi credere: quasi uerò leuitas, et fatuitas unius Judei, fidem diuinam conciliare posset Alcorano. Non negamus, Judeos aliquot tam uiuente Mahumeto, quam post eius obitum, Synagoga reiecta, Mahumetanicæ Sectæ adhæsisse. Verum id fecerunt uel metu, uel paupertate, uel fraude, ac dolo aduersi, uel apparenti uerisimilitudine deceptí: quidam etiam uoluntario odio, uel desperatione adacti. Id faciunt quotidie non solum Judei, sed et Christiani non pauci. An uerò probatur hinc, Alcoranum traditum fuisse à Deo? Solidius, ac neruosius uidetur esse argumentum responsiuum Meccanorum: Si Alcoranus boni, seu ueri aliquid continuet: nequaquam Judei omnium primi illum recipiebant: cum sint homines praui, atque à Deo reiecti: ueritatis hostes, et ad malum tantumodò procliues.

2. Nouum sanè est, et monstro simile: Genios, seu Dæmones, qui primò Judaicam Sectam fuerant professi, à Deo, ut à Mahumeto Alcoranum audirent, missos fuisse: et ex illius lectione instructos, ad alios Regiones, ut ipsi Mahumetismum prædicarent, se se contulisse. Huiusmodi figmenta non argumenti, refutanda, sed irrisu contemnenda sunt

سوتہ

Imprimatur.

✠ Thomas Maria Serrati Archiep. C. A. Philad.

Domenico La[illegible]

470

36
36
72

26
26
52

124

22
35
57